causis p se reperit causa vniuersalis et particularis. ita etiam in causis p accidens. vt si policletus est causa p accidens statue proprie. hō dicetur causa p accidens cōis. et adhuc aial erit causa p accidēs cōmunior. Ubi est cōsiderandū q in causis p accidēs quedam sunt propinquiores causa per se. et quedam sunt remote. nam causa p accidēs dicitur illud quod contingit cause per se et nō est de ratione eius. et hoc contingit propinquius vel remotius sicut si statuefactori accidit musicū et album. musicū erit causa p accidēs statue propinquior q album. quia musica est in eodē subiecto cū arte statuefactiua scilicet in aia. nō aūt albedo sed est in corpe. Tertia diffinitio est q in qualibet specie cause reperitur causa in potētia et causa in actu. vt domificator est causa in potentia domus. sed domificās est causa in actu. Et similiter pōt exemplificari in alijs causis et cetera. Quarta diffinitio est q in qualibet spē cause possunt accipi cause complexe p se et cause p accidēs. et pōt capi incōplexe et separari. Et sicut iste diffinitiōes date sunt ex pte causarū. ita possunt dari ex pte effectuum sicut etiam dicitur in textu. Si ergo velimus reducere modos causarū ad certū numerū oportet accipere tres primos diuisiones que faciūt sex modos et quēlibet illorum sex modorū diuidere p tertiā diuisionē. scilicet p actū et potentiā diuidēdo sic. Causarū vniuersaliū quedā sunt in actu et alie in potētia. et ita oportet dicere in alijs mēbris aliarū diuisionū. et si in alijs ita fiat habebimus in toto duodecim modos causarum qui possunt reperiri in qualibet spē cause nō variādo spēm cause. et io dicuntur mōi cārū et nō cāe. quia nō variāt spēm cause.

Dubitatur secundo de proprietatibus cōsequētibus modos causarū. Ad hoc respōdet phs q sunt tres. Prima proprietas est q cause in actu et in potētia sic differūt. quia cāe in actu particulares simul sunt et nō sunt cū suis effectibus. Sed cāe in potētia nō sunt simul cū suis effectibus. sicut domificator est cā in potentia domus et pōt esse sine eo q sit vel fiat domus et pōt domus manere in esse postq facta est domificatore nō existēte. Sed tamen hic domificās simul est cū domo que fit et nō pōt esse hic domificans quin hec domus sit in fieri. Ex illa dicta patet q sicut agētia iferiora que sunt cause rerū q tuz ad fieri oportet simul eē cū rebus que fiūt q diu fiūt. ita oportet agēs vniuersale quod est deus qui est cā oibus essendi in actu sit esse in actu in qualibet re. io subtracta actōne diuina a rebus in nihilū redigerēt. sic remota pñtia solis deficit lumē in aere. Secūda proprietas est q in cognitōne alicuius rei in qualibet spē cause illius rei oportet supremā causaz inquirere. quia effectus nō pfecte scitur nisi sciatur causa illius effectus et nisi resoluatur vsq ad supremā cām que ita sit causa in illo genere q nō plus sit effectus in eodem genere. vt si quératur quare iste edificat. Rñdetur quia est edificator. Et si quératur vlterius quare est edificator. Dicitur quia habz artē edificatoriā et ibi est status. Tertia proprietas est. quia sicut p parte cause correspōdet proprius effectus et econtra. vt cause vniuersali effectus vniuersalis et cause particulari effectus particularis et cause p se effectus p se. Et sic discurrendo p singulos modos causarum.

Ad rationes ante oppositum

Ad primā cōceditur q primū agens operatur p suā essentiā. et cū infertur q imediate attingit formā rei distinguēdū est. quia īmediate pōt dicere immediationē virtutis. et hoc mō prima cā attingit immediate quēlibet effectū. quia nulla causa attingit suū effectū nisi in virtute prime cause eo q prima causa applicat quodlibet agens ad operationē. vel si immediate dicit immediationē suppositorum agētiū. et hoc mō agētia particularia imediate attingūt effectū proprium et non vniuersalia agētia. Ad secūdā dicitur q si intelligatur q in oibus effectibus secūdarijs sit virtus primi agētis inherēs ipsis secūdarijs agētibus. ita q sit eadē virtus p essentiā primi et secūdi hoc est negādū. si vero intelligatur q in oibus agētibus secūdis sit virtus primi id est in vno quoq sit virtus propria determinata et cāta a primo efficiēte que pōt vocari virtus primi in gñe cāe efficiētis hoc cōceditur. Sed tamen illa virtus inherēs secūdarijs mouētibus nō est eadē scdm esse nec in gñe nec in spē cū virtute primi. nam virtus primi est infinita et est sua essentia. sed virtus agētis secūdi est accidētalis et finita. Ad tertiā dicēdū est q qualitates p se que sunt accidētia nō attigunt formā substātialē virtute propria sed solū inquantū sūt istrumēta agētiū principaliuz.

Ad quartā cōceditur q esse cuiuslibet rei depēdeat et cātur a primo. Sed etiā ex hoc nō sequitur q depēdeat et causetur a secūdarijs agentibus. quia in subordinatis ēentialiter vnus et idē effectus scdm rē a pluribus cāis ēentialiter subordiatis dependet. Sz tamen scdm diuersas rōes idē effectus appropriatur ipsis cāis subordiatis. nam effectus vniuersalis appropriatur cāe vniuersalissime et effe

et particularis cae particulari vt ce q est effectus vniuersalissim. et in quocunq effectu appropriat primo agenti. esse incorporeum appropriat intelligentie mouenti celu. esse in spe determinata appropriat celo et corpi celesti. esse particulare hoc vel illud appropriat agen particulari. et tame oes isti effect in eode sunt ide scdz re. Ratio post oppositu est p pclusione responsali. Sequitur text. Dicit aut et fortuna.

Queritur octauo. vtruz aliquid possit esse vel fieri a casu vel a fortuna. Et arguit q no. qz Plato dicit i Thimeo q nihil est ortu sub sole cui ca legitima non pcesserit. s q hz cam legitima non est casuale vl fortuitu. g nihil e a casu vl a fortuna. Secudo sic. ome qd vere e et no e ca est vere catuz. s ome qd fit siue a natura siue ab arte est vere. et no e ca. g e vere catuz. s vere causatu hz vera cam. et qd hz vera cam no est casuale vl fortuitu. igitur

Tertio sic sic ome ens p accides reducit ad ens p se sic ois ca p accides reducit ad caz p se. s qd hz cam p se no est casuale vel fortuitu igit. Quarto sic. in tota natura e vnu primu pncipiu et vniuersale reges oes particulares cas ipas ordinas in determinatos fines. s qd sic e rectu et ordinatu recte et ordiate agit. g nihil pot fieri a casu vl a fortuna. Quinto sic. deus scit oia euenire q eueniet. g cu scia dei sit infallibil et imobil sequitur q oia infallibilit et imobiliter eueniet. et p cosequens nihil fit a casu vl a fortuna. Sexto sic ois actio natural terminatur aliquo fine s qd est terminatu no est casuale vl fortuitu ergo. Septio ppt nostra consideratoez no fit de no fine finis vl ecotra. s si qs vadat ad foru vt ueniat debitore: inuetio debitoris intetus et no est casualis. ergo etiaz si vadat ad foru no gra inueniedi debitore. s gra inueniedi aliu si ueniat debitorem nihilominus talis iuentio erit finis. et p osequens non erit casualis aut fortuna.

In oppositum est phus in textu.

Pro respo sione sciendu est primo q postq phs determinauit de causis p se manifestis et de pprietatib et modis ipar. Cosequnter determiat d qbusda causis p accides.

Pro quo sciedum est secudo. q hmoi cae p accides et imanifeste sunt casus et fortuna. De qb recitat phs primo tres opiones antiquor. Prima fuit quoruda negantiu casuz et fortuna ee. et ad h adducebat duas p-

rones

positiones. Prima est qz ome qd fit hz cam determiataz. hoc declarabat in hijs q dicimus esse vel fieri a fortuna vel a casu. qz si qs eat ad foru gra emendi et emedo ueniat amicu. tal iuctio amici hz cam determiataz scz volutate emendi. g tal inuetio no est casualis vel fortuna. et p cosequens nec aliqd aliud fit a casu vel a fortuna. Secudo arguut ex testimonio antiquor phor. qz nullus determinans de causis gnationis reru naturaliu determiat de casu vel fortuna. si m aliqd fieret a casu vl a fortuna debuissent de hijs determinasse.

Ad hac m roem rndet phs q vere mirabile est q nullus antiquor fecit mentione de casu vl fortuna. na ipi antiqui putauerut casuz vel fortuna esse vl no esse. Si primu tuc dbuisset d ipis tractatu fecisse. Si secudu tuc dbuissent ostedisse casuz et fortuna no esse. et pserti cuz aliqua apd eos dicerent fieri a casu vl a fortuna et aliqua no. et ita etia si credidert casuz et fortunam nihil esse debuissent assignare cam qre aliqua no dicunt esse vel fieri a fortuna vel a casu. naz Empedocles posuit a casu ee q aer hui mudi sit cogregatus in loco in quo est. et etia dicebat ptes aialiu casualit vel fortuite. ita ee vel fieri sic nuc sunt: Dicebat etia q fuerut aliquado capita sine ceruice. sic g Empedocles debuissz fecisse metione de casu et fortuna. Secuda opinio fuit quoruda dicentiu casuz et fortuna esse in celestib et no in istis inferiorib. et mouebant ex h q dicebant ort et occasus retrogradatones et directoes planetar. et ita sir eclypsim solis et lune no similiter fieri in oi tpe. s ecotrario videbat in istis iferiorib q no ex quocuq seie fit qd cuq aial in differeter. sed ex determiaio seie fit determiatu aial. Sed otra hac opinione dicit phs q n pot hre veritate. qz corpa celestia sunt digniora et nature pmanetioris q inferiora corruptibilia Tertia opinio fuit alior dicentiu q fortuna est qdaz causa diuina imanifesta intellectui huano in cui prate est felicitas. imaginates q fortuna e quodda diuinu numen cui teplu statuerut et idolu depictu in quada rota p pter volubilitate ipius fortune qd qde idolu erat cecu ppt im prouidetia fortuitor. et erat p vna pte albu ppter fortuniu et alia pte nigru ppter infortuniu. Sed hec opinio ficta e nec etia ei improbatio ad naturale ptinet. sed magis ad methaphisicu Fuerut aut aliqui q posuerut fatu impedire aliquid fieri casualiter

et fortuite. et de hoc postea videbitur.

Sciendum est tertio. quod ut vult Auicenna omne quod fit potest ad duplicem causam comparari. scilicet ad particularem et primam. et ad causam vniuersalem. Si primum comparetur ad causam vniuersalem. tunc nihil fit casualiter aut fortuite. Sed si comparetur ad particularem potest aliquid fieri casualiter et fortuite. et ratio huius est. quia cum causa vniuersalis habeat finem vniuersaliorem quam causa particularis aliquid bene cadit sub ordinatione et intentione cause vniuersalis quod tamen est preter ordinem cause particularis. et ideo aliquis effectus in ordine ad causam particularem potest esse casualis vel fortuitus qui tamen in ordine ad causam vniuersalem est per se intentus. et ita in ordine ad primam causam que est vniuersalissima nihil est casuale vel fortuitum quia cum esse quod est vniuersalissimum sit effectus cause prime proportionatus quod aliquo modo participat esse cadit sub ordine prime cause et quo ad hoc ponit Auicenna conueniens exemplum vt si aliquis paterfamilias habens multa pecora sciat ea in aliquam foueam cecidisse et per diuersas vias dirigat duos seruos suos ad foueam illam ipsis seruis ignorantibus illa pecora in foueam cecidisse. tunc quod se inuicem in illo loco inueniant et pecora de illa fouea simul trahant hoc est fortuitum in ordine ad illos seruos quorum neuter hoc intendebat. et tamen est per se intentum in ordine ad patremfamilias qui hoc intendebat. et ita proportionabiliter est in naturalibus quod aliquis effectus productus ab aliqua causa particulari potest esse preter intentionem cause particularis. et tamen cadit sub ordine et intentione cause vniuersalis.

Conclusio prima et responsiua ad quesitum. Aliquid est a casu et a fortuna. Patet ratione philosophi. quia sicut est in arte ita est in natura. sed in arte puta in arte scribendi aliquid accidit quod preter intentionem scribentis. puta infiguratio vel protractio alicuius littere que non intenditur. aut etiam macula aut aliquid huiusmodi. hoc autem dicitur euenire preter intentionem nature vt sextus digitus in vna manu vel aliquid huiusmodi. Quomodo autem differant casus et fortuna et quid sint et ad quam causam reducantur postea videbitur.

Ad rationes ante oppositum

Ad primam dicitur quod Plato per causam legitimam intelligebat proportionatam effectui. ita quod vnicuique competit vna causa proportionata. vt effectui per accidens vna causa per accidens. et effectui fortuito causa fortuita. et sic de aliis. vel potest dici quod omne quod est habet causam legitimam et per se. scilicet causam vniuersalem respectu cuius nihil dicitur fortuitum eo quod nihil est quod causalitatem eius subterfugere possit. Ad secundam distinguit Albertus de vere vel quia dicit veritatem cause. secundum quem modum causa per se ordinata ad aliquem effectum diceretur vera causa ad suum effectum. et tunc falsum est quod assumitur vel li vere dicit proportionem cause ad effectum. et sic verum est quod assumptum est. Ad tertiam conceditur quod omnis causa per accidens reducitur ad aliquam causam per se. non tamen efficitur causa per se respectu cuius erat causa per accidens licet bene sit causa per se respectu alicuius alterius. Ad quartam dicitur quod prima causa legitima omnium per regimen suum non imponit necessitatem causis particularibus quin possint impediri a consecutione suorum finium ad quos per se ordinantur. nam prima causa regit vnumquodque secundum suam naturam et secundum suum modum. attingit enim a fine vsque ad finem et disponit omnia suauiter. Ad quintam conceditur assumptum et negetur prima et hoc capiendo consequens in se et absolute. quia scientia dei non imponit rebus necessitatem eo quod non tollit proprios modos rerum immo cognoscat res euenire secundum suos proprios modos et scit necessarios effectus necessario euenire. et contingenter euenire. Ad sextam que est ratio Auicenne conceditur assumptum pro prima parte et negetur pro secunda. nam duplex est finis scilicet intentionis agentis. et finis actionis et operis. nam aliter actio terminatur ad aliquem finem qui non intenditur ab agente. ~~sed~~ finis ~~intentionis~~ agentis et finis actionis et operis potest esse casualis vel fortuitus. ~~sed non intentus finis~~. Ad vltimam que est etiam ratio Auicenne negetur assumptum. nam in agentibus secundum propositum agens facit quod aliquis sit finis per se sue operationis per hoc quod intendit talem finem quem si non intendat ex sua operatione sequitur casuale et fortuitum. Et hec de isto capitulo. Sequitur Primum quidem igitur.

Queritur nono. vtrum casus et fortuna reperiantur in contingentibus ad vtrumlibet.

Arguitur quod sic rationibus Auicenne quas hic tenuit. Prima est illa que subsunt voluntati nostre que libera est sunt contingentia ad vtrumlibet vt ambulare et non ambulare. sed in istis aliquid accidit preter intentionem agentis per intellectum et voluntatem. modo quod sic accidit dicitur casuale vel fortuitum. ergo in contingentibus ad vtrumlibet aliquid fit a casu vel a fortuna. Secunda est quia nisi sic Aristoteles in diffinitione fortune debuisset excludere contingens ad vtrumlibet. sed hoc non facit sed excluduntur

ea que semꝑ aut frequēter fiūt vt ptꝫ in diffinitōe fortune. ergo in ꝯtingēti ad vtrūlibet reperiunt casus ⁊ fortuna. Ad oppositū arguit rōe cōmētatoris tenētis ꝑtē negatiuā sic. cas⁹ ⁊ fortuna reducunt ad causas agētes q̄ sunt ꝑncipia vn̄ mot⁹ vt hꝫ i textu. Sed q̄diu agēs ē indifferens ad agere ⁊ nō agere nō agit. alr̄ si ageret ⁊ nō ageret. ergo casus ⁊ fortuna non repiunt in ꝯtingēti ad vtrūlibet. nā si agens ex̄ns in indifferētia ad vtrūlibet agat necesse est ipm agere opposita qḋ ē absurdū. Igit

Pro responsione ad quesitum

Sciendū est ꝑmo ꝙ eoꝝ q̄ fiūt quedā fiūt sꝑ vno ⁊ eodē modo. vt sūt illa q̄ fiūt a determinata causa ⁊ necessaria nō habēte aliqḋ ꝯtrariū ꝑ qḋ aliquomodo possit impediri vt ꝯsequatur suū effectū. cuiusmodi sūt ort⁹ ⁊ occasus mot⁹ astroꝝ ⁊ gn̄alr̄ oīa q̄ in celestib⁹ eueniūt. Alia sunt q̄ frequēter vno ⁊ eodē modo fiūt non tn̄ sꝑ vt sunt illa que habent causā ꝑ se determinatā ⁊ ordinatā ad certū effectū. non tn̄ habent causā necessariam ⁊ imutabilem. q2 illa causa ꝑ suū ꝯtrariū qn̄ꝗ impediri pōt ne ꝯsequat effectū ad quē ꝑ se ordinat. Potest etiā qn̄ꝗ eē īpedimētū ex indispositōe materie que nō est disposita ad sustinendū actū agentis. ⁊ talia que fiūt frequēter vt sunt effectus naturales regulant ab hijs q̄ fiunt semper. q2 tn̄ habēt materiā ꝑuatōni ⁊ ꝯtrarietati admixtā. ideo nō totaliter obediunt sue regule. Sed qn̄ꝗ ꝓpter indispositionē materie in contrariū nō insequūtur suam regulam vt hominē fieri cū quinꝗ digitis in vna manu frequenter fit. Et generaliter oēs effectus naturales frequenter vno ⁊ eodē ꝯueniūt. nō tn̄ semper. ⁊ in hoc conueniūt omēs ꝑypatetici ꝙ in istis duobus scꝫ in hijs que eueniūt semꝑ ⁊ frequenter nō reperiunt casus ⁊ fortuna. ita ꝙ effectus veniēs vel semꝑ vel frequenter non sit casualis ⁊ fortuitus ⁊ preter ista quedā sunt que raro siue vt in paucioribus eueniūt vt sunt illa q̄ nō habent causas ꝑ se determinatas siue ordinatas ad ipos effect⁹ sed ꝑ accidens ⁊ preter intētionē agentis illi effectus raro eueniētes terminant actionē agētis. ⁊ ita differūt ab illis qui frequenter eueniūt. ⁊ ꝯtra ad ista ꝯueniūt etiā omnes ꝑypathetici ꝙ fiūt a casu vel a fortuna. nā ꝯtingēs vt in paucioribus siue raro dicit in ordine ad causā efficientē. q2 oīs causa efficiēs est ꝑ se ordinata ad aliquē effectū. et ideo raro est et ꝑ accidens ꝙ alius effectus quā ille ad quē ꝑ se est ordinata illa causa ꝯsequatur ex sua operatione. ⁊ ita ꝯtingēs raro reducit ad causas efficientēs vt postea patebit. Sed aliud est contingens ad vtrūlibet qḋ equaliter se habꝫ ad esse ⁊ nō esse. licꝫ ꝯtra est ex ꝑte sui idifferens est ad esse ⁊ nō esse. Est ergo controuersia inter Auicennā ⁊ Auerroim. Utrū in ꝯtingēti ad vtrūlibet repiat casus ⁊ fortuna.

Sciendum est secundo ꝙ Aui-

cenna ⁊ sui seq̄ces tenent ꝙ sic. ⁊ distinguunt de duplici ꝯtingēti ad vtrūlibet. nam quoddam est qḋ fundat ⁊ radicat in materia que ꝯtra est de se indifferent se hꝫ ad hāc formam vel ad aliā ⁊ ad esse ⁊ nō esse alicui⁹ effectus sed magis determinat ad vnū q̄ ad aliud per actionē agētis naturalis. ⁊ ideo in tali ꝯtingenti ad vtrūlibet nō reperiunt casus ⁊ fortuna vt dicūt. Aliud ē ꝯtingēs ad vtrūlibet qḋ reducit ad voluntatē. q2 ē indifferēs ad operari vel nō operari s vel s alio modo vel s modo ⁊ in tali ꝯtingēti qḋ subijcit libertati voluntatis nr̄e qn̄ꝗ accidūt casus ⁊ fortuna. vt dicūt. nā illō qḋ est intentū a volūtate postq̄ se determinauit ad vnū effectū puta ad ambulandū illi ambulationi ꝑt aliquid accidere indifferens ad vtrūlibet sicut inuētio amici vel aliquid hmōi. nā oēs ꝯcedūt ꝙ est aliqḋ contingens ad vtrūlibet. vel ergo illud fit a causa ꝑ se. vel a causa ꝑ accidēs. Nō a causa ꝑ se. q2 illa que ꝑ se fiūt eueniūt sꝑ ⁊ frequēter. oportet ergo ꝙ ꝯtingēs ad vtrūlibet habeat causā ꝑ accidēs ⁊ ꝑ ꝯsequēs ꝙ fiat casualiter vl' fortuite. Et est positio Auicēne in ista materia.

Sed tenēdo ꝑtē cōmētatoris pōt dici ꝙ illud qḋ accidit in operatōne volūtatis nō ē cōtingens ad vtrūlibet. manifestū est em̄ ꝙ q̄diu volūtas est ideterminata nō agit. sed anteq̄ agat oportet ꝙ se determinauerit ad vnū ⁊ illud qḋ intēdit a volūtate euenit vt frequent.

Si aūt aliqd aliud accidat ꝑter intētionē volūtatis euenit vt in paucioribus ⁊ nō ē indifferēs ad vtrūlibet. sed magis se hꝫ ad nō eē q̄ ad esse.

Et ꝫm istam opinionē ponitur

conclusio responsalis cum commentatore et pluribus alijs. Casus ⁊ fortuna solum reperiuntur in contingenti raro. ita ꝙ ille effectus dicitur casualis quando raro euenit. ⁊ non inuenitur in contingenti ad vtrumlibet.

Ista ꝯclusionē probat ratio cōmentatoris

facta post oppositū. Probatur aliūde. casus τ fortuna reducūtur ad causas agētes. ꝭ contingēs ad vtrūlibet reducit ad materiā τ nō ad causā efficientē. igit casus τ fortūa nō reperiunt in contingenti ad vtrūlibet. naz pluuia ꝙ̄tum est ex parte materie est contingens ad vtrūlibz. q2 est indifferēs ad esse τ ad non esse. sed pluuia in hyeme magis se hz ad esse ꝙ̄ ad nō esse. τ h est ex pte efficiētis. Sz pluuia in estate magis se hz ad nō esse ꝙ̄ ad esse Ubi etiā Aristoteles exēplificat d casu τ fortuna ponit exemplū in cōtingēti raro. τ nō in contingenti ad vtrūlibet. τ tenēdo istam opinionē possunt solui rōnes ante oppositum.

Ad rationes ante oppositū

Ad primā dicit ꝙ in hijs que subsunt libertati volūtatis nostre ꝙ̄ diu ipa est indifferēs ad vtrūlibet ipa nō agit preter intētionē voluntatis. quia volūtas nō mouet ad aliquid fugiendū vel ꝓsequendū ꝙ̄diu est in illa indifferētia se habēs ad vtrūlibz. sed postꝙ̄ volūtas se determinat nihil euenit ꝑ actionē volūtatis nisi vt frequēter vel raro nā illud qd est intētum a volūtate euenit vt frequēter quicqd aūt euenit preter intentionē volūtatis euenit vt in paucioribꝰ. Ad ~~tertiā~~ dicit ꝙ satis excludit contingēs ad vtrūlibz propter hoc ꝙ in diffinitōibus casus τ fortune ponit ꝙ sunt cause agentes. Ratio facta post oppositū est pro conclusione. Sequitur textus. Eorum autem que fiunt.

Queritur decimo. vtrum casus

τ fortuna contingant in hijs que fiunt ꝓpter finem. Arguit primo ꝙ non. quia casus τ fortuna sunt cause ꝑ accidēs. ꝭ causa agens propter finē determinatū est causa ꝑ se igit casus τ fortuna non contingūt in hijs q̄ fiunt propter finē. Ad oppositum est phus in secūdo ca. huius tractatus.

Pro responsione sciendum est

primo ꝙ phs volēs inuestigare diffinitōez fortune ponit tres diuisiones q̄ sumuntur ex pte effectuū. τ vnā q̄ sumit ex pte cause Est igit prima diuisio ꝙ eoꝝ q̄ fiūt. quedā fiūt sꝑ vt sunt motus astroꝝ. quedā vero fiūt vt frequēter sicut hō nascit frequēter cū quinqꝫ digitis in vna manu τ neutrū fit a casu vl a fortūa. Sz pter h quedā fiūt i paucioribꝰ sicut ꝙ hō nascit cū sex digitis vel sine oculis. τ oia huiōi dicūt fieri a fortuna. Ex quo infert phs ꝯtra primā opinionē de fortuna ꝙ fortūa aliqd ē. Patet q2 esse a fortuna τ esse vt in paucioribꝰ puertunt. mō manifestū est aliqd fieri vt i paucioribꝰ. ergo aliqua fiūt a fortuna. Et si arguat contra hāc diuisionē. q2 Aristoteles diuisit ea q̄ eueniūt ad vtrūlibz que medio mō se habēt iter ea que fiūt frequēter τ raro. igit diuisio est insufficiens. Patet solutio ex dictis in p̄cedēti q̄stione. Dictū est eni ꝙ nihil euenit ad vtrūlibet. Secūda. diuisio eoꝝ que fiūt quedā fiunt propter finez determinatum quedā vero nō. Sed cōtra istaz diuisionē argueret aliqs q2 oē agēs agit ꝓpter finez suū siue agat per naturā suā siue per intellectū. Ad hoc respōdet ꝙ Aristoteles dicit non ꝓpter finez fieri illa que nō fiūt propter finem deliberatū sicut cōfricatio barbe vl aliqd huiōi qd aliqn absqꝫ deliberatōe. sed sola imaginatōe mouente fiet. ideo nō habēt finē deliberatū. sed solū imaginatū. Uel videtur alit ꝙ phūs dicit nō ꝓpter finez fieri ea que ꝓpter se fiūt τ non ꝓpter aliud ꝑ ꝙ̄to in seipis habēt honestatē vel delectatōez ꝓpter quam scd̄m se ipsa placent τ non ordinantur ad aliud finē.

Tertia diuisio est eoꝝ que fiūt ꝓpter finez determinatū quedā fiūt ab agēte scd̄m ꝓpositū qd est agēs ꝑ intellectū τ voluntatē. alia vero fiūt a natura sicut ab agēte naturali cōprehendēdo sub illo oē illd qd agit modo nature scz nō deliberādo. τ sic sub natura cōphendit aīa vegetatiua τ aīa sensitiua i brutis Ex quo pz ꝙ iste tres diuisiones p̄cedētes se inuicē includūt. nā illa q̄ fiūt a ꝓposito vl a natura fiūt ꝓpter finē. τ ea que fiūt ꝓpt finē fiunt semꝑ aut frequēter Quarta diuisio q̄ sumit ex pte cause ē ꝙ cāꝝ q̄dā sūt ꝑ se τ q̄dam ꝑ accidēs. sicut domificator est ꝑ se cā domꝰ. ꝭ albū musicū est cā ꝑ accidēs.

Pro quo sciendum est secundo

ꝙ dupliciter dr cā ꝑ accidēs. Uno mō ex pte cāe ꝑ se τ n̄ ē de rōe illiꝰ respectu cuiꝰ dr cā ꝑ accidēs. vt pz in exēplo tradito. Alio mō dr cā ꝑ accidēs ex pte effectꝰ qn̄ scz aliqd accidētaliter iūgit effectui ꝑ se vt si diceret ꝙ edificator ē cā discordie. q2 ex domo fctā accidit discordia. Et h mō casus τ fortūa dicūt cāe ꝑ accidēs. τ nō primo mō ꝑ ꝙ̄to. scz effectui ꝑ se cōiūgit aliqd ꝑ accidēs. vt si qs fodiat sepulcruz fossio sepulcri est ꝑ se intēta. τ si ꝑ accidēs iu-

gat̃ iuētio thesauri in terra: tūc fodiēs sepulcrū ē cā p accidēs ~~τ fortuna~~ iuētōis thesauri

Sciendum est tertio. ꝙ sicut effectus p se cause naturalis est qui sequit̃ ſm exigentiā sue forme. ita effectus p se cause agētis sc̄dm ꝓpositū est qui cō sequit̃ ex intentōne agētis. τ q̄cquid euenit p̄ter intentionē agētis est p accidēs. Et hoc intelligendū est ꝙ si illud qð ē preter intentionē raro τ i paucioribꝰ adiūgat̃ effectui p se intēto. nā si aliq̄d sp aut freq̄ter adiungat̃ alicui effectui p se intēto tūc cadit sub eadē intentōe cū illo effectu. ~~stultū~~ ē eīm dicere ꝙ aliq̄s intēdat aliquē effectū τ ignoret illud qð vt semp vel frequent̄ adiungitur tali effectui. sicut si aliquis velit laborare in caloribus τ non velit sudare.

Sciendum est quarto. ꝙ differētia ē inter causā p se τ cām p accidēs. qr cā ē p se finita τ determinata eo ꝙ oīs cā p se agit sc̄dm vnā determīatā formā vel naturalē si sit cā naturalis. vl' intellectualē si sit cā agēs ſm propositū. Sed causa p accidēs est infinita τ indeterminata eo ꝙ infinita sūt q̄ vni accidūt vl' accidere possunt. mō quicq̄d accidit cāe p se τ nō est de rōe eius ē cā p accidēs respectu cāe per se. Ex istis diuisionibꝰ cōcludit pħs diffinitōē fortune. dicēs ꝙ fortuna est cā per accidēs in hijs q̄ fiūt sc̄dm ꝓpositū ꝓpter finē in minori pte vel diceret ꝙ fortuna est cā p accidēs in cōtingētibꝰ q̄ fiūt in minori pte ſm ꝓpositū eorū q̄ fiūt ꝓpter aliq̄d. id est ꝓpē aliquē finē. Ex quo infert pħs ꝙ fortūa τ intellectꝰ circa idē v̄sant̃. qr illis cōtingit agere a fortūa q̄ agūt sc̄dm ꝓpositū propositū aūt siue volūtas nunq̄ est sine intellectu. τ q̄uis solū ea q̄ habēt intellectū agāt a fortūa tamē q̄to aliq̄d subiacet intellectui tāto minus subijcitur fortune. Ex quo potest inferri ꝙ intellectui diuino q̄ oīa nouit nō subest fortuna.

Sciendum est quinto. ꝙ ex diffinitōne fortune inuestigata pħs infert rōnes eorū q̄ dicunt̃ a fortuna in tertio cap. huꝰ tractatꝰ. Et primo assignat rōem quare fortuna dicit̃ causa īmanifesta. nā h̄ est rō. qr fortūa ē cā p accidēs vt dictū est prius. mō infinita sūt q̄ vni accidere possunt. Et iō fortūa cōueniēter dr̄ causa incerta τ īmanifesta itellectui humano. eo ꝙ infinitū est nobis ignotū τ sc̄dm hoc aliq̄d veritatis cōtinebat ~~secūda~~ opinio antiquorū. Et ꝓpter hoc de hijs q̄ fiūt a fortuna non est scia. qr nō h̄z causā p se τ determinatā. sed p accidēs q̄ est infinita τ indeterminata siue īmanifesta. vt si q̄s vadēs ad villā nō intēdens inuenire amicā inueniat. ille effectus q̄ est inuētio amice nō h̄z causā certā τ determinatā. ʒ poterat h̄re causas infinitas. qr infinita mouēt ipm ad eundū ad villā sine eo ꝙ intēderet inuenire amicā: quorū q̄dlibet poterat esse causa p accidēs inuentōis amice Patet igit̃ ꝙ fortuna est causa incerta τ īmanifesta Sed est hic notandū ꝙ ad hoc ꝙ aliqua causa p accidēs dicat̃ fortūa respectu alicuius effectꝰ oportet ꝙ operetur ad esse talis effectꝰ ita ꝙ si non esset talis causa nō essz tal' effectus. ideo q̄uis albū τ musicū dicatur causa per accidens domus. non tamē possent dici casus τ fortuna.

Sciendum est vlterius. ꝙ possibile est aliq̄d qð est natū esse causa p se alicuius effectus posse esse causa fortuita illiꝰ effectus. Exēplū vt si aliq̄s indigēs euacuatiōe a colera capiat medicinā ad hoc ordinatam puta scamoneā. τ ignorās virtutē scamonee non intēdens propter hoc euacuari. tūc ꝙ tal' euacuetur τ sanetur hoc est a fortuna. τ tamē si hac intētōe fecisset fuisset p se causa sanitatis cū scamonea sit p se purgatio colere. Ex diffinitōe fortūe pꝫ ꝙ prima opinio q̄ dicit fortunā nihil esse aliq̄d cōtinet veritatis. eo ꝙ fortuna nihil est simplr̄ τ p se: ʒ tm̄ p accidēs τ sc̄dm q̄d est aliq̄d. Ulteriꝰ ex diffinitōe fortune pōt assignari cā vulgariter ~~quare~~ fortūa dicat̃ esse sine ratōne. qr scīa rōez assignare non possumꝰ nisi de hijs q̄ fiunt semp vel frequent̄ mō ea q̄ fiūt a fortuna nō fiūt sp aut frequent̄ iō fortuna cōueniēter dicat̃ esse sine rōne.

Sciendū est vlterius. ꝙ pħs etiā assignat diuisionē fortune in bonā τ malā. nā cū fortuna sit circa q̄ est intellectus practicꝰ τ volūtas τ hmōi. illa q̄ vitā humanā concernunt cuiusmodi sunt ꝓspera τ aduersa circa opatiōes humanas τ bona temporalia. iō cōueniēter diuidit̃ fortuna in bonā τ malā. τ infortuniū τ henfortuniū. vt fortūa dicat̃ bōa quādo aliqð bonū euēit alicui p̄ter intētionē eius. τ mala quādo malū. sed qr bona τ mala nō variant vitā nisi quādo sunt magna. iō ꝓprie non dicat̃ heufortuniū contingere homini nisi aliquod bonum cum magnitudine eueniat. Nec dicitur infortuniū nisi aliquod malum cum magnitudine eueniat. τ quia prua

ri malo bonum est. et priuari bono malum est ideo tunc dicitur contingere id est bene eueni re homini quando bonum preter intentionē si bi euenit. ~~Sed~~ etiam quando priuatur pre ter intentionē aliquo magno malo quod est p pe. et eodem modo non solum dicitur homini cōtingere id est male euenire quādo magnū malū sibi euenit. imo etiā quia priuat aliquo magno bono preter intentōnez qd ppe est. Il lud autē qd prope est nihil aut parum distare videtur. Ex istis sequitur q sicut fortuna est incerta. ita similiter infortuniū et heufortuniū eo q sunt extra semper et frequenter.

Conclusio responsiua ad quesi

tū casus et fortuna contingēter eueniūt in hijs que fiunt scdm propositū. aut i hijs scdm na turam. sed tam natura q agens scdm propo situm agunt propter finem: vt postea patebit. ergo conclusio vera. Itez omnis effectus fortuitus sequit ex duobus p se intentis. siue illa duo per se intēta sint a duobus agētibus scdm propositū siue vnū sit intentū ab agen te scdm propositum ~~vt~~ reliquum a natura. er go conclusio vera. Assumptū patet per exem plū. nam si quis fodiat sepulcrum vt aliquis inhumetur et vtus mineralis pduxit thesaur in illo sepulcro et fodiēs sepulcr īueīt thesau rū. mō inuentio sequit ad duo per se intenta scz ad fossionē sepulcri. et pductionē thesau ri. quorū vnū est intētū ab agente scdm ppositum scz fossio sepulcri. et reliquū a natura: vt productio thesauri. Si vero thesaurus fuerit ab aliquo homine ibidē absconditus. tunc in uētio casualis et fortuita sequitur ad duo per se intenta ab agentibus scdm propositum. sic ut si duo amici veniant ad forum non inten dentes se inuenire. sed aliquid aliud. circa qd se īueniant est fortuna. et sequit ad duo per se intenta a duobus agentibus scdm propositū propinque mouebantur ire ad forum.

Ad rationes ante oppositum

Ad primā dicitur q causa agens propter finē debitū dicitur causa per se in cōparatōne ad ~~scdm~~ quē intēdit. et si ex operatōne sua sequa tur aliquis effectus quem non intēdit aut ad quē nō est ordinatio in natura naturaliter. tūc illa eadē causa dicit causa p accidēs et fortui ta respectu illius finis non intenti et nūq dice ret causa per accidēs respectu finis non intē ti nisi p se intenderet aliquē finē. qr nihil pōt dici causa per accidēs nisi in ordie ad causaz p se eo. q oīe p accidens reducit ad p se. pz hoc q eadē est cā i ordine ad diuersos effect et cā per se et per accidens. ~~Sequitur tertius.~~
~~Et dicit aliquid extra.~~

Queritur vndecimo. vtrum fa

tū sit in reb creatis iponēs eis necessitatē.

Arguit pmo ptra suppositū auctoritate gre gorij dicētis. absit a mētibus fideliū vt fatum aliquid esse dicant. Secūdo sic ea q fato a gūtur nō sunt improuisa. qr vt ait Augustin fatū dicimus a fando dictū. dicimus eīn ea q sunt ab aliquo prelocuta nō sunt fortuita nec casualia. g si res fato ageret tolleret casus et fortuna hoc aūt fieri nō pōt. g fatū nō est.

Deinde arguit cōtra primā pte quesiti. pmo sic ipa dei volūtas fatū appellat. vt habz Au gustin. talis aūt volūtas nō est in reb crea tis. sed in deo. g fatū nō est in rebus creatis.

Secūdo arguit sic. si fatū esset in reb crea tis esset substantia vel accidens. et quodcūq dicat oportet ipm multiplicari. ad multiplica tionē rer creatar. cū ergo fatū dicat esse vnū sequit q non est in reb creatis. Tertio sic. si sit fatū esset mobile vl imobile. nō primuz qr dic boe. q fatū ē imobil dispositio nec secūdū qr motis reb mouent q in eis sūt. Ultio sic ptra vltimā pticulā quesiti. qr fatū est imobil dispositio. g ea q fato subdunt imobilit et ex necessitate eueniūt qre iponit reb necessitatē.

Ad oppōitū pvtraq pte est boe. et oēs peri patetici qui naturam fati veraciter describūt.

Pro responsione sciendum est

pmo. q qr oēs res sunt in dispositōe diuina p pter hoc poete imaginati sunt q diuina dispo sitio et futuror determiata series eēt fatū. quā quidē dispositōem dixerūt omnino esse imo bilem et necessitatē rebus imponere. ideo dic poeta loquens de fatis volentem nolentēq trahūt. et alibi dicit. Te tua fata trahūt ne ~~fe~~ ~~cta~~ relinquere possis. Et ex eadē radice aliq antiqui posuerunt deas fatales quas vocaue runt parcas a parco parcis per contrariuz. qr nulli parcunt. et iste dee scdm eos erant tres. Prima dicebatur cloto. Secunda lachesis. et tertia antropos. prima portat futura origen tia. Secūda protrahit ad hoc q ponatur in p senti. et tertia distribuit in preterito. et inde or ta est alia fatua opinio vetularum dicentiū q iste dee fatales solebāt hoib apparere et da

bant omne tale ꝙ aliqualiter oppositū non poterat contingere. Sed demones in effigie mulieris multis apparentes istā credulitatē hoībus dederūt. ⁊ oīa ista falsa sūt ⁊ ficta.

Sciendum est secundo ꝙ aliꝫ antiqui phi aliter de fato locuti sunt. quidam eni dixerūt ꝙ fatū nihil aliud est quā quedaꝫ cōnexio causaꝝ secundaꝝ dependēs ex puidentia pme. Sed Seneca vere dicit ꝙ fatū est quedā necessitas oīm opeꝝ ⁊ actionuꝫ quā nulla vis dirūpere pōt. Sꝫ isti in vera cognitōe fati defecerūt. ⁊ ymaginati sunt ipam seriem fatalem oīno esse imobilē. ⁊ ea que fato subdunt imobiliter euenire. ppter qđ istis opinionibus dimissis insequendus est Boetius qui inter omnes verius naturam fati declarauit in. iiij. de ꝯsolatione.

Sciendū est tercio ꝙ quādoqꝫ contingit ꝙ aliquid relatū ad causas inferiores dicit esse casuale ⁊ fortuitū qđ tamen relatū ad supiorē causā inuenit p se intentū esse sicut exemplificatū est prius de duobus suis patribfamilias. Fuerūt ḡ aliqui q̄ hmōi casualia ⁊ fortuita que acciđūt istis inferioribus i nullā supiorē causā reducere voluerūt et isti negauerūt fatū ⁊ puidentiā. Sed hec opinio manifeste falsa est. Aliꝫ reduxerūt ea in corpora celestia tanꝙ in supiorē ⁊ pmā causam ⁊ fm istos fatū nihil aliud est ꝙ dispositio sideꝝ. Sed hec opinio non potest stare propter duo. Primū est qꝛ actus humani nō subdunt actioni corpoꝝ celestiū nisi p accidens ⁊ indirecte. Secundū est ꝙtꝫ ad oīa que agunt p accidens. qꝛ illud qđ est p accidens non est ppꝛie ens. qre nō terminat actionem nature. Ideo dicendū est ꝙ ea q̄ hic aguntur p accidens siue in rebus naturalibus siue in humanis reducunt in aliquā causā primā q̄ ē puidentia diuina. qꝛ solus deus imutare potest voluntatē humanā. Ex istis pꝫ ꝙ oīa que hic agūtur diuine puidentie subdunt ⁊ ꝙ ab ea pordinata ⁊ ꝓlocuta ideo in eis fatū ponere possumus.

Sciendum est quarto ꝙ diuina puidentia p causas medias siue secūdas suos effectus consequit. pōt igit ipa ordinatio causaꝝ mediaꝝ dupliciť ꝯsiderari. Uno modo fm ꝙ est in ipo deo. ⁊ sic vocat puidētia. Alio modo pōt ꝯsiderari fm ꝙ ē in ipis causis medijs a deo ordinatis in suis effectibus pducendis. ⁊ sic habet rationeꝫ fati. ⁊ sic fatū est in ipsis causis secūdis inꝙtū sunt ordinate a deo ad effectus pducēdos. Ergo tal' ordinatio causaꝝ secūdaꝝ nō pꝫ rōeꝫ fati nisi fm ꝙ depēdet a deo. ideo ptās vel volūtas dei causaliter pōt noīari fatū. essentialit tñ fatū nō est ipa voluntas dei ſ est dispositio siue ordo causaꝝ naturaliū ad suos effectus pducendos: qui quidē ordo est subiectiue in ipis causis secundis.

Sciendū est vlterius ꝙ fatuꝫ a Boetio sic diffinit. Fatū est rebus mobilib⁹ inherens dispositio p quā diuina puidentia suis queqꝫ nectit ordinibus. vñ ipm fatū pōt dupliciter considerari. vno modo p respectū ad ipas causas secundas q̄ sic ordinant ⁊ disponunt ad suos effectus pducendos. ⁊ isto modo fatū est mobile sicut ipe cause. ⁊ multiplicat ad multitudinē hmōi causaꝝ. Alio modo pōt ꝯsiderari p rōeꝫ ad pncipiū a quo dependet ⁊ sic q̄ndā imobilitatē sortit. non quidē necessitatis ſ cōditionate fm quē moduꝫ solemus dicere hanc ꝯditionalē esse veram si deus pſciuit hoc esse futuꝝ hoc erit. ideo dicit Boetius loquēs de fato ꝙ dicit series causarū secundaꝝ. ⁊ sic pꝫ qualiter mobile ē ⁊ q̄liter imobile. Et vt sciat que subsunt fato et que nō vt iā dictū est. fatū est ordinatio causarū secundaꝝ ad effectus suos pducendos. q̄cunqꝫ ḡ causis secūdis subdunt illa fato subdunt. sed illa que imediate fiūt a deo cū non subdant causis secūdis nō subdunt fato. sic est creatio reꝝ ⁊ talia hmōi. qꝛ vt dicit Boetius ea que sunt ppinqua p se diuinitati fatalis ordinis mobilitatē excedunt. ex quo sequitur ꝙto aliquis longius a prima causa recedit tanto maioribus fati nexibus implicatur qꝛ magis ordinationi causaꝝ secundaꝝ subcit. De quo dat Boetius duo exempla. Primū est de centro circuli ꝙ quō mobiliter pcedit circūstantia q̄ velociter mouet. ⁊ ꝙto pl⁹ ab eo distat tāto velocius mouet. Secunduꝫ exemplū est de tpe quod a nūc eternitatis simplici ⁊ imobili dependet. p cui⁹ imobilitateꝫ tempus aliquā firmitatē ꝯtinuitatis accipit. Sic est in pductione ⁊ ꝯseruatōne rerum qꝛ nisi effectus pfectiores ⁊ particulares i motus elementoꝝ reducerent ⁊ motus elementoꝝ in mot⁹ corpoꝝ celestiū ⁊ varij motus celestiū in pmū motū ⁊ pa⁹ mot⁹ in puidētia pmi motoris res cito pirent. ideo necessaria est

ista series secūdarū causarū ad inuicē et ad ꝓuidentiā pmi motoris vt res in ordine suo saluent. q̄ series fatū appellaꝝ. Ulteri⁹ pz ꝙ fatū differt a ꝓuidētia diuina quinq3 modis pmo q2 tā necessaria ꝙ ꝯtingētia subsūt diuine ꝓuidētie et ip3 fatū. ꝟ sola mobilia subsūt fato Secūdo q2 res in deo existētes ꝑ modū diuine ꝓuidētie sūt ibi vnite simplr. ꝟ in secundis causis q̄ sub sūt fato sūt particulariꝝ et diuisi3 Tercio q2 diuina ꝓuidētia ē prima causa. sed fatū est in causis secūdis. Quartā q2 fatū ex diuina ꝓuidētia tanq̄ ex causa depēdet et nō ecōtra. Quinto q2 ꝓuidētia diuina h3 rōnē3 imobilis et stabilis. ꝟ fatū cū sit in reb⁹ mobilibus quodāmodo mobile est. ḡ etc̄.

His notatis sit ista cōclusio prima. fatū est in reb⁹ creatis. Probaꝝ cōclusio. q2 dicit Boeti⁹ fatum est rebus mobilib⁹ inhe rens dispositio. res aūt mobiles sūt res create. ḡ fatum est in rebus creatis

Conclusio secunda. Fatū non imponit rebus necessitatē. Pz. q2 fatū mobile est saltē ꝑ accidēs cū sit i rebus mobilib⁹. ḡ nō imponit eis necessitatē. Sed pro maiori noticia predictoꝝ.

Dubitaꝝ primo ~~quare~~ Quomodo cōtingē tia rerū pōt stare cū i fallibilitate diuine ꝓuidentie. Hāc dubitatōe3 soluit Boetius q̄tuor declarādo. Primū ē ꝙ de⁹ habet scientiā reꝝ ꝯtingentiū et nō opinionē. Secūdū ē ꝙ ex tali sciētia infallibili nō tollaꝝ rerū ꝯtingentia. Terciū ē ꝙ illud qd̄ ē in se ꝯtingēs si referaꝝ ad diuinā ꝓuidētiā trahit ad se q̄ndā necitatē. Quartū est ꝙ diuina ꝓuidētia infallibilis ꝯuenit etiā mutabilitatē oīm rerū.

Sciendum est vlteri⁹ ꝓ declaratione pmi. ꝙ pscientia diuina et ꝓuidentia differūt. nā pscientia est tā respectu finis ꝙ respectu medioꝝ ad finē. Prouidētia ꝟo solū ē medioꝝ ad finē. Item prescientia est in intellectu speculatiuo. ꝓuidētia ꝟo pertinet ad intellectum practicū.

Sciendum est vltimo. ꝙ mod⁹ cognoscēdi debet iudicari ex pte cognoscentis et nō ex pte rei cognoscibilis cū et de⁹ sit eternus et eternitate mensureꝝ. q̄ quidē eternitas sit ꝑmanēs amplectiꝝ pn̄tialiter oīa q̄ ipi subduntꝝ. ideo ꝯtingētia q̄uis ꝟm suā naturā sint indeterminata et in eē suo futura. tn̄ in eternitate pn̄tia sunt et ea de⁹ pn̄tialr videt. q2 h3 verā scientiā ꝯtingentiū q̄ ꝟm se sūt indeterminata. Secūdū declaraꝝ sic. q2 deus ꝑ suā scietiā nō tollit ꝓprios modos rerū. ꝟ ꝯtingētia videt cōtingenꝝ euenire. et necessaria necessario. ideo a reb⁹ necessarijs non tollit necessitatē nec a cōtingentib⁹ cōtingentiā. qd̄ declarat Boetius exēplo sic. nā vno et codē intuitu aliq̄s hō potest videre hoīem currere et solē eclipsari in celo vł oriri. et tn̄ videt cursum hoīs voluntariū. ortū ꝟo solis necessariū nec ꝓpter ipā3 visionē tolliꝝ a cursu hoīs ꝯtingētia nec ab ortu solis necessitas. Terciū declaraꝝ. q2 illud qd̄ pn̄tialiter est quodāmodo necessariū ē. ido dicit phs pmo pyarmenias ꝙ oē qd̄ est qn̄ est necesse est esse. futurū eīn contingēs q̄uis ꝟm suā ꝯtingentiā3 futurū sit tn̄ relatū ad diuinā ꝓuidentiā pn̄tialiꝝ est quasi quodāmodo necessariū. et illud declarat Boetius ꝑ vnū sic. nā illud qd̄ sensui apparet si ꝟm se cōsideraꝝ singulare est. et tn̄ si ad rōnē3 referaꝝ vniuersale est. Quartu3 declaraꝝ sic. q2 tota rō quare aliq̄s falliꝝ circa ꝯtingentia est ꝓpter ipoꝝ ~~intimationē~~ determinationē3. modo oīa cōtingentia futura relata ad diuinā pn̄tiā pn̄tialiter existūt et determinata vt dictū est. Quare circa ꝟ diuina cognitio falli nō potest.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā d2 ꝙ illa auctas intelligiꝝ de fato ꝟm ꝙ multi voluerūt intelligere quādā lege3 in inferioribus a corpib⁹ celestib⁹ ꝓcedente3 obligāte3 ad euētus imobiles. Secunda rō soluta ē. Ad terciā d2 ꝙ volūtas dei pt̄ nominari casualr fatū et nō essentialr. Ad q̄rtā d2 ꝙ fatū est de gn̄e relatōis et multiplicaꝝ ad multitudinē rerū in q̄bus ē p⁹relationē tn̄ ad pncipiū a quo dependet quodāmodo potest dici vnū. Quinta soluta est. Ad sextā d2 ꝙ fatū nō h3 rationē cause nisi rōe causarū secūdaꝝ in quib⁹ est. et ille sūt mutabiles et impedibiles. ideo et ipm̄ fatū. Sequitur terti⁹. Differūt aūt q̄m casus etc̄.

Queriꝝ duodecimo vtrū casus et fortuna differāt. Arguiꝝ pmo ꝙ non. q2 casus et fortuna sūt cause agentes ꝑ accidēs ḡ sunt eiusdē speciei quare nō differūt. Secūdo si differrent maxime esset ideo q2 fortuna repiꝝ in agētibus ꝟm ꝓpositū et nō casus ꝟ ꝟ nō. ḡ etc̄. Minor pz q2 lapides ex q̄bus fiūt altaria dicunꝝ bene fortunati. ꝟ illi q̄ conculcanꝝ pedibus sunt male fortunati. et tamē

lapis nō est agens ſm ꝓpositū. Ad opposi-
tuз est philosophus in textu.

Pro responsiōe sciēdum est pri
mo ꝙ fortuna ⁊ id qđ est a fortuna inueniūt
in hijs in quibus bñ ⁊ male ꝯtingere dicit̄. qꝛ
vbicunqꝫ fortuna est ibi ꝑt esse infortuniū ⁊ eu
fortuniū. hoc est aūt illi⁹ cui⁹ est agere ⁊ quod
hз dominiū sui actus. nā illud qđ nō habet
dominiū sui actus magis agit̄ ꝙ agat. ergo
fortuna ⁊ id qđ est ꝑ fortunā solū inueniūt in
hijs q̄ habēt dominiū sui actus. qꝛ in talibus
inuenit̄ opari ſm virtutē ⁊ viciū. Ex quo se
quit̄ ꝙ fortuna ⁊ id qđ est a fortuna iuenit̄ so
luз in agentibus ſm ꝓpositū qꝛ illa sola hñt
dominiū sui actus. ⁊ adhuc in operationibus
rationis practice.

Sciendū est secūdo. ꝙ illud qđ
dictum est manifestat Aristoteles quodam si
gno. qꝛ fortuna videt̄ eē idē ꝙ felicitas vl̄ sal
tē ꝓpinqua felicitati. cū ğ felicitas sit quedā
opatio q̄ noiat̄ eupraxis. id est bona opatio
vt dicit̄ pmo ethicoꝝ. ğ fortuna inuenit̄ solū
in hijs in quibus bene cōtingit agere vl̄ impe
dīri ab ħ cui⁹ sunt ea q̄ voluntarie agunt. for-
tuna eñ ꝺꝫ esse felicitas vel ꝓpinq̄ felicitati
ſm opinionē vulgi. qꝛ vulgus bene fortuna-
tos vocat felices. Vñ ſm illos qui credūt fe
licitatē ꝯsistere in bonis exterioꝛib⁹ felicitas
idē est qđ fortuna. ꝭ ſm illos qui dicunt bōa
exterioꝛa deseruire instrumentalr̄ ad felicita-
tē ſm eos bona fortuna ꝓpinq̄ ē felicitati.

Sciendu з est tercio. ꝙ cū fortu-
na nō sit nisi circa illa que voluntarie agunt.
Ex hoc cōcludit phs ꝙ necꝫ inanimata necꝫ
bestie necꝫ infantes aliquid agunt a fortuna.
inanimata ⁊ bestie nō agunt volūtarie. qꝛ nō
agunt ꝑ liberuз arbitriū qđ hic vocat̄ ꝓposi
tū. ⁊ licet infantes habeant voluntatē. nō tā
tñ ea libere vtunt̄. Ex quo sequit̄ ꝙ in istis ñ
potest accidere infortuniū nec eufortuniū. ni-
si solū similitudinarie. sicut dicebat quidā. scз
prharcos ꝙ lapides ex quib⁹ fiūt are siue al-
taria sūt bene fortunati. ⁊ hoc est dictū ꝑ simi
litudinē ad hoīes in quibus honorari dicun
tur bene fortunati. simili̅t illi lapides non di-
cunt̄ bene fortunati ꝙ aliquid agant a fortu-
na. ꝭ solū passiue qꝛ circa illos agens volun
tarie opat̄ aliquid qđ ē sic̄ bone fortune.

Scien duз est quarto. ꝙ casus
non solū conting̅t in hominibus q̄ volunta-
rie agunt. sed etiā in alijs animatis siue ania
libus. Et in rebus inanimatis. Exemplū po-
nit phs. nam si aliquis equ⁹ veniēs ad domū
nō causa salutis sanet̄ ħ est a casu. Aliud ex-
emplū ponit in reb⁹ inanimatis vt si tripoda
cadat a casu ⁊ cadēdo sedes apta fiat ad se
dēdū nō tñ hac de causa cecidit tunc a ca-
su fit apta sedes. ideo cōcludit phs ꝙ cas⁹ ge
neraliter reperit̄ in omnibus illis qui fiūt pro
pter aliud ꝙ ꝑter illud qđ euenit. Et ħ decla-
rat ꝑ quoddā signū. qꝛ vacuū siue frustra est
illud ꝓpinquuз casui. sed tñ illud dicit̄ vacū
uз vel frustra qđ est oꝛdinatū ad aliquē actū
quē natū est cōsequi ⁊ tñ non ꝯsequit̄: hoc tñ
cōtingit generaliter siue ab agente ſm ꝓpo-
sitū siue nō. ergo etiā casus.

Ubi sciendu з est q̄nto ꝙ q̄uis
vacuū ⁊ frustra ⁊ casus cōueniant in ħ ꝙ fiūt
in hijs que fiunt ꝓpter finem. Differūt tamen
qꝛ vacuū siue frustra dicit̄ ex eo ꝙ agens non
ꝯsequitur finē ad quē oꝛdinat̄. Sed casus di-
cit̄ ex eo ꝙ agens consequit̄ aliquē effectum
ad quē nō oꝛdinabat̄. ⁊ ideo in vacuo opera
tio cadit a fine intento ⁊ in casu a fine nō intē
to. ⁊ ista q̄nqꝫ sic̄ repiunt̄ ⁊ q̄nqꝫ separata.

Sciendum est sexto. ꝙ licet hec
tria noīa frustrā ⁊ ociosū in greco ꝑ eodē ac
cipiant̄. tñ apud nos inter illa ponit̄ differen
tia aliq̄. nā frustra cōmuniter dicit̄ illud op⁹
esse qđ oꝛdinatū est ad aliquē finē quē natuз
est ꝯsequi. ⁊ tñ nō consequit̄. Ex hoc sequit̄
ꝙ si quis dicat se frustra balneasse. qꝛ ipō bal
neato nō defecit sol desfone ħ dicit. Sed va-
cuū dicitur opus qđ de se nō est natū ꝙ de se
sit causa alicuius vtilitatis vel nocumenti. si-
cut motus digiti factus ꝑter intentionē ⁊ con
fricatio barbe. Sed ociosū dicit̄ op⁹ mons-
trans vacuitatē in operante ⁊ c.

Sciendū est vltem⁹ ꝙ casus po-
test dupliciter accipi. Uno modo cōmūiter ⁊
sic in plus se habet ꝙ fortuna. qꝛ in quibuscū
qꝫ est fortuna est etiā casus. ⁊ etiā in alijs. sed
non econtra. si vo sumat̄ casus stricte tunc so-
lum casus est in agentibus ſm naturā ⁊ etiāз
econuerso. Differūt tñ casus ⁊ fortuna. ideo di
cit phs in litera ꝙ maxima differētia casus ⁊
fortune reperit̄ in operibus nature q̄ñ scз ibi
accidit aliquid extra naturā vt cum nascit̄ se
xtus digitus nā nō dicim⁹ ħ fieri a fortuna. ꝭ

a casu. Unde in textu inter casum stricte captum ꝛ fortunā assignat duplex differentia. Prima est quia casus illo modo acceptus solū est in agentibus ſm naturā. fortuna vero in agentibus ſm ppositū. Secūda est. qꝛ eorū que fiūt a casu causa est intrinseca sicut ꝛ eoꝝ que fiunt a natura. sed eoꝝ que fiunt a fortūa causa est extrinseca. sicut eorum que fiunt ab agente ſm propositum.

Tunc sit ꝯclusio responsiua ad

q. Casus ꝛ fortuna differunt. Patet satis ex dictis.

Conclusio secūda. casus ꝛ for-

tuna reducunt ad genus cause p se efficientis Probat qꝛ casus ꝛ fortuna sunt cause eoꝝ q̄ possunt fieri a natura vel a pposito. ſ natura ꝛ ppositū sunt cause efficientes. igit. Ex hac ꝯclusione infert phs falsitatē opiniōis ponētiū casum ꝛ fortunam esse causā celi ꝛ oim mundanoꝝ. nā cū casus ꝛ fortuna sint cause p accidēs eoꝝ quorū natura ꝛ intellectus sūt causa p se ꝛ causa p accidens sit posterior ea q̄ p se est. sequit ꝙ si casus ꝛ fortuna sint cause celi ꝛ totius vniuersi a fortiori intellect⁹ ꝛ natura erūt cause celi ꝛ vniuersi quod manifeste falsum est.

Ad rationes ante oppositum.

Dicit ꝙ bene conueniūt in cōmuni modo causandi. scꝫ in hoc ꝙ sunt cause agentes p accidens. sed q̄tum ad ea in quibus reperiuntur Differūt aūt ~~simpliciter~~ aut saltē sicut magis cōmūe ꝛ min⁹ cōmune. Secūda soluta ē Sequit text⁹. Est aūt necessariū.

Querit tredecimo vtrū phisic⁹

habeat p q̄libet causam demonstrare. Arguit pmo ꝙ non. qꝛ demonstratio est p causā ppriā pꝑter quā res est. materia vero ꝛ causa finalis non sunt hmōi cuꝫ materia nō habeat esse nisi solū p formā ꝛ causa finalis sit vltia i re. ḡ phisic⁹ nō hꝫ d̄mōstrare p hmōi causas q̄re nō demōstrat p q̄liber. Secūdo phisica est specialis sciētia sicut mathematica. sed mathematica diffinit ꝛ demōstrat p solā formā. ḡ etiā phisica. tenet ꝯsequentia p simile. Tercio sic. illa ꝯsequētia est certior que habet p oēs causas quā illa q̄ habet p vnā tm̄ ḡ si phisica demonstraret p oēs causas sciētia phisica certior esset mathematica qđ falsum est. igit. Ad oppositū est Aristoteles i textu.

Pro responsione sciendū est

pmo. ꝙ postq̄ phs determiauit đ causis tā p se ꝛ manifestis q̄ p accidens ꝛ imanifestis ꝯūr in fine hui⁹ tractat⁹ ex prius determinatis duo cōcludit. Primū est ꝙ tot sūt cause quot prius dicte sunt. scꝫ quatuor cause.

Sciendū est secūdo ꝙ multoti

ens tres p̄dictarū causaꝝ in vna coīcidūt ſm numeꝝ. vel ſm spēm. Unū forma ꝛ finis coincidūt numero intelligendo de fine gn̄atōnis ꝛ nō de fine rei genite. nā finis gn̄atōis hoīs est forma humana q̄ habita cessat gn̄atio. ſ finis hoīs geniti nō est forma ei⁹. ſ p formā sibi ꝯuenit opari ad finē. ꝛ ita diceret de aliis Causa vero efficiēs coincidit ſm speciē cū forma ꝛ fine. ꝛ h̄ est verū in agentibus ~~equiuocis~~ Et pꝑter hoc dicit Aristoteles in textu Mlotiēs ꝛc. materia aūt nō est eadem cū aliis causis nec numero nec specie. qꝛ ipa est ens i pura potētia. agens vero inq̄tū hmōi est ens in actu. forma vero vel finis est actus vel perfectio rei. Nō est tn̄ itelligēdū ꝙ predicte cause coincidāt q̄tū ad ppriaꝫ ratonē causandi ſ q̄tū ad id quod sunt hoc est q̄tum ad id cui conuenit ratio cause.

Sciendū est tercio ꝙ vt habet

in textu quecūq₃ mouentia mouēt. Unū illa q̄ mouet ꝛ mouet ptinēt ad naturalē ꝯsiderationē. ſ mouētia nō mota nō sūt ampli⁹ phisice ꝯsideratōis. qꝛ phisici ē ꝯsiderare de naturalib⁹. naturalia aūt sūt q̄ i seipis hn̄t pncipiū mouēdi. illa aūt q̄ sūt simplr imobilia nō sūt hmōi q̄re nō sūt phisici ꝯsideratōis. Ex q̄ ptꝫ ꝙ phisicus nō hꝫ ꝯsiderare pmū mouens simplicit cū sit penitus imobile. ꝛ si fiat aliq mētio đ eo sicut in octauo hui⁹. hoc nō est eo q̄ pncipaliter ꝯsideret: ſ incidentalit p habitudinē ad motū tanq̄ pncipiū effectiuū eius Similiter phisicus nō habet cōsiderare q̄cūq₃ formā aut finē. ſ solū illā formam que per motū vel mutatōeꝫ acquirit.

Sciendū est quarto. ꝙ vt ha-

Secundo patz a signo qr nihil videt fieri qn appareat aliqd agens extrinsecum. et tn aliquid videt corrumpi nullo apparente corrumpente extrinseco. et tuc talis corruptio tempori attribuit. vt cum aliquis senescit. cu ergo in generatione sit aliqd agens extrinsecu generatio no attribuit tempori s generanti. Sed in corruptione corrupens no semp est manifestu. ideo corruptio attribuit tempori no q tempus faciat corruptione. s vt dicit Aristoteles qr corruptio fit in tpe et latet corrupens.

Conclusio secunda: ois motus vel mutatio est in tpe. Probat duabus ronibus. Prima est oe motu velox et tardum fit in tpe. s in oi motu et mutatione reperit velocius vel tardius moueri faciendo tn copationem motuu in velocitate et tarditate sm motum eiusdem speciei. ergo omnis motus est in tpe. Secuda ratio ad omne motu vel mutationem sequit prius et posterius. qr oe mobile variat de priori dispositione in posteriore siue sm generatione forme sue sm renouatione situs. sed oe prius et posterius sunt in tpe. quia sumunt p distantia ab ipo nuc qd e in tpe. tn econuerso sumunt in preterito et in futuro. qr in preterito dicit prius qd est longius a psenti nunc et posterius quod ppinquius est. et econtra est in futuro. ergo ois motus et mutatio est in tpe. Sed cotra de generatione substantiali et de illuminatione medij. que sunt mutationes et no sunt in tpe. Rndet q sicut terminus tpis non est tempus nec pars eius. ita e de termino motus. et si capiat generatio ppie non est motus nec ps eius. et sic no est in tpe nec in pte tpis. et similr de illuminatione medij que sequitur motu locale corporis luminosi. Si vo capiat generatio sm esse vt e admixta alterationi sic est successiua et est in tempore sicut alteratio.

Ad rationes ante oppositum. Ad prima dicit q licet aliquid in tpe generetur hoc tn non est ex parte motus sed ex parte generantis. ideo tempus non dicit p se causa illius generationis sicut et corruptionis q p se sequit a motu que p se insequit nomen tempus. Ad secundam et terciam similiter patet solutio ex dictis. Sequit textus. Est autem idem et sm idem.

Querit decimooctauo vtrum tempus multiplicet ad multitudine temporalium.

Arguit q sic. qr tepus est numerus omniu motuu et mobiliu. sed numerus multiplicat ad multitudine numerabilium. ergo tps multiplicat ad multitudine mobiliu. Secudo sic. tempus insequit motu vt passio et mensuratio eius. sed passio multiplicat ad multiplicatione sui subiecti. ergo tempus multiplicatur ad multiplicatione temporalium. Ad oppositu est phs in vltimo capitulo huius qrti. vbi postq ipse determinauit de tempore et nunc et de pprietatibus eoz et de his que ipsis mensurant. hic psequenter mouet et soluit tres dubitationes.

Pro quo sciendum est primo q prima harum dubitationu est de natura temporis in omnibus rebus quare salicet tps videt

esse vbiqꝫ vicz in celo ⁊ terra ⁊ mari ⁊ in oibus que in eis sūt. Cui⁹ rei ratione reddit pħs quia tps est passio vel habitus motus cū sit numerus eius. sed h̄ oia mouent potentia vel actu eo ꝙ sunt in loco. ergo oportet ꝙ in eis sit tpus quia sic sunt tempus ⁊ motus tā motus in actu ꝙ motus in habitu ⁊ ſm potentiā. Secunda dubitatio vtrū si nō sit aīa erit tps. Arguit Aristoteles ꝙ non. quia si impossibile est numerantē esse impossibile est numerabile esse. ⁊ ꝑ ꝯsequens ipm numerū. ſꝫ nihil potest numerare nisi aīa ⁊ adhuc aīa intellectiua. ergo impossibile est tps esse si nō sit anima. Hanc dubitationē soluit aristoteles dicens ꝙ si nō ē anima nō est tps. vel si est: est vt quodcūqꝫ ens. puta est si contingat motū esse sine anima quia si sit motus erūt prius ⁊ posterius in motu. ſꝫ ista ſm ꝙ sunt numerabilia sunt tps. qd exponit sctūs Tho. tps est sine aīa vt quodcūqꝫ ens. id est tpus extra aīaz hꝫ esse ſm qd ⁊ imperfectū. aut extra aīam in actu de tpe nō est nisi ipm nūc indiuisibile qd nō est tps neqꝫ ps tpis. ſꝫ totalitatē suā dicit tpus accipe per opationē aīe numerātis. vnd sicut res numerate dependent a numerante. sic ⁊ numerus eorū ſꝫ prius ⁊ posterius motus q̄ sūt numerata ꝑ tps nō sūt in re extra aīam. sed de motu extra aīaz nō est actu nisi vnū indiuisibile cōtinuans ptes motus ad inuicē. ſꝫ motus suaz totalitatē ꝑcipit ꝑ cōparationē aīe cōparantis priorē dispositionē mobilis ad posteriorē. Et q̄uis hec positio sit multū probabilis tñ cōmuniter tenet positio Auicēne quā insequitur Albertus de modo essendi tpis extra que prius fuit recitata. Und ſm eos ad numerare tria exigunt. scꝫ materia numerata. numerus formalis. ⁊ anima effectiue numerans. ⁊ si nō sit aīa numerans adhuc erit numer⁹ formalis ſm esse formale. ⁊ materia numerata. ⁊ ad esse rei nō exigit in se nisi materia ⁊ forma. modo materia ⁊ forma tpis sine aīa repiunt. ergo ad esse tpis in se nō exigit aīa. ſꝫ bene verū est ꝙ aīa ipa ꝑ actū numerandi causat tpis apprehēsionē ⁊ effectuā numerationē. ⁊ quo ad hunc actū nō est tps extra aīam ⁊ hoc modo vt dicūt isti intellexit Aristoteles suū dictū scꝫ si nō esset anima nō est tps vel ē vt quodcūqꝫ ens. Tercia dubitatio cuius motus tempus sit numerus. Respondebant antiqui ꝙ tempus est primo numerus motus cuiuslibet. Nam oē qd fit in tempore fit: et quod augmentat in ipo augmentat. ⁊ sic de aliis motibus. Sed esse in tpe est numerari tempore. ergo vt dicebant tempus est numerus cuiuslibet mot⁹. Sed hoc improbat quia si tps sit numerus cuiuslibet motus sequitur ꝙ duorum motuū simul existentiū sit alterum ⁊ alterū tps. ⁊ vltra ꝙ duo tēpora equalia sint simul. ⁊ hoc est impossibile. quia oē tempus qd est simul est tm̄ in numero vnū. ⁊ illud qd nō est simul nō est vnū in numero. sed in specie qd ptꝫ ꝑ simile. quia sicut duorum numeratoꝝ equaliū vt septē canū vel septeꝫ equorum est vnus numerus. sic ⁊ motuū sīmul terminatoꝝ est idem tps ⁊ equale. sed septē hominū ⁊ septem equoꝝ est idem numerus licꝫ nō sit idē septēnari⁹. quia nō differūt ꝑ differentias numeri sed ꝑ differentias septēnarii. Sed ꝑ vera solutione hui⁹ dubitatōnis ponunt tres suppositōes. Prima est motus localis prius est oim motuū. ⁊ inter omnes motus locales motus circularis qui regularis ⁊ vniformis est: ē simpliciter primus. Secūda est. vnūqꝫ ꝙ mensurat vno quodā ꝓprio sui generis. vt vnitas vnitate. ⁊ plures equi per vnū equū. Tercia est ꝙ tempus mēsurat motu ⁊ econtra. motus mensurat tpe.

Tunc sit ꝯclusio prima. motus circularis qui est regularis est mēsura omniū alioꝝ motuum. Probat quia primū in quolibet genere est mensura omniuꝫ sequentiū ꝑ secūdam suppositionē. sed motus circularis qui est regularis est prius ⁊ notissimus omnium motuū ꝑ primam. ergo ille est mensura vniformis omnium motuum.

Cōnclusio secunda. tempus est ꝑ se primo mensura primi motus circularis ⁊ ꝑ ipm est mensura oim aliorum motuū. Patet quia quidam dixerūt tempus esse motū circularem celi. ⁊ hoc est quia est mensura celi ⁊ ꝑ ipsum mensurant oēs alii motus. etiā aliqui dicunt res humanas habere quendā circulum ⁊ hec omnia in tempore iudicant ⁊ accipiūt finē ⁊ principium ſm quandam circulationē quare tempus videt quidam circulus ꝙ nō est nisi quia tempus mensurat ꝑ motum circularem ⁊ ex ꝯsequenti ꝑ secūdū motū tempus est mensura oim aliorum motuum.

Cōclusio tertia. tēpus nō multiplicat ad multitudinē motuū ⁊ mobilium. Probatur conclusio. Nam nullum accidens

multiplicat numeraliter nisi solum ad multi plicationē sui subiecti. sed tps solū est in primo mobili mediante motu eius vt in subiecto: In alijs aūt est vt in numeratis et mēsuratis nō imediate sed mediante motu primi mobilis ergo cū nō sint plures primi motus sequit quod ē tm̄ vnū tps. Itē si tempus multiplicet ad multitudinē motuū cū simul sint plures motus equales quorum vnū non est pars alterius sequeret quod simul essent plura tempora equalia quorū vnū non est pars alterius quod prius improbatum est.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicit quod tempus nō est primo numerus omnium motuū sed tm̄ primi motus. quare nō oportet ipm multiplicari ad multitudinem motuū et mobilium. Et similiter dicit ad secūdā. Seqt tertius. ~~Et hijs aūt vo. sic~~

Querit decimonono vtrum eternitas

que est mensura esse diuini bn̄ diffiniat eternitas est interminabilis vite tota simul perfectaque possessio. Arguit primo contra suppositū. qr esse diuinū est infinitū. ergo est imensurabile. Secūdo sic. qr mensura certificat q̄titatē mensurati. deus aūt nō habet q̄ntitatem. ergo et cetera. Tercio sic. mēsura differt realiter a mensurato cū certificet q̄titatē eius. sed eternitas non differt realiter ab eterno q̄a essent plura eterna quorum neutrum esset ab alio.

Quarto. si esset mensura esse diuini mēsuraret ipm sicut tps motū et nūc illud qd fert. sed hoc nō. quia eternitas ē vnum indiuisibile et vno modo manēs. ergo eternitas non est mensura esse diuini. Deinde arguit contra quesitum qr eternitas est quid positiuū. ergo male diffinitur per priuationē cū dicit interminabilis vite.

Secūdo si duratio magis refert ad eē rei q̄ ad operationē ergo male ponit vite. Tercio sic. omne totū habet ptes. sed in eternitate nō sūt ptes. ergo male dicit tota. Quarto sic. plures dies nunq̄ simul sunt. sed in eternitate dicunt esse dies. ergo ponitur male simul.

Quinto sic. totū et pfectū idē sunt. ergo superflue addit pfectā. Ad oppositū arguit per Boetiū ponentē illam diffinitionē. de consola.

Sciendum est primo. quod peripa

tetici nō inueniunt aliquid determinasse sm certitudinē de eternitate q̄uis q̄nque mentionē fecerint de ipa. nā de re qua sepius vtebantur debuissent tractatum fecisse. sed forsan tractatus eorum de ipa ad nos nō peruenit. ideo difficile est de ipsa determinare. qr tm̄ euum ab eterno et tempus ab euo fluit iuxta illud Boetij Qui tempus ab euo ire iubes. cōueniēs fuit vt dicit Albertus quod post tractatū de tempore aliq̄ mentio fieret de eternitate. vt sciret quid est eternitas et q̄d sit radix tpis.

Sciendū est secundo quod eterni

tas dicit multis modis. Primo modo dicit spaciū carēs principio et fine nō habēs in se prius et posterius nec aliq̄ successionem ex eo quod nō mensurat illud qd mutat. sed potius qd stat vno et eodē modo nihil amittēs in preterito et nihil acquirens in futuro et hic est proprius modus eternitatis de quo est ad propositū. Secūdo modo minus proprie dicit eternitas spaciū rei imensurabilis siue imutabilis sm omnē speciē motus et mutationis licet habeat pncipiū sui esse. et hoc modo necessaria dicunt eterna Tercio modo dicit eternitas adhuc minus proprie spaciū variatū qd non habet principiū neque finē et hoc modo a quibusdā mundus dicit eternus. licet sm veritatē sit tēporalis. quia corpora que in ipso sunt mouētur et mutant in tpe quo habent prius et posterius. ideo per impossibile si mundus careat pncipio et fine adhuc esset temporalis Quarto modo dicit eternitas nō spaciū alicuius esse vel substantie. sed potius delectatio et possessio vite interminabilis que sm impfectissimū esse indesreperitur.

Sciendum est tercio. quod sm primā

acceptionē eternitatis ysaac pbus israhelita sic diffinit eternitatē. quod est spaciū continuū non interceptū qr suū totū esse simul habet et pfecte. per cōtinuitatē intelligit indeficientiā eternitatis. et per nō interceptū intelligit negatōem prioris et posterioris et successionis. Sed Gilbertus porretanus dicit eternitatem moram cōtinuam nō interceptā. et si vocet mora non debet intelligi quod sit mora tpis vel momenti. sed vocat mora propter pmanentiā eius que ē indeficiens. que mora dicit spaciū sm quod ambit totū esse indeficiens et hoc spaciū cōtinuum dicit nō quod habeat ptes sicut quantitas continua sed qr nunq̄ deficit nec deest neque deerit sed semper est stans incōmutabiliter in seipso. et dicitur non interceptam quia nihil amittit in toto preterito nec aliquid acquirit in futuro. ideo nō est ibi interceptio vel diuisio, preteriti vel

futurū sicut in tempore. sicut dicit Boetius ꝙ nūc stans ꝛ non mouens se facit eternitatem. Et sic patet ꝙ diffinitiones ysaac ꝛ Gilliberti non differunt nisi ſm vocem. quia primus vocat eternitatem spaciū. secundus vero morā.

Sciendū ē quarto. ꝙ eternitas non habet prius ꝛ posterius sed est tota simul ꝛ indiuisibilis vnde aliqui dubitauerunt q̄liter deo qui est eternus attribuantur verba p̄terita et futura. Ad quod dicendū est ꝙ talia deo attributa denotant coexistentiam eternitatis ad tempus. vt cum dicitur deus est. sensus est ꝙ deus nulli tempori presenti deest. deus fuit. i. est nulli p̄terito defuit. deus erit. id est nulli futuro deerit.

Sciendū est vlteri⁹ ꝙ eternitas dicitur habere suū esse simul ꝛ perfecte propter quasdam substantias que licet habeant simul suum esse tn̄ in hoc ꝙ aliquid possunt volunt vel intelligunt non habent pfecte ipsum simul. non eñ presentia omnia sunt intellectibus intelligentiarū ad que extendi potest intellectus eaꝝ. sed potius ꝯtinue illuminant a prima intelligentia. ideo vices quasdam habent ſm suum posse ꝛ ſm intelligere. Unde licet euiternum ſm id quod est sit sic. tamē nō possidet suū esse simul ita pfecte sicut eternū. sicut omnia sunt presentia quo ad esse viuere velle ꝛ intelligere ꝛ illa non perfecte obumbrantur. nec recipit transmutationē vel vicissitudinem. sed ea que sparsa sunt in toto tempore que ab ipso eterno fluunt simul p̄sentia sunt. ppter quod omnia p̄uidet ꝛ presciit anteꝙ̄ fiant. Et istam pfectionē eterni cōsiderans Boetius eternitatē diffiniuit melius omnibus alijs dicens. Eternitas est interminabilis vite tota siꝛ pfectaꝙ possessio.

Ideo cū ipso Boetio sit hec cōclusio p̄ma. diffinitio eternitatis posita a boetio est sufficiens. p3 p particulas eius. nam q2 eternitas est simplex indiuisibilis. ꝛ simplicissima nō cognoscimus nisi p abnegationē cōpositoꝝ. ꝛ indiuisibilia p abnegationē partium. vt dicimus punctus est cui⁹ ps nō ē. ideo in diffinitione ponit̄ interminabilis. Unde interminabiles dicunt̄ in quoꝝ duratione non est finis neꝙ principiū ꝛ tale est eternū quod dicit̄ extra terminos positū. Deinde ponit̄ vite q2 duratio quo ad nos magis ad opationē refertur ꝙ ad esse. Et ponitur tota simul ad excludendum tempus quod nō est totum simul. neꝙ dicitur tota quia habeat partes sed quia nihil sui est extra ipsam. Et additur perfecta eo quod ipsum eternum est perfectū in esse posse ꝛ operari que omnia simul habet. Et dicitur possessio quia illud ꝓprie dicitur possessum quo aliquis ad nutum suum vtit̄. ꝛ sic est de eterno ꝛ de vita eius.

Quibus notatis sit cōclusio secunda ꝛ responsalis. Eternitas est mensura esse diuini. ista conclusio satis patꝫ ex diffinitione Boetij imediate declarata. Etiam probatur mensure ad mensuratum dicitur esse ꝓportio. sed eternitas simul est ſm esse posse ꝛ agere cuiusmodi est ipse deus. igit̄ ꝛc.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam dicitur ꝙ licet esse diuinū vt caret principio ꝛ fine sit infinitum. est tamen finitissimum per hoc ꝙ est simplicissimū ꝛ simul sic ꝙ nihil sui est extra ipsum. ꝛ hoc modo est mensura eternitatis ꝛc. Ad secundam dicitur ꝙ licet deus non habeat quantitatem magnitudinis habet tamen maximam quantitatem virtutis qua se continet ꝛ nunꝙ̄ aliquid sui extra extendat. ꝛ hec indeficietia sui stans iuxta se mensurat̄ eternitate. Ad terciam ꝙ non omnis mensura realiter differt a mensurato. aliquando eñ mensuramus totam ꝗ̄titatem p partes eius que simul accepte ab ea non differunt. ideo sufficit ꝙ differant ratione. ꝛ hoc modo eternitas differt ab eterno inꝗ̄tū habet rationē more vel spacij indeficientis et eternus habet esse stans ꝛ totum simul. Ad quartā dicitur ꝙ eternitas non mensurat eternum eo ꝙ nec eius recipiat variationē sicut nec tp̄is. sed mēsurat per modū vnitatis stans imobiliter. ideo nō eodē modo mensurat eternū sicut tp̄s rem tp̄alē. vel sicut nunc illud quod fertur ſm ꝙ fert̄ ꝛ hec de questione.

Querit̄ vicesimo vtrū tm̄ sint tres mensure durationū realiter distincte scꝫ eternitas euiternitas ꝛ tempus. Arguit̄ ꝙ nō quia due ~~forme~~ distincte non possunt sim esse. sed iste tres mensure sunt simul ḡ nō sūt distincte. Secūdo sic. euiternitas habet p̄us ꝛ posterius vel nō. si sic tunc non differt a tp̄e. si nō tūc nō differt ab eternitate. ergo nō

sunt tres mensure distincte. Tertio sic nunc eternitatis & nunc tēporis sunt idem nunc. ergo eternitas & tēpus idē sunt. Antecedēs patz. qr vt dicit Boetius sicut nunc fluens facit tēpus ita nūc stans & pmanens eternitatē. sed idez est subiecto nūc stans & nūc fluēs. ergo eternitatis & tēporis est idē nunc. Ad oppositum arguitur per Boetiū & cōes expositores peripateticorū ponentes illas tres mensuras realiter distinctas.

Pro respōsione sciendū est primo q predicte mensure in ordine ad mēsurata se habēt in aliquo similiter & in aliquo dissimiliter. est enī proportio in hoc q sicut eternum est totū simul scdm esse posse & agere nihil amittens in preterito & nihil acquirens in futuro. ita eternitas est tota simul vt patz ex sua diffinitōe. Similiter sicut euiternū est totū simul scdm esse & nō scdm posse & operari sino acquirit p vicissitudinez in actionib' suis aliquas pfectiones quas prius nō habuit. ita euiternitas scdz aliqd est tota sil' & sm aliqd hz par' & poster' sil' iuncta. Silr sicut tēporale nō simul participat totū suū esse posse vel agere ita tēpus nūq totū simul est scdm rem. & ita sicut eternitas est mēsura adequata eterno. ita euiternitas euiterno. & tēpus tēporali. & in hoc habēt proportionē iste mēsure ad mensurata. Sed dissimiliter se habēt in hoc. qr esse in tēpore est quadaz pte tēporis mēsurari. sed esse in eternitate nō aliqua parte videt mēsurari. qr non habet partes. Item omē qd mensurat tēpore excellitur a tēpore. quod vero est in eternitate nō excellitur ab ipsa. sed sibi est penitus adequatū. euiternū aūt scdm aliquid ē simul & scdm aliquid nō est simul. ideo scdm aliquid euū excellit euiternū & scdm aliquid sibi adequat. scdm q excellit. vocant euū tēpus. sicut dicit Augustinus. qr rationalis creatura pptr vices sue volūtatis & intellectus mouetur per tēpus & non per locū. corporalis vero mouetur per locum & per tempus.

Sciēdum est secundo q triplex distinguitur eternum. Quoddā est vere eternum quod est totū simul scdm esse posse & operari. & hoc mō est vnū solū scz pma cā q deus est. Alia dicunt eterna solū per participatōem aliquā veri eterni. vt sunt intelligentie & anime beate que cōtemplantur verū eternū & gloria sibi influente imutabiles efficiuntur & hoc ppria natura sunt mutabilia. diuina tamen volūtate sunt immutabilia. & sic sufficit eternitas. qm quidem diuini ordines aliquid participantes in hac vita cōtemplatōne eterna supra tēpus quodāmodo efficiūtur. ita q nō pcipiunt motuz nec mutationē naturalē. Hoc etiā modo necessaria dicūtur eterna siue sint cōplexa vt celestia corpa. siue necessitatē habeāt ex habitudine incōplexorū adinuicez vt prime dignitates. Alia dicūtur eterna nō. qr participant aliquid immutabilitatis qd eternitati pprium est. sed qr habēt similitudinē cū eternitate in carētia finis. vt motus dicit eternus ab hijs qui ponunt mundū eternū. & pene infernales dicunt eterne. sed eternitas solū vere cōuenit illi qd est primo mō eternū.

Sciendu3 est tertio q eternitas est causa exēplans euiternitatis & tēporis. nā sicut euiternū ab eterno dependet & tēporale ab ambobus. ita euiternitas ab eternitate dependet. & tēpus ab vtraq. Et hoc sic dicit Boetius. O qui perpetua mūduz rōne gubernas Terrarū celiq sator. q tēpus ab euo. Ire iubes stabilis quemanēs das cuncta moueri. Cuius dat exēplū. nā sicut ens frequēter sub eo quod est semp currit & ab eo deficit & id qd est raro ab eo qd est frequēter. ita euiternitas sub eternitate currit ab ea deficit & tēpus sub euiternitate currit & ab ea deficit. Unde eternitas est mēsura illius qui semp vno & eodez mō & imutabiliter pēitus se habz. qd vero immediate ab eo depēdet p hoc deficit ab eo qd distat. & hoc est euiternuz cuius esse qd est stabile. habet tamē vices in suis potentijs & actōibus sicut intelligere & velle. qd autē ab eo plus distat ab eo plus deficit. vt est tēporale. cui' nec esse nec posse nec agere stabile est.

Tūc sit cōclusio prima q tres sunt tres mēsure durationū realiter distincte. pbat qr omis talis mēsura mēsurat esse alicui' rei. vel ergo illa res est tota simul scdm posse esse & agere. & sic est eternitas. vl' est tota scdm eē & nō scdm posse & agere & sic est euiternitas & vel non est tota sil' in esse nec scdm posse nec scdm agere & sic est tēpus. Uel sic omnis res vel caret principio & fine. & sic est eternum vl' habet principiū & non finez & sic est euiternū. vel habet principium & finez & sic est tēporale. Hec tamen distinctio est magis p accidēs q precedens. qr dato q mundus nō incepisset

net haberet finē adhuc esset temporalis nō simpliciter eternus.

Cōclusio secunda. eternitas est mēsura eterni euiterni ⁊ temporalis. ⁊ euiternitas euiterni ⁊ tēpalis. tēpus vero temporalis tm̄. patz quia quicquid est mensura superiorum est mensura inferiorum. sed nō econtra. ergo cōclusio vera. Uerūtamē eternitas nō est adequata mensura euiterni ⁊ tpalis: sed ē excedēs nec euiternitas tpalis. Et dicit mensura adequata quū ē pportio mensurati ad esse mensure vt p⁹ dictū ē motū tpe mensurati ⁊ ipm ⁊ eē ei⁹. qz successiuū est sicut tēpus Ex ista cōparatione eternitatis ad tps contingit p accidēs eternitatē diuidere ⁊ ipam hrē ptes. nō q hmōi ptes ipi⁹ sint sed spacij qd est sub ipsa. vt qñq dicit mille annis fuisse de⁹ ⁊ q anni ei⁹ non deficient. nō q in eternitate sint dies. mēses et anni. sed qz eternitas continet tēpus cui⁹ dies mēsis ⁊ ann⁹ dicunt eē partes.

Cōclusio tercia. nūc eternitatis differt realiter a nūc euiternitatis ⁊ tēporis. qa nūc eternitatis ē aliquid ipsi⁹. ⁊ nūc euiternitatis ē aliqd eius. ⁊ similr de nūc tpis ad tēpus. sed ille tres mensure sunt realiter distincte ergo etiā nūc ipsarū. Itē nūc tēporis ē numerus ei⁹ quod fert fm q fert ⁊ non fm q substantia ei⁹ est in se pmanens sed fm q fert. ergo nullā habet ydēptitatē ad nūc quod est in se ipso pmanens cuiusmodi ē nūc euiternitatis. Item sicut eternitas pcedit tēpus. ita nūc eternitatis pcedit nūc tēporis. ergo realiter distinguunt. Et sic argueret de nūc euiternitatis.

Cōclusio quarta. nūc eternitatis ab eternitate differt rōne tm̄. probat quia dicit nūc fm q adiacet vni indiuisibili instāti nihil amittenti in pñti nec aliquid acquirēti in futuro. sed eternitas dicit spaciū siue mora indeficiēte ei⁹. ergo rōne differunt.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicit q due mensure eiusdē generis nō possūt eē simul nisi vna sit pars alterius. sed mēsure diuersorum generū cuiusmodi sūt iste bene possunt esse simul. Ad secundam dicit q euiternitas fm esse est tota simul. habz tñ prius ⁊ posterius sibi adiūcta fm q in actionibus euiterni sunt prius ⁊ posteri⁹. Ad terciam dicit q nō pcise differunt nunc eternitatis ⁊ nunc temporis qz vnū est stans ⁊ aliud fluens. sed differunt. qz sunt principia mensurarū diuersorum generuz. Et hec de questione. ⁊ p pñs de toto quarto phisicorum.

Sequitur textus quinti libri phisicorum.

Transmutat autē trāsmutās oē aliud quidem fm accidēs vt cū dicim⁹ musicū ambulare ⁊c.

Circa quintuz librū phisicorum querit pmo. Utrū motus siue mutatio sint subiectiue in specie vel in forma fm quā fit motus.

Arguit q sic. qz motus est fluxus quidā sed fluxus est in forma fluente. ergo motus est subiectiue in forma vel in specie.

Secūdo sic. motus ē subiectiue ī eo quod mouet. sed forma est id qd mouet qz est id qd cōtinue variat de eē imperfecto ad esse pfectū ergo motus est subiectiue in forma fm quā ē motus. Ad oppositū arguit p phm in textu.

Pro responsiōe sciēdum est primo. q postq determinatū est de motu fm cōmune rōne ei⁹ ⁊ de hijs q insequunt motum vt sūt infinitū locus ⁊ tps. Consequenter de ipso philosophus determinat ipsum diuidēdo in partes subiectiuas in isto quinto. In quo pncipaliter tria facit. Primo eñ diuidit motum in suas species ostendendo in qbus predicamentis est p se motus. ⁊ in qbus non. Secūdo ponit rationes quorundam dubiorum siue quarundam intentionū q sūt vtiles ad ea que postea dicentur. Tercio agit de contrarietate ⁊ varietate motuū: ⁊ qz motus per accidens non habet diuidi in suas partes subiectiuas quia infinitis modis variat. sed tamen motū per se illo modo habet diuidi. ideo antq diuidat motū per se in suas species distinguit motum per se a motu per accidens reijciendo motum p accidēs a sua consideratione.

Sciendū est secūdo. q tripliciter contingit aliqd mobile moueri. Primo modo aliquid mouet fm accidens vt dicim⁹ musicū ambulare quia subiectum musice ambulat. Secundo modo aliquid mouet fm alterum in ratione partis vt corpus dicit sanari

D iij

quia oculus eius vel thorax .i. pectus sanatur. Tercio modo dicit aliquid moueri p se pⁱmo sic q nō p accidens nec gratia partis vt alterabile in motu alterationis. Et similis ē distinctio ex pte mouentis nā aliquid mouet fm accidens vt musicus edificat ꝛ aliqd mouet fm alterū ꝛ gratia partis vt hō pcutit qꝛ manus eiꝰ pcutit. ꝛ aliquid mouet p se primo vt medicus sanat pⁱmo p se. Et ad videndū quomodo est similis distinctio ex parte termini ad quem.

Sciendū est tercio q in oī motu quinqꝫ requirunt. scꝫ mouens mobile et tēpus in quo est motꝰ ꝛ duo termini motus. scꝫ a quo ꝛ ad quē. qꝛ oīs motus est a quodam in quoddā. q aūt mobile sit alterū a termino a quo ꝛ a termino ad quē vt q lignū qđ calefacit sit alterū a calido ꝛ a frigido sic probat Aristoteles. quia motus est in ligno vt ī subiecto ꝛ non in aliquo terminoꝝ. qđ pꝫ quia motus est in illo vt in subiecto qđ mouet. sed lignū est id quod mouet ꝛ non terminus a q̄ nec terminus ad quē quia species siue forma neqꝫ mouet neqꝫ mouet. ergo sequit q mobile est alterū ab vtroqꝫ terminoꝝ motus. ꝛ sic tā ex parte mobilis q ex parte terminoꝝ pōt sumi diuisio motus. sed qꝛ magis terminat a termino ad quē q̄ a termino a quo eo q p motū acquirit terminꝰ ad quē ꝛ auferē terminꝰ a quo. ideo motus habet ꝯuenientiam cum termino ad quē ꝛ repugnantiam cū termino a quo. ideo magis sumit diuisio ex parte termini ad quē q̄ a termino a q̄. Quia etiā tps ē extrinsecum motui. ideo ex pte tpis nō sumitur pdicta diuisio. ideo sequit q tm̄ sumit ex parte termini ad quē scꝫ ex parte mobilis mouētis ad terminū ad quē. Et si querat ex quo forma vel species vel passio nō est id qđ mouet vtrū possit dici motus. Dicit phūs q non qꝛ cum forma species vel passio sit terminus motus sequit q ad motū fieret motꝰ quod postea improbat. ideo forma puta albedo nō est motꝰ. ſ albefactio est motꝰ ꝛ albedo est terminus eius.

Tunc sit cōclusio pⁱma motꝰ sufficienter diuidit in motū p accidēs in motū p alterū ꝛ motū p se primo. pbat conclusio ex parte mobilis. quia illis tribus modis aliquid dicit moueri. ꝛ ex parte termini ad quē quia motus qñqꝫ terminat ad aliquid p accidens vt albatio ad id qđ intelligit qꝛ accidit albatū intelligi. sed terminat ad colorē fm alterū qꝛ albedo est pars coloris sed p se terminat ad albū colorem.

Cōclusio secunda. motus non est subiectiue in specie vel forma fm quā est motus sed in mobili. Probat qꝛ motus ē vt in subiecto in illo qđ mouet. sed ipm mobile mouet ꝛ nō species vel forma. ergo maior patet qꝛ illud solū mouet cui cōuenit esse tanq̄ id qđ est. ſ forma nō est tanq̄ id qđ est ergo motus est in mobili subiectiue ꝛ non in forma.

Cōclusio tercia. mutatio p accidens nō ē diuidēda in suas ptes subiectiuas siue sumat ex pte mobilis vel mouentis vel termini ad quē. Probat qꝛ talis mutatio infinitis modis variat eo qđ infinita vni accidūt ꝛ indifferent est in oībus corpibꝰ ſ infinita nō cadūt sub arte cū indefiniata sint ꝛc.

Cōclusio quarta. motus p se habet diuidi in suas species. pꝫ qꝛ motus p se nō est in oībꝰ indifferenter. ſ tm̄ in contrariis quo ad motū successiuū vel in cōtradictoriis quo ad generationē ꝛ corruptionē. sed contraria ꝛ ꝯtradictoria sunt distincti termini. ergo motus p se fm illos terminos potest diuidi in suas species ꝛ potest cadere sub arte. ꝛ quia mediū est quodāmodo extrema inquantū pticipat vtrūqꝫ ꝛ comparatū ad vtrunqꝫ habet vtriusqꝫ rationē vt fuscū cōparat ad albū ꝛ sic habet rationē nigri. ꝛ comparatum ad nigrū habet rationē albi. Ideo vniuersaliter dici potest q omnis motus est inter contraria vel contradictoria.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicit q fluxus motus non differt essentialiter a forma fm quā mobile mouet. ideo ille fluxus est subiectiue in mobili quod mouet sicut forma fluens. mobile aūt variat fm illam formā de dispositione in dispositionē. ꝛ dicit forma fluens nō q sit id quod fluit sed quia fm ipā mobile fluere dicit de nō esse. Ad secundā dicit q forma non est id quod variat de esse imꝑfecto ad esse perfectū. cum esse non sit ipsius forme tanq̄ eius quod est. sed mobile est qđ variat de esse imꝑfecto ad esse perfectū illius forme fm quā est motus de esse imꝑfecto ad esse ꝑfectū ꝛc.

Sequitur textus. Quoniam autem omnis mutatio.

Queritur secundo. utrum sola mutatio que est de subiecto in subiectum sit motus proprie dictus. Arguitur quod non. quia in omni motu debet manere idem subiectum sub utroque terminorum. alias motus non esset unus. Et si semper maneat idem subiectum sequitur quod talis motus non est de subiecto in subiectum. Et per consequens mutatio de subiecto in subiectum non est motus. Secundo sic generatio est de non subiecto in subiectum et corruptio econtra. et tamen generatio est motus. cum sit actus generabilis inquantum generabile et similiter corruptio. ergo. Tercio sic sicut se habet subiectum ad subiectum ita non subiectum ad non subiectum. ergo si sit motus de subiecto in subiectum erit motus de non subiecto in non subiectum. ergo non sola mutatio de subiecto in subiectum erit motus. Ad oppositum arguitur per philosophum in textu.

Pro responsione sciendum est primo quod postquam philosophus distinxit motum per se a motu per accidens et removit motum per accidens a sua consideratione. Consequenter incipit determinare de divisione motus per se in suas species et quia mutatio accepta in communi se habet ut quoddam superius ad motum proprie dictum. ideo ~~postquam dividit~~ motum proprie dictum dividit mutationem per se in communi. et postea ostendit que mutationes non sunt motus et postea que mutationes sint motus proprie dictus.

Sciendum est secundo quod omnis motus sive mutatio fit ex quodam in quoddam ut satis manifestat nomen mutationis: quia connotat aliquid esse post aliud. et aliquid prius et aliquid posterius et ita mutatio semper est inter duos terminos. unde secundum illorum terminorum variationem potest intelligi mutatio fieri quadrupliciter. primo de subiecto in subiectum. id est de termino affirmato in terminum affirmatum. Secundo de subiecto in non subiectum. Tercio de non subiecto in subiectum. Quarto. de non subiecto in non subiectum. et ut habet philosophus dicitur hic subiectum. quod est affirmative demonstratum. et illud est ens in actu completum per formam substantialem. ut cum dicitur hic homo vel equus. et cum hoc accipitur sub aliqua forma accidentali que affirmative designatur tale ens completum prout est sub illo esse accidentali potest movere ad aliud esse accidentale et ita dicitur mutatio fieri de subiecto in subiectum. Ex quo patet quod materia in proposito non est subiectum immo magis dicitur non subiectum accipiendo eam cum privatione. ut cum dicitur quod aliqua mutatio est de non subiecto in subiectum.

Conclusio prima. ex non subiecto in non subiectum nulla est mutatio per se licet bene per accidens. Prima pars patet. quia omnis mutatio per se est inter contraria vel inter contradictoria. Sed non subiectum ad non subiectum nullam habet oppositionem sive capiatur non subiectum ut dicit simplicem negationem sive ut dicit privationem quia negatio negationi non opponitur nec privatio privationi nec potentia potentie. nam negationes simul de eodem subiecto verificari ~~non~~ possunt. ut idem lapis nec est sanus nec eger nec cecus nec videns. Secunda pars patet quia cum ex albo fit per se nigrum fit per accidens ex non nigro non album. pro quanto privatio semper salvatur in forma contraria sed id quod est per accidens in aliquo genere non potest esse species eius: ideo ex non subiecto in non subiectum non est aliqua species mutationis per se.

Conclusio secunda. tantum sunt tria genera mutationis per se. patet quia divisio mutationis secundum variationem suorum terminorum penes affirmationem et negationem attenditur: sed tales termini solum variantur quattuor modis et secundum unum modum non potest fundari per se mutatio scilicet de non subiecto in non subiectum. ergo erunt solum tria genera mutationis scilicet de subiecto in subiectum. et de non subiecto in subiectum. et de subiecto in non subiectum. Sed ad sciendum que istarum mutationum sit motus. Advertendum est quod mutatio de non subiecto in subiectum dicitur generatio cuius alia est generatio simpliciter que fit de non esse simpliciter ad esse simpliciter. scilicet ad esse substantiale. alia est generatio secundum quid que fit de non esse secundum quid scilicet de non esse accidentali ad esse accidentale ut de non albo in album. et talis generatio secundum rem est alteratio vel motus proprie dictus. Sed secundum modum designatur ad modum generationis secundum illa muta

tio que est ex subiecto in non subiectuz dicitur corruptio. cuius quedam est corruptio simpliciter. Alia est corruptio scdm quid quemadmodum dictum est de generatione.

Conclusio tertia generatio non

est motus. patet duabus rōnibus phi. Prima est. illud qđ nō est simpliciter nō pōt moueri neqꝫ quiescere. sed id qđ generat̄ simpliciť est nō ens. ergo nō pōt moueri. ⁊ per cōsequēs generatio nō est motus. pro declaratōne maioris supponit phus ꝙ nō ens dicit̄ tripliciter Primo mō dicit̄ nō ens scdm cōpositionē ⁊ diuisionē. ⁊ hoc mō nō ens idē est ꝙ falsum qđ opponit̄ enti qđ est verū. sed hoc mō ens ⁊ nō ens solū in mēte sunt. iō tale ens non pōt moueri. Secūdo modo dicit̄ nō ens qđ non est ens in actu p quācūqꝫ formaz sed est in pura potētia. ⁊ tale nō ens non pōt moueri. sed est principiū gňationis simpliciter vel terminus corruptōnis. Tertio mō dicit̄ nō ens scdm q̄d ⁊ rōne oppositōnis quā habz ad aliud prout prima saluat̄ in forma contraria vt albū dicit̄ nō nigrū. ⁊ tale nō ens cōtingit moueri p accidens. sed id qđ nō est ens simpliciť. ⁊ simpliciter generatur. nullo mō cōtingit moueri. Secūda rō. omē qđ mouet̄ est in loco. sed qđ generat̄ simpliciť non est in loco. ergo qđ generatur nō mouet̄. Maior patz qꝛ mot⁹ localis est primus oīm motuū. ⁊ destructo priori destruūtur posteriora. iō si aliquid nō sit mobile localiter nec etiā alio motu. sed omne mobile localiter est in loco. ideo necesse est quod moueatur esse in loco.

Cōclusio quarta. corruptio simpliciter nō est motus.

patet qꝛ motui nihil est cōtrariū nisi motus aut quies. sed corruptioni gňatio cōtrariat̄ q̄ nō est motus aut quies vt pbatuz est. ergo corruptio nō est motus. ⁊ sic due spēs mutationum prius posite nō sunt motus.

Ex q̄b⁹ ifert̄ cōclusio quīta ⁊ responsiua ad. q.

sola mutatio đ subiecto ī subiectū est mot⁹ ꝓprie dict⁹ pꝫ qꝛ mot⁹ ꝓprie dict⁹ est aliq̄ mutatio. qꝛ in tali motu fit aliq̄d post aliud. ⁊ nō est mutatio de nō subiecto in subiectū nec ecōtra. ergo cū n̄ sint nisi tres spēs mutatōis seq̄tur ꝙ est mutatio de subiecto in subiectū. ⁊ ipa subiecta sunt cōtraria vľ media vľ includūt priuationē q̄ ponit̄ vt vnū cōtrariuz in quātū affirmatiue mōstrat̄ vt pudū vľ obscurū

Ad rationes ante oppositum

Ad primā dicit̄ ꝙ in ꝓposito nō solū capit̄ subiectū p illo qđ subijcit̄ motui. sed capit̄ ꝓ illo qđ subijcit̄ inquātū stat sub aliquo termio affirmato. ⁊ sic mō fit mutatio de subiecto in subiectū. lꝫ mobile qđ subijcit̄ motui idē remaneat. Ad secūdaz dicit̄ ꝙ si capiat̄ mot⁹ in cōi vt capit̄ in pňti ⁊ in tertio hui⁹ videlꝫ vt dicit̄ act⁹ entis in potētia nō distinguēdo ipsuz cōtra simplicē mutationē sic gňatio ⁊ corruptio dicerētur mot⁹. s nō captēdo ipsuz spēaliť vt fit de cōtrario in cōtrariū ⁊ inter formas positiuas. ⁊ isto modo accipit̄ hic. Ad tertiā dicitur ꝙ subiectū ⁊ nō subiectū cōueniūt in negatōne sicut duo subiecta in affirmatōne. sed est dissimile in hoc. qꝛ nō subiecta dicūt aliquas duas negatiōes q̄ nullā habēt oppositionē ⁊ īter subiecta q̄ differūt p formas positiuas ꝑe esse cōtraria oppō. iō in ipis pōt fieri mot⁹ ⁊c. Sequitur textus. Si igit̄ pdicata ⁊c.

Queritur tertio vtrum in substā

cia ⁊ ad aliq̄d sit p se motus. Arguit̄ ꝙ sic. qꝛ forma substātialis pri⁹ inducit̄ in vna parte materie quā in alia ergo nō est possibile materiā scdm quālibet sui partē subijci equaliter virtuti agentis. ergo generatio est mutatio successiua. ⁊ ita est motus. Secundo sic arguit̄. in substantia est contrarietas. ergo etiaz est motus. Antecedēs patet qꝛ in vno quoqꝫ genere est tm̄ vna cōtrarietas prima. Itē ignis cōtrariatur aque vt dicit̄ in secūdo de gňatiōe. ⁊ si dicatur ꝙ hoc est rōne qualitatis ex hoc infertur ꝙ ignis scdm suā substantiā contrariat̄ aque. qꝛ ꝓprie passiones habēt ꝓprias causas ⁊ ita cū caliditas ⁊ frigiditas sint in subiectis ignis. ⁊ aque seq̄tur ꝙ ille substātie sunt cōtrarie. Tertio sic arguit̄ ꝙ in ad aliquid sit motus. qꝛ per dealbefactionē fit aliquis similis. sed dealbatio est motus. ⁊ similitudo est relatio. ergo per motū acquiritur relatio in aliquo ⁊ per consequens in ad aliquid est motus.

¶ Ad oppositum est phs in textu qui postq̄ diuisit mutationem per se in tres partes siue species. scꝫ in generationem corruptionem ⁊ motum proprie dictum. Consequenter inquirit diuisionez motus proprie dicti in suas species. ⁊ quia diuisio ⁊ distinctio motus ꝓprie dicti sumitur scdm distinctionem termini ad quem. qꝛ motus non est preter res ad quas ē motus. ideo ad inquirendum illam diuisionē

vel distinctionē inquirit ad que p̄dicamēta ē p se motus τ ad q̄ nō. Et primo ondit quibus predicamētis nō ē p se motus τ inter cetera prio ondit h̄ de substātia τ relatiōe.

Sciendū est primo. ꝙ motū eē p se in aliq̄ predicamēto nihil aliud ē quam formā illi⁹ predicamēti acqri p se in aliq̄ subiecto p motū τ eē p se terminus illius mot⁹. cuius rō ē. qꝛ motus ē actus ipfect⁹ tendēs ad vlterioꝛē pfectionē. Terminus ad quez est forma pfecta. τ pfectio ad quā tēdit motus non est preter res ad q̄s ē motus. imo ē in eodē p̄dicamēto cū termio ad quē. iō dicit̃ p hoc eē in illo p̄dicamēto cui⁹ ē forma p se fluens in illo motu. Unde patet ꝙ si p motū vnū plures forme acquirant̃ vt p albefactionē acquirat̃ albedo τ similitudo. motus ē p se solū ad illā formā que p se fluit in illo motu. τ ad alias ē p accidēs nam vno fluxu per se fluit tm̄ vna forma.

Sciendū est secundo. ꝙ cū ois motus sit quidā fluxus cōtinu⁹ alicui⁹ subiecti existentis in actu substantiali τ in potētia accidentali de vna forma cōtraria i aliā fm̄ remissionē vnius τ intensionē alteri⁹. iō oportet ꝙ ad hoc ꝙ in aliquo predicamento sit p se motus requiritur ꝙ in illo predicamento reperiant̃ forme contrarie ad inuicez fm̄ pfectā τ completā rōnem cōtrarietatis.

Sciendum est tertio. ꝙ ad hoc ꝙ in aliq̄ genere reperiat̃ talis contrarietas due conditiones requirunt̃. vt dicit doctor sanctus in hoc passu. Prima ē ꝙ in eo reperiant̃ termini maxime distantes int̃ q̄s cadant omnia illius generis sic ꝙ ab vno nō deueniatur ordinate in alterū nisi p media τ pp̄ter defectū huius conditiōis in numeris non est completa contrarietas quia licet ibi sit minimum non tamen ibi reperitur maximum. Secunda conditio est ꝙ inter illas formas sit aliqua contrarietas fm̄ quam d̄ vna in aliā continue deueniatur fm̄ intensionē vni⁹ ad remissionē alteri⁹. Iste aūt conditiones desūt formis substantialibus. primo quia licet in genere substantie reperiant̃ differentie contrarie apprehēdentes oia que sūt illius generis. tamen cum talis cōtrarietas differentiarum solū attendat̃ penes cōmunem radicem cōtrarietatis que ē excellentia τ defectus pro quanto vna est nobilior altera. sicut contingit in numeris. τ fm̄ propriā rationē specificā huius forme τ illi⁹. iō tales forme nō sunt fm̄ se contrarie nec etiā deuenit̃ de vna in aliā per media. imo dicit̃ ex vna forma ipa potest idifferenter ꝙ cū ꝙ aliam recipere quātū est ex pte sui vt dicit̃ secūdo de generatiōe. vt cum ex terra fit ignis non oportet ꝙ sit transitus p formas elementoꝝ medioꝝ. sed ex quolibet elemento immediate potest fieri quodlibet. Secūdo quia esse substantiale consistit in indiuisibili. ergo inter formas substantiales non pōt esse continuitas sic ꝙ fiat motus cōtinuus de vna in alteram fm̄ remissionez vnius et extensionem alterius. et in substātia non est perfecta contrarietas que requiritur ad motum.

Sciendū est quarto. ꝙ fm̄ albertum quattuor conditiones requiruntur ad completam τ pfectā contrarietatē que ad motū sufficit que virtualiter continent̃ i duabus primis. Prima ē ꝙ tales forme sint virtualiter actiue τ passiue adinuicē vt p se vt sūt q̄litates prime. vel cum alio τ sic p alterū vt sunt qualitates secunde causate a primis. Secūda est ꝙ tales forme non sūt simpliciter simplices. sed in maiori maiores τ in minori minores existentes. Tertia est ꝙ inter ea sit mediū per quod fit transitus d̄ vna in aliam.

Quarta ē ꝙ tales forme se expellāt ab eodem subiecto actiōe ppria. Unde iste cōditiōes formis substātialib⁹ deficiūt nō enī sūt formaliter actiue τ passiue. τ tāte sūt in maiori quantitate quāte τ in minore τ etiā int̃ eas nō ē mediū. nec etiā se expellūt ab eodē subiecto actione ppria.

Istis notatis sit conclusio pria

In substantia nō ē p se motus. pbat̃ qꝛ ois mot⁹ ē de vno cōtrario in cōtrariū. ß in substantia nō ē cōtrarietas requisita ad motuz. g ibi nō ē p se mot⁹ τ hec ē rō phi. Itē subiectum forme substantialis est ens in pura potentia. sed ens in pura potentia non potest moueri. et ita patent due cause quare in substantia non est motus. scilicet propter defectum subiecti mobilis. Item si ibi eēt mo

tus tūc eēt generatio τ corruptio. ꝫ hec non sūt mot⁹ vt prius dictū ē τ ꝓbatū ē. ꝗ.

Cōclusio secūda. in ad aliquid non ē ꝑ se motus ꝓbat pħs. In illo nō ē per se motus cuius natura de nouo inuenitur i aliq̄ subiecto nō mutato. ꝫ sic ē de relatiōe ꝗ. Maior patet: q2 terminus mot⁹ acquiri nō pōt. nisi ꝑ motū primū quia via prior ē ter mino sibi essentialiter intrinseco. minor: pꝫ. q2 sorte existente albo τ platone nigro sortes n̄ ē similis platoni. sed platone mutato ad albedinem factus ē sortes similis platoni ergo similitudo ꝺ nouo reperitur in sorte sine mutatione facta in eo. Pro cuius intellectu Sciendum ē ꝙ hec regula in quibusdam relationibus non habet difficultatem. Sunt enim triplices relationes quedam sūt relationes rationis in vtrisq₃ extremis vt relatō idemptitatis. alie vero sūt quarū vna ē realiter in vno extremo τ alia tātū ꝺm rationez in altero. sicut scientia refertur ad scibile. scibile aūt nō refertur ad sciam nisi q2 scientia referꝉ ad ipum vt dicꝉ q̄nto methaphisice. alie sunt relationes q̄ realiter sunt in vtroq₃ extremoꝝ vt equalitas vel similitudo. In illis ergo que nō possūt aliquid nisi in vno extremo: ū facile est intelligere ꝙ mutato extremo in quo relatio realiter existit de nouo dicatur aliquid relatiue ꝺ altero sine sui mutatione cum nihil ei realiter adueniat. sed in illis que sunt realiter in vtroq₃ extremoꝝ difficile ē intelligere ꝙ relatio in vno ē sine mutatione illius cui aduenerit. sed solū cū mutatione alterius cum nihil de nouo reale adueniat alicui sine mutatione illius cui aduenit vt innuit vnus articulus parisiensis.

Ad hoc respondet doctor sanctus ꝙ si aliquid per suā mutationez mihi fiat equalis me non mutato prius erat in me quodāmō scilicet in sua radice in qua habet suū eē. ex eo enim ꝙ habeo talē quantitatem competit mihi ꝙ sim equalis omnibus qui talem quantitatem habent. Cū ꝗ aliq̄s de nouo accipit illam quātitatē illa radix communis equalitatis que fuit in me determinatur ad illum. et ideo nihil reale aduenit de nouo mihi cū incipio alteri esse eq̄lis per ei⁹ mutatōz

Ad rationes ante oppositum.

Ad primū ꝺ: ꝙ forma eē̄ prio inducitꝉ i oēz ꝑtē materie determinate ad susceptiōez forme substantialꝭ. τ si i generatōe ē aliq̄ successio ꝫ ē ꝑ accidēs. s. rōne alteratōis q̄ generatō in mixto ē. Ad secūdā dicꝉ ꝙ ꝯtrarietas differentiarū prio diuidentiū aliqꝺ gen⁹ nō ē cōpleta cōtrarietas. q2 nō sꝑ attēditꝉ ꝺm propriā rōnē hui⁹ forme vel illi⁹. ꝫ solū ꝺm radicez cōtrarietatis. τ secūda sufficit ad hoc ꝙ in illis formis causentꝉ passiōes vere cōtrarie. q2 nō requirꝉ diuersitas tanta in causꝭ quanta in effectibus reperiꝉ. Ad tertiam dicitur ꝙ relatio extrinsecꝰ ex consequēti solum acquirꝉ ꝑ motum. dealbato enim per se τ intrinsece terminaꝉ ad albedinē ad quā ex consequēti sequitur aliq̄ relatio vt dissimilitudo aut similitudo: sicut etiam ad motū i quantitate pōt sequi equalitas vel ieq̄litas. ꝫ primo mō ꝑ se nulla relatio pōt terminare motū. Seq̄ꝉ textus.

Amplius eiusdem motus.

Queritur quarto vtrū ad actionem τ passionem sit ꝑ se motus. Arguitur ꝙ sic. vbicunq₃ ē cōtrarietas pōt reperiri motus. sed in actione et passiōe reperitur contrarietas vt patet in ꝑdicamētis. ergo

Secundo sic ad omnem motū sequitur q̄dā affectio causꝫ in mobili. sed talis affectio ē passiō q̄dā. ꝗ ad passionē ē ꝑ se motus

Tertio sic si ad actionem et passionē non esset per se motus hoc esset quia mot⁹ non eēt motus. sed hoc non. nam omne qꝺ ꝺ nouo et successiue acquiritur in aliquo subiecto acq̄rꝉ ꝑ motū: ꝫ mot⁹ ꝺ nouo τ successiue acq̄rꝉ i subiecto. ergo ad motuꝫ fit mot⁹

Ad oppositū arguiꝉ ꝑ pħm in textu.

Pro responsione sciendū ē primo. ꝙ postq̄ pħus ōndit qꝺ ad substatiā τ ad relatiōz nō ē ꝑ se mot⁹. hic ꝯñr ōndit ꝙ nō ē per se motus ad actionē et passionē. in qua ostensiōe supponit qꝺ licet actio τ passio differant a motu ratione formali dicente qꝺ quid erat esse. motus enim ꝺm propriaꝫ rationem eius est actus entis in potentia tēdentis ad vltiorē ꝑfectionem. τ est reductiue in eodem predicamento cum suo termino ad quem. actio autē τ passio vltra motū diuersas habitudines includūt. tamen actio et passiō idem sūt subiecto cum ipso motu τ vnū n̄ pt̄ eē sine alio nec econtra. iō ad pro

bādū φ ī actōe ꝛ passiōe n̄ ē ꝑ se mot⁹ sufficit ꝓbare φ mot⁹ n̄ ē mot⁹ nec gn̄atōis gn̄atio.

Sciendum est secundo φ dupliciter pt intelligi φ mot⁹ sit mot⁹ vl mutatōis mutatio. Uno mō φ mot⁹ sit mot⁹ tanq̄ subiecti sic φ mot⁹ ſm aliquē motū moueat. vt qr augmētet vl diminuat. Alio mō φ mot⁹ sit mot⁹ tanq̄ finita φ vn⁹ mot⁹ tminet ad aliū motū. Et h iterū pt intelligi dupliciter. Uno mō φ ꝑ accidēs ad motū sit mot⁹: vt si ↄtingat vnā mutatōez fieri ad aliam. Alio mō φ ad motū sit mot⁹ ꝑ se tanq̄ ad tminū intrinsecū ꝛ essentialē mot⁹.

Tunc sit conclusio prima. mot⁹ nō ē ꝑ se mot⁹: nec tanq̄ subiecti: nec tanq̄ termini. Prima ps pz. q: mot⁹ ꝛ mutatio nō sūt de natura subiectoꝝ cū neutrū sit sub actu ens: nec ens ꝑmanēs qd̄ ꝑmanere possit sub motu. ergo mot⁹ non ē mot⁹ tanq̄ subiecti.

Secūda ps pz septē rōnib⁹. Prima ē. oīs mot⁹ ē de vna specie ī aliā spēz. vt inter ↄ̄ria vel ↄ̄dictoria si sit mutatio simplex. g̃ si motus sit mot⁹ tanq̄ termini sequeret φ mobile simul moueret de vna specie ī aliā spēz: vt ex sanitate in egritudinez. ꝛ ex ipā secūda ī primā: ꝛ ex hac in aliā. s̄ hoc ē falsū. q: in tmīo mot⁹ ſp ↄtingit mobile qescere in forma acq̄sitā ꝑ motū. Secūda rō. oīs mot⁹ vel mutatio ē ex opposito in oppositū ↄ̄riū aut ↄ̄dictorie. g̃ si mot⁹ ꝑ se termiet ad motū ꝛ mutatio ad mutationē: tūc ille mot⁹ fit int̄ mot⁹ oppositos. Et q: mobile ī motu ꝑtim ē ī tmīo a quo: ꝛ ꝑtim in tmīo ad quē. g̃ oportebit φ in isto motu q̄ fit int̄ mot⁹ ↄ̄rios sil̄ sint in fieri illi duo mot⁹ ↄ̄rij. ꝛ [illegible] vterq̄ mot⁹ sit sil̄ ī fieri. g̃ idē subiectū sil̄ mouebit ad opposita. ꝛ idē sil̄ generabit ꝛ corrūpet: vel sil̄ sanabitur ꝛ egrotabit. Tertia rō. si mutatōis eēt mutatio ꝑ se ꝛ generatōis generatio: tūc alicui⁹ ꝑticularis generatōis esset iterū alia generatio ꝑ se cui⁹ eēt tmin⁹. ꝛ iteꝝ illi⁹ eēt alia generatio. ꝛ sic in infinitū tā a parte an̄ q̄ a ꝑte post. g̃ nō eēt dare primā generatōez nec vltimā. ꝛ ꝑ ↄ̄ns nihil reperiret factum. q: si sit aliq̄d genitū oportet dare generatōez imediatam ipi genito: q̄ tn̄ nō eēt dabilis cū q̄lib3 depēderet ex infinitis generatiōb⁹ ꝓcedētib⁹ ꝛ ex infinitis sequētib⁹. Quarta rō. ~~eiusdē subiecti sunt mot⁹ ↄ̄rij. vt q̄eo ↄ̄nat motu s̄~~

generatio ꝛ corruptio ↄ̄riant. g̃ si generatio nis sit generatio sic φ generet: sequit̃ etiam φ corrūpet. s̄ hoc ē impossibile. q: oportz illud eē qd̄ corrūpet: ꝛ qn̄ corrūpit. s̄ eē gn̄atiōis ē suū fieri. g̃ oportebit φ qn̄ gn̄atio fiet corruptio fiet. et nec pri⁹ neq̄ posteri⁹. ꝛ sic idē sil̄ generabit ꝛ corrūpet: erit ꝛ nō erit.

Quinta rō. in oī generatōe oportet eē materiā ex q̄ fit illud qd̄ generat: q̄ subijciatur motui: ꝛ in q̄ acq̄rat forma geniti. ꝛ iterū req̄rit aliq̄s tmin⁹ q̄ sit hoc aliq̄d. s̄ generatio nō h3 materiā ex q̄ fit nec ē hoc aliq̄d. g̃ ipa nō pt generari. ꝛ sic generatōis nō erit generatio. Sexta rō. sicut se h3 gen⁹ ad gen⁹ ita spēs ad spēm. s̄ doctrina q̄ est q̄dā generatio nō ē generatio alteri⁹ doctrine. g̃ nec generatōis ē generatio: neq̄ mot⁹ ē ꝑ se mot⁹. Septima rō. triplices sunt spēs motus. s. ad q̄ntitatē. q̄litatez. ꝛ vbi. g̃ si mot⁹ sit ꝑ se mot⁹: oportebit vnū illoꝝ eē ad alterum. ꝛ sic loci mutatio alterabit vl alteratio augebit. qd̄ est impossibile. Est tn̄ aduertendū φ tripl̄r ↄtingit aliq̄d moueri. s. ꝑ accidēs. ſm ptē. ꝛ ꝑ se primo. Et lic3 mot⁹ non sit mot⁹ ꝑ se: tn̄ pōt eē ꝑ accidens. vt si q̄s sanet ꝛ currat sanatio mouebit ꝑ accidēs. S3 de illo motu nō est hic ad ꝓpositū.

Conclusio secunda. ad actionē ꝛ passionē nō ē ꝑ se mot⁹. Probat. q: actio ꝛ passio sunt idē subiecto cū motu. s̄ motus non est motus. ergo ꝛc̄.

co͂clusio ducẽdo ad aliq̃ incõueniẽtia. quorum primũ est q aliqd esse motus in aliquo termio qđ tñ prius nõ moucbatur ad ipm qđ ẽ impossibile. sicut impossibile est aliqd eẽ preteritũ qđ nunq̃ fuit presens. et probatur cõntia. q: si motus. d.e.z. esset sic cõposit' ex illis trib' tanq̃ ex momẽtis: tũc ipm. o. p. d. motũ est in. a. et tñ prius nõ mouebatur: al's oporteret ipm. a. esse diuisibile: vt pbatũ est. Secundũ incõueniẽs est q aliqd sil' moueretur et quiesceret fm aliquã magnitudinẽ. Probatur. q: oẽ qđ natũ est moueri et nõ mouetur quiescit. sed ipm o. natũ est moueri et nõ mouetur fm aliquam ptẽ magnitudinis. a. b. c. g fm illas ptes quiescit. s qđ quiescit fm oẽs ptes tot' quiescit p totũ. g. o. quiescit p totã magnitudinẽ et tñ ponebatur moueri p totã g et c. Tertiũ incõueniẽs est q mot' esset cõposit' ex nõ motib': qđ nõ est possibile ppter easdẽ rõnes quib' demõstratũ est q impossibile est lineaz cõponi ex pũctis. et probatur cõna. q: si il'e ptes. d.e.z. essent mot' oporteret q fm eas. o. moueatur p ptes magnitudinis q sunt idiuisibiles: qđ taz pbatũ est. et ita oporteret dicere q nõ fuit mot' et p cõns q mot' sit cõposit' ex nõ motib'. s hoc est ipossibile. g impossibile est motuz cõponi ex momẽtis: qđ sequitur ad hoc qđ est magnitudinẽ cõponi ex indiuisibilib'. De cõtinuitate aũt tpis ad motũ et ad magnitudinẽ videbitur in sequẽti lectõe.

Ad ratões ante oppositum al's cõsuz est in q̃rto. vbi determiatũ est fm opinionẽ sancti Thome. q si poneretur vacuũ eodez mõ quo imaginabantur antiqui. et remota suppositõe. s. q vacuũ sit tota causa motus adhuc fieret mot' in vacuo p tpus ppt ordinẽ situs ad situz ptiũ mobilis et spacij. s si capiatur cũ imaginatõe cõ illa suppositio. s. q necesse ẽ poni vacuũ vt sit tota causa mot': tũc fieret subito mot' p vacuũ. et q: hoc est impossibile: ideo infert Aristo. q impossibile sit esse vacuũ vt sit tota causa motus. Sequitur textus. Eiusdẽ autem rationis et magnitudo etc.

Queritur tertio vtrũ magnitudo et tpus cõsimiliter diuidantur. Arguit q nõ. quia in tempore est dare minimũ et nõ in magnitudine. ergo magnitudo et temp' non similiter se habent ad diuisionem. Ad oppositũ arguit p phm dicẽtẽ. eiusdẽ naq; diuisionis magnitudo et tẽpus sunt.

Pro respõsiõe sciendum est primo q postq̃ pbus ostendit magnitudinem et motuz cõsimiliter se habere ad diuisionẽ: cõsequenter h' in tertio capitulo primi tractatus hui' tertij: idez ostendit de magnitudine et tempore. scilicet q si magnitudo sit diuisibilis per indiuisibilia: sic et tempus. et si per diuisibilia tẽpus etiaz diuiditur in semper diuisibilia.

Conclusio prima et responsalis ad quesituz. magnitudo et tempus cõsimiliter se habent ad diuisionẽ. Probatur per philosophũ tribus ratõibus. quaruz prima sic formatur assumendo duo mobilia eque velocia. et secũdo assumẽdo duo mobilia vnũ velocius et aliud tardius. Et tertio accipiendo vnuz mobile eque velociter motum.

Prima ratio si duo mobilia eque velociter mouerentur: si vnũ pertrãseat aliquod spacium in aliquo tempore rel'quũ minus spacium in minori tẽpore transibit al's non essent eque velocia. ergo in eque velocib' cõdiuiditur magnitudo et etiaz tempus. et cuz augeretur magnitudo et etiã tempus augeretur. et per cõsequens duoruz motuũ eque velociuz magnitudo et tempus cõsimiliter diuiduntur. Pro secũda ratiõe ponuntur tres suppositõe. Prima ẽ. oĩs magnitudo ẽ diuisibilis in magnitudines. q: impossibile ẽ cõtinuũ ex athomis cõponi. Secũda ẽ q: de rõne mobil' velocioris tria sunt. q in eq̃li tpe trãsit mai' spaciũ in minori mai': et i minori eq̃le. Primũ pbatur sic. sumantur duo mobilia. s. a. veloci' et. b tardi'. et ptrãscat. a. totaz magnitudinẽ. c. d. in tpe. z i. cuz ergo. a. venit ad punctũ. d. in tpe. z. i. ad ipsuz punctuz nondũ ptingit. b. al's eq̃ velociter moueretur. g b. ptingit vsq; ad aliqđ pũctũ inter. c. et. d. et illud sit. e. Tũc arguitur sic. a. in tpe. z. i. transit totã magnitudinẽ. c. d. et in codẽ tpe b. transit magnitudinẽ. c. e. sed. c. d. est mai' q̃. c. e. q: totũ mai' est sua pte. ergo. a. in eq̃li tpe ptransit maius spaciũ q̃. b. qđ erat primũ probandũ. Secundũ pbatur retẽto eodem casu et diuidatur eadẽ magnitudo inter. e. et. d. in puncto. t. ita q. c. t. sit maius q̃ c. e. et minus q̃. c. d. Tunc arguitur sic. a. ptrãsit totã magnitudinẽ. c. d in tpe. z. i. g cũ idez mobile equaliter motũ ptrãseat maiorẽ

magnitudinē in minori tpe.a. ptrāsibit magnitudinē.c.t.in minori tpe ꝙ.z.i.diuidat̄ illud tp̄s in pūcto.k.ergo.a.in tpe.z.k. qđ est min⁹ ꝙ.z.i.ptrāsibit.c.t.ſ.c.t.est mai⁹ ꝙ.c.e. ergo.a. in minori tpe ptrāsit mai⁹ spaciū ꝙ b. Deinde pbat̄ tertiū retēto eodē casu. nā cū.b.ptrāseat totū spaciū.c.e. in tpe.z.i. vel g̃.in eodē tpe.a.ptrāsit idē spaciū vl' in maiori vl' in minori.nō in eq̄li.q: tūc eque velociter moueret̄.neq; in maiori.q: tūc.a.tardius moueret̄.g̃ relinquit̄ ꝙ i minori.⁊ sic mobile veloci⁹ in eq̄li tpe ptrāsit mai⁹ spaciū et in minori mai⁹ ⁊ in mīori eq̄le. Tertia suppositio est ꝙ oīs mot⁹ est in tpe.⁊ in oīni tpe possibile est aliq̄d moueri.⁊ in eq̄li tpe ptingit aliq̄d tardi⁹ ⁊ veloci⁹ moueri. Sz tūc obijciat aristotelis de motu pⁱmi mobil' ꝙ nō est dare velociorē. Ad qđ dicit̄ ꝙ licz ſm materiā nō sit mot⁹ velocior eo. tñ nō est determinata velocitas aut tarditas mot⁹ i cōmuni. Est ergo secunda ratio p q̄ sumant̄ duo mobilia.vt pri⁹.a.veloci⁹ ⁊.b.tardi⁹.⁊ trāseat.b.totā magnitudinez.c.d.in tpe.z.i.cū ergo veloci⁹ in minori tpe trāseat eq̄le spaciū: sequit̄ ꝙ.a.trāsibit magnitudinē. c.d.in tpe minori ꝙ.z.i. Sit g̃ illud min⁹ tp̄s.z.d. tunc ꝯuertat̄ argumentū.a.veloci⁹ in minori tpe scz.z.d.trāsiuit totū spaciū.c.d.g̃.b.tardius i illo tpe.z.d.ñ ptrāsibit nisi ptē magnitudinis.c.d.quia tardi⁹ in eq̄li tpe min⁹ spaciuz trāsit.sit g̃ illa.c.e.⁊ iterū cōuertat̄ argumētum.b.tardi⁹ in tpe.z.d.trāsibit magnitudinem c.e.g̃.a.veloci⁹ trāsibit eandē magnitudinē in minori tpe.⁊ sit illud tp̄s.z.k.⁊ iterum cōuertat̄ argumentū vt pri⁹. Cuz ergo sit cōuersio tardioris ⁊ velocioris ⁊ ſm velocius semp diuidat̄ tp̄us ſm vo tardi⁹ magnitudo sequit̄ ꝙ tp̄us ⁊ magnitudo ꝯsil'r diuisibilia sunt. Tertia rō est q̄a si aliqđ mobile eq̄liter motū trāseat aliqđ spaciū in aliquo tpe tūc in medio tp̄is trāsibit mediū spaciū.⁊ i medio medietatis trāsibit mediū medietatis ⁊ sic deinceps.g̃ ſm motū eiusdez mobilis eq̄liter moti ꝯsil'r diuidunt̄ magnitudo ptrāsita: ⁊ tp̄s mēsurās motū quo ptrāsit̄.⁊ sic ptz r̄nsio ad q̄situ.

Ad rationes ante oppositū dico ꝙ licz in tpe eo mō quo est distinctū et discretū sit dare minimū tñ vt est cōtinuū nō ē dare i eo minimū ſm rem sic nec in magnitudine.ſ solū in potētia ⁊ ſm ratōem sic datur pūctus in linea ⁊ esse in tpe. Sequit̄ tert⁹. Qm̄ aūt oīs magnitudo i magni.⁊c.

Queritur quarto vtrū magnitudo ⁊ tp̄us ꝯsil'r se habeāt ad esse finituz ⁊ ad esse infinitū. Arguit̄ ꝙ nō.q: tp̄s est infinitū vt pbat̄ in.8.hui⁹.ſ nulla magnitudo est infinita vt pbatū est in tertio.g̃ nō similiter se hñt magnitudo ⁊ tp̄us ad esse finitum ⁊ infinitū. Ad oppositū est phus in tertio caplo pⁱmi tractat⁹.qui postꝙ ostendit magnitudinez ⁊ tp̄us ꝯsil'r diuidi ꝯñter ondit ꝙ sil'r se hñt ad finitatē ⁊ infinitatē.

Pro r̄nsione sciendū est primo ꝙ infinitū vt ad ppositū sufficit dicit̄ dupliciť. Uno modo dicit̄ aliqđ infinitū ſm vltimū vt si esset magnitudo carens terminis. Alio modo dicit̄ aliq̄d infinituz ſm diuisionem sicut cōtinuū est infinitū ſm potentiā. ⁊ ita pⁱm⁹ modus infinitatis sumit̄ ex terminis.secūdus vo a medijs.q: cadit in aliquo pūcto intermedio. Dicit g̃ Aristo.ꝙ si magnitudo est infinita ſm vltimū ita ⁊ tempus mensurās motū quo transit̄.⁊ si tñ ſm diuisionē magnitudo sit infinita ita ⁊ tp̄us. Ex quo pōt remoueri ratio Zenonis q̄ nitebatur pbare ꝙ impossibile est trāsire de loco ad locū q: inter duo loca est distantia.⁊ sunt infinita pūcta intermedia. Cū g̃ infinita finito tpe trāsiri non possint ⁊ quodlibet tp̄s sit finitū sequit̄ ꝙ impossibile est aliq̄d trāsire de loco ad locū. Hāc obiectōez soluit ⁊ destruit Aristo.dicēs ꝙ licz inť duo pūcta distātia sunt infinita intermedia ſm potētiā diuisiōis ⁊ magnitudinis ⁊ nō ſm actū ita tale spaciuz ptrāsit̄ in tpe īfinito ſm potētiā diuisionis.⁊ distantia que est inter duo loca est finita in vltimis.

Cōclusio responsalis ad.q.magnitudo ⁊ temp⁹ mēsurās motū quo ptrāsitur cōsimiliter se habent ad esse finitū ⁊ infinitū. Hanc cōclusionez pbat Aristo.pbādo duo. Pⁱmū est ꝙ magnitudo finita transiri nō potest in tempe infinito. Secundū est ꝙ magnitudo infinita trāsiri nō potest in tempore finito. Pⁱmuz pbatur.sit magnitudo finita.a.b.⁊ temp⁹ infinituz.g.q.cui⁹ sit vna ps q̄ sit finita.g.d.tūc arguit sic. si tota magnitudo finita.a.b.trāseat̄ in toto tpe finito

g q. sequit̄ ꝙ in pte tpis q̄ est. g. d. trāsit vna pars magnitudinis. a. b. Cū ergo sic se habeant ptes tpis ad totū tp̄us intrāsibile in quo trāsit tota magnitudo sicut ptes magnitudinis ad totā magnitudinē. ꝛ ps magnitudinis q̄ sit. b. ꝛ transita in pte tpis aliquotiens data mēsurat totā magnitudinē vel excedat vel deficiat sequit̄ ꝙ ps tpis scz. g. d. in qua transit illa pars magnitudinis etiam aliquotiens sumpta reddit tp̄us totū in quo transitur illa magnitudo. a. b. ergo istud totū tempus non erit infinitū: qm̄ infinitū per resumptionē alicuiꝰ partis finite quotiescūqꝫ sumpte nunꝙ reddetur pēt infinitū. Ergo si magnitudo est finita debet esse tp̄us finitū. nec differt in pposito si pars magnitudinis data sit pars mensurās vel deficiēs vel excellens totā magnitudinē. q: mobile eq̄liter motuz in equali tpe ptrāsit equalē magnitudinē. Et q: aliquis possꝫ dicere ꝙ sicut tota magnitudo finita. a. b. transit̄ in tpe infinito: ꝛ ita q̄libet eius ps. Cōtra hoc arguit phus ponendo secundā ratōem ad cōclusionē. q: manifestuz est ad sensum ꝙ aliq̄ magnitudo transit̄ tpe finito. Sit g̃ illa magnitudo. b. c. q̄ in eadem pportione se habeat ad magnitudinez a. b. sicut prius se habebat excepto ꝙ prius sumebat̄ vt pars eius modo vo nō. Tūc arguit̄ sic. magnitudo. b. c. trāsitur tpe finito. ꝫ hm̄oi magnitudo aliquotiens sūpta reddet totā magnitudinē. a. b. aut excedet aut deficiet ab ea. g̃ tp̄us in quo trāsit̄ tota magnitudo. b. c. aliquotiēs sumpta redderet etiaz totum tp̄s in quo trāsit̄ tota magnitudo. a. b. aut excedet ip̄m aut deficiet. ꝛ p pn̄s totum istud tp̄us infinitū esse nō pōt. q: infinitū sūptū finities nunꝙ reddit infinitū. ꝛ sic pars primū pbatū. Secundū eodē modo demōstraret̄ capiēdo vnā ptē magnitudinis infinite: sicut accepta est vna ps magnitudinis finita. vt argutū est. Ex istis ꝛ pcedentibꝰ infert phs correlariū ꝙ impossibile est aliq̄d cōtinuū ex indiuisibilibꝰ cponi. Probat ducēdo ad hoc impossibile ꝙ indiuisibile diuideret̄. Pro cuiꝰ pbatōne primo supponit̄ ꝙ in oi tpe ꝯtingit aliq̄d tardiꝰ ꝛ velociꝰ moueri. Scd̄o ꝙ velociꝰ trāsit maiorē magnitudinē in eq̄li tpe. Tertio ꝙ in velocitate contingit aliq̄ mobilia se hr̄e fm multiplicē proportionē. vt fm pportionē duplā qua vnum alio velociꝰ mouet̄ in duplo, aut fm pportionem hemioliā in qua maius cōtinet minꝰ et dimidiū maioris. Et dr̄ ab hemi qd̄ est dimidiū ꝛ olon qd̄ est totū. ꝛ sicut se hn̄t ma ad duo. Deinde g̃ duo mobilia in velocitate ꝛ tarditate se hn̄t a fm pportionē hemioliā. s. a. velociꝰ ꝛ. b. tardiꝰ trāseat. a. magnitudinē. b. c. d. cōpositā ex tribꝰ indiuisibilibꝰ. b. b. c. c. d. d. ꝛ cū tp̄us diuidat̄ sicut magnitudo sicut iaz demōstratū est: sequit̄ ꝙ tp̄us in quo ptrāsit̄ alia magnitudo cōpositū est ex tribꝰ indiuisibilibus q̄ sunt. k. l. l. m. m. n. Cū g̃. b. tardiꝰ fm pportionem hemioliā moueat̄ g̃. a. sequit̄ ꝙ in illo toto tpe ptrāsit magnitudinē cōstitutā ex duobꝰ indiuisibilibꝰ q̄ sunt. z. e. et. e. i. ꝛ p pn̄s trāsibit vnū illorum indiuisibilū in vno idiuisibili. tpis cū dimidio. ꝛ p pn̄s indiuisibile diuideret̄ qd̄ est impossibile deducendū. Nā ip̄m. b. nō poterit trāsire vnū illorum indiuisibiliū magnitudinis in vno indiuisibili tpis. q: tūc eq̄ velociter moueret̄ sicut a. nec etiā in duobꝰ. q: tūc nō se hr̄et. b. ad. a. in pportōe hemiolia s; in pportōe dupla. oporteret g̃ ꝙ ptrāsiret vnū indiuisibile magnitudinis in vno indiuisibili tpis cū medio alteriꝰ. ꝛ sic idiuisibile eēt diuisibile qd̄ est impossibile. g̃ illud ex q̄ sequit̄ est impossibile. s. aliq̄d ꝯtinuū ex indiuisibilibꝰ cōponi.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dr̄: ꝙ pcedit de magnitudine non resumpta q̄ quidē finita est. ꝛ etiā tp̄us mensurās vnā circulationē celi est finitū. ꝫ q̄a in motu celi vna circulatōe ꝯpleta resumit̄ motus ꝛ tēpus. ꝛ hoc modo motꝰ celi infinitꝰ ē: ꝛ magnitudo semel sūpta finita est ꝛ vna circulatio ꝛ etiā tp̄us mensurās ip̄am. Sequitur textꝰ. Necesse aūt ꝛ ip̄m nūc ꝙrū fm rē.

Queritur quinto verū in nūc cō

tingat aliq̄d moueri. Arguit̄ ꝙ sic. quia in pūti tpe aliq̄d mouet̄. sed p̄ns dr̄ nunc. g̃.

Secūdo sic. generatio ꝛ corruptio ꝛ illuminatio medij sunt motꝰ: ꝛ tm̄ fiūt in nūc. g̃.

Tertio sic. motus ꝛ quies cōtradictiōem includūt circa mobile. ꝫ necesse est alterū cōtradictorioꝝ esse verū. ergo necesse est aliq̄d in nūc moueri aut quiescere. Ad oppositū arguit̄ per phm in hoc q̄nto caplo primi tractatus huiꝰ sexti. in quo postꝙ ostendit nullum cōtinuuz ex indiuisibilibꝰ cōponi: neqꝫ indiuisibile esse. ex quo sequit̄ motum esse diuisibilem cū sit de genere cōtinuoꝝ. cōsequē

ter anteq̄ agat de diuisione et modo diuisionis ipsius motus p̄mittit aliq̄ necessaria ad motus diuisionē. s. q̄ in indiuisibili tp̄is nō pt fieri mot' neq̄ quies. et q̄ in indiuisibile moueri nō pt. de q̄ videbit in seq̄nti q̄stione.

Pro responsione sciendū ē primo q̄ in oi cōtinuo necesse est esse aliquē terminū copulantē ptes eius adinuicē sic se habentem q̄ extra ipm nihil sit ptis p̄cedentis: nec infra ipsuz aliq̄d partis sequētis. ex quo sequit̄ q̄ necesse est hm̄oi terminū indiuisibilem esse. Ultra sequitur q̄ necesse est ipsum esse vnū et eundē vtriusq̄ partis. Cuz ergo tp̄us sit ɔtinuū cui' sunt p̄teritū et futurū necesse est p̄teriti et futuri esse vnū talē terminū qui dr̄ nūc. et sic necesse est nūc esse indiuisibile. et si est indiuisibile oportz q̄ sit vnū et idē p̄teriti et futuri. et si est vnū et idez p̄teriti et futuri oportet q̄ sit indiuisibile. ita q̄ hec duo adinuicē se ɔsequant̄. Et hic ē sermo de ipo nūc qd̄ nō ſm alterū: ſ p se et primo dr̄ nunc. qd̄. s. totum sil' existit nihil sui hn̄s in p̄terito nec aliq̄d in futuro. et hec est ppria acceptio ipius nūc. Alia est acceptio vulgaris q̄ nō dr̄ ſm se et primo: ſ solū ſm alterū. vt ēē tp̄s cui' vna ps p̄terijt et alia futura est sic tn̄ q̄ ambe ptes ppinq̄ sunt p̄senti nūc.

Tūc sit conclusio prima. Idem est nūc p̄teriti et futuri. s. finis p̄teriti et initiū futuri. Probat̄. q: si sit alterū et alteruz: vel sunt imediata vel mediata. Nō imediata. q: tūc cōtinuū ɔponeret̄ ex indiuisibilib'. qd̄ improbatū est. nec mediata. q: vel int̄ ea mediaret nūc vel tp̄s. nō nūc. q: illa duo nūc nō se hn̄t ɔñter: cū int̄ ea esset mediū eiusdem generis. et tn̄ se deberēt hr̄e ɔñter sicut p̄teritum et futurū: quoꝝ termini ɔñter se habēt. nec mediat tp̄us. q: int̄ p̄teritū et futurū non intelligit̄ mediuz nisi ipm nūc. si ḡ mediaret tp̄us nō eēt aliud q̄ nūc. et cū tp̄s sit diuisibile qd̄ est impossibile ergo nō pōt esse alterū et alterū nūc p̄teriti et futuri nisi ponat̄ nūc esse diuisibile. ideo sequit̄ si est idē nūc p̄teriti et futuri ipm est indiuisibile.

Conclusio secūda. Ipsuz nunc est indiuisibile. Patz. q: si diuideret̄ in p̄teritum et futurū diuideret̄. et cū ipm nūc sit finis p̄teriti et futuri. et terminꝰ sit in eo cuiꝰ est terminꝰ: sequit̄ q̄ aliq̄d p̄teriti esset in futuro: et aliq̄d futuri in p̄terito. qd̄ est inconueniens. Secūdo si diuideret̄ cū diuisio vniuscuiusq̄ cōtinui sit ſm aliq̄d indiuisibile: sequeret̄ q̄ ipm nūc qd̄ diuideret̄ nō esset nūc ſm seipm: ſ ſm alterū. s. ſm illud indiuisibile ſm q̄ fieret eius diuisio. et sic nullū eēt nūc ſm seipm: ſ oē nūc esset ſm alterū si nūc esset diuisibile. Tertio si diuideret̄ nūc eius diuisio eēt in p̄teritū et futurū. ſ p̄teritū non plus est et futurū nondū est. ḡ tale nūc nō esset totuz sil' existēs. qd̄ est ɔ rōnē ipius nūc.

Quarto si nūc eēt diuisibile hr̄et ptes adinuicē cōtinuatas p aliq̄d. vel ḡ illud continuū esset diuisibile vel indiuisibile. si indiuisibile haberet̄ intētū. q: nō eēt aliud q̄ nūc. si esset diuisibile argueret̄ vt pri'. et sic pcessus eēt in infinitū nisi pmū ɔtinuās ptes cōtinui esset indiuisibile.

Cōclusio tertia. Impossibile ē in nūc aliq̄d moueri. Probat̄. q: in oi eo in q̄ ɔtingit aliq̄d moueri: cōtingit aliq̄d velocius et aliq̄d tardi' moueri. Sit ḡ ipm nūc. s. in quo aliq̄d veloci' motū trāseat magnitudinē. a. b. det̄ ergo aliq̄d tardi' motū sequit̄ q̄ nō trāsibit in illo nūc nisi partē illius magnitudinis p diffinitōem tardioris. et sit illa pars. a. g. Tūc arguit̄ sic. tardi' motū trāsit a. g. in nūc. ḡ veloci' trāsit. a. g. in minori mēsura q̄ ipm nūc p diffinitionē velocioris. ḡ re oportebit ipm nūc esse diuisibile si in ipso fiat mot'. sed vt probat̄ ipsum nunc est indiuisibile ergo.

Cōclusio quarta. Impossibile est in nūc aliq̄d quiescere: Probat̄. nā quies est priuatio motus in mobili vbi q̄n et ſm q̄ ipm natū est moueri. ſ nihil natū est moueri in nūc. vt ōnsuz est. ḡ nec quiescere. Secūdo sic. pbat̄. si aliq̄d moueat̄ p aliq̄d totū tēpus p̄teritū et q̄escat in toto futuro sequenti cū idez sit nūc qd̄ est terminus vtriusq̄. si in ipo nūc aliq̄d q̄escat ita et mouebit̄. q: eidez sil' quiesceret et moueret̄. Tertio illud quiescere dicitu' qd̄ ſm suas ptes et ſm se sil' se hz nūc et pri'. ſ in ipo nūc non est dare pri' et posterius cū sit indiuisibile. ergo in nunc nihil pōt quiescere.

Ad rationes ante oppositum. Ad primā dr̄: q̄ p̄ns tp̄us nō dr̄ esse nūc p se primo ſ ſm alterū. Ad secūdā dr̄: q̄ si illa capiant̄ ſm suas pprias rōnes non sunt motus nisi capiat̄ mot' p mutatōe in cōtinu

rii: sunt termini motuū. vel non sunt in tpe: ſ in termino tpis. Ad tertiā dr qd habitus et priuatio includūt ɔtradictionem circa susceptibile habitus. cōditionibus tñ habitus reqsi. modo in nūc mobile nō est natū moueri: nec quiescere. Sequitur textus. Motus est autē diuisibilis &c.

Queritur sexto vtruz omne qd mutatur sit diuisibile. Arguitur qd nō. qr mutabile et mutatio cōformiter se hnt ad diuisionē. ſ aliq sunt mutatōes indiuisibiles: vt generatio et corruptio subalis et illuminatio medij ḡ non oē qd mutatur est diuisibile. Secūdo si sic hoc eēt qr omē qd mutatur partim est in termino a quo et partim in termino ad quē. sed hoc nō est necesse. Tū primo qr illud qd mutatur ſm se totū p̶r̶e̶c̶ ̶e̶ ̶i̶ ̶m̶e̶d̶i̶o̶ pr eē i medio sine ſ qd aliqd sui hēat in alio extremorz. Tuz secūdo qr hoc qd mutatur p alteratiōem nō ſm se totū simul alteratur et nō vna ps post aliaz. Ad oppositū est phus in lra.

Pro misione sciendū est primo qd postq̄ ondit Aristo. nullū motū posse fieri in indiuisibili tpis. ex quo iā sequitur qd omnis motus est diuisibilis. cōsequēter ostēdit qd omē mutabile siue mobile est diuisibile. et iterum ex diuisione mobilis procedit ad diuisionē mutationis.

Sciendum est secundo qd omis mutatio est ex quodā termino in quēdaz terminū. ſ qulibet illorz terminorz pōt esse duplex. s. ppinquus et vltimus. Vñ terminus ad quē vltimus simplr est quo habito cessat motus. Propinquus est quo acquirit vltimus. vt cū aliqd mutatur de nigro in albū vltimus terminus est albū: ppinquus vo est fuscū. Et silr terminus a quo primus est a quo simplr incipit motus sic qd ante nō erat. ſ terminus a quo ppinquus. est qui ppinquior est vltimo termio Vñ loquendo de illis terminis ppinqs medijs inter termios extremos et non de extremis simplr intelligit qd in motu pmixti sunt termini qm mediū inter duo extrema ratonem hz vtriusq termini. qr vtrūq participat.

Conclusio prima. Omē qd mutatur est diuisibile. Probatur. qr omnis mutatio fit ex quodā in quoddā. ſ cū id qd mutatur ſm se totū et oēs suas ptes est in termio a quo nondū mutatur. qr qd silr sehz ſm se totum et ſm suas ptes quiescere dicitur. similiter qd ſm se totū et omēs suas partes est in termino ad quē est mutatū. ergo non mutatur. Nec potest dici qd illud qd mutatur ſm se totum et suas ptes sit simplr in vtroq termio. qr cū in oī mutatōe termini sunt cōtrarij vel ɔtradictorij sequitur qd idez ſm se totū et omnes suas ptes essz sub duobus ɔtrarijs aut cōtradictorijs. et ita sequitur qd idez ſm se totum et omēs suas ptes simul esset in duobus locis. Nec pōt dici qd in neutro termio sit. qr id qd mutatur puta in motu locali nō recedit subito a termio a quo: ſ pars post partē. vt cū vna pars egreditur a termio a quo ingreditur ſm aliqd terminū ad quē. et hoc intelligēdo de termio ad quē nō vltimo simplr. ḡ omē mobile dū mutatur partim est in termino a quo: et partim i termio ad quē. ſ qd hz partē et partem diuisibile est. ḡ omē mobile est diuisibile

Sz circa hāc ratōem dubitat Auerrois. an de mutabili ſm quālibet mutatōez intelligatur. Si dicatur qd nō tūc demōstratio est inartificiosa. qr particlaris. nec potest dici qd sic. qr quedā sunt mutatōes indiuisibiles: inter quarū extrema non cadit mediū. quare in illis psens demōstratio locū hēre nō pōt. Ad hanc dubitatōem ponit Auerrois plures responsiōes. Prima est alexādri. dicentis qd nulla mutatio est indiuisibilis aut innon tēpore. ſ hoc ē ɔ cōe dictū Aristo. et aliorz peripatheticorz. Secūda est Temistij. dicentis qd si sit aliq mutatio i nō tpe. tñ hec nos latet. modo Aristo. solū loquitur de eo qd manifestum est. Tertia est Auenpeche. dicentis qd hic non intendit Aristotiles de diuisione mutabilis ſm partes quantitatiuas: sed de diuisione qua diuidit subiectum per accidentia cōtraria quorum mutatur in alterum vt cū mobile s̶i̶c̶u̶t̶ aqua mutatur de frigido in calidum. Quarta est ppria respōsio Auerrois qd ille mutatōes que sunt in nō tpe sunt termini quorūdaz motuū diuisibilium. ideo accidit illis mutatōibus esse in nō tpe p quāto accidit motui in instāti termiari. Et quia id qd est per accidēs ptermittit in demōstrationibus. ideo nō Aristo. pcedit ac si oīs mutatio esset diuisibilis et in tempore. Sed vt dicit Thomas predicta obiectio de mutationibus indiuisibilibus non est ad propositū. quia hic Aristo. nō intēdit ondere diuisionē mutabilis ex diuisiōe mutatiōis. ſ ecōtra et

diuisionem mutabilis diuisionē mutatōis. q̄a diuisio prius est in mobili ꝙ̄ in motu. Unū si ex diuisiōe mutatōis vellet hic ōndere diuisionē mutabilis ⁊ postea ecōtra cōmitteret circulatōem in demonstratōib⁹. Dicit ergo sctūs Thomas ꝙ oīe mutabile sm̄ qualibet mutationē est diuisibile. ⁊ partē hꝫ in termino a quo ⁊ ptē in termio ad quē. sꝫ est diuersimode in diuersis mutatōib⁹. q: in illꝭ inter quarū extrema est aliqḋ mediuꝫ mutabile partim ē in vno termio et partim in alio sm̄ ipsamet extrema. In his vo vbi non cadit mediū partim est in vno termio mutabile ⁊ partim in alio: non quidē sm̄ ipsa extrema sꝫ sm̄ aliquid eis adiunctū. vtputa dum materia trāsmutatꝭ de priuatōe ad formam ignis dū est in ipso mutari est sub ipa priuatione sꝫ non sm̄ seipam sꝫ partim est sub forma ignis non sm̄ seipam. sꝫ sm̄ dispositōem quā necesse ē materiā hr̄e an̄ꝙ̄ formā ignis recipiat. ⁊ sic oīe mutabile ī qlibet mutatione oportet esse diuisibile. q: ꝙ̄uis mutatiōnes sunt indiuisibiles tn̄ adiungūtur motui successiuo ⁊ diuisibili. ⁊ sic intelligitꝭ ꝙ infra dicit Aristo. ꝙ oīs mutatio est diuisibilis: et ꝙ id qḋ generatꝭ ⁊ qḋ corrūpitꝭ pri⁹ corrūpebatꝭ. ⁊ hoc mō forsan intellexit Alexāder oēꝫ mutatōem diuisibilem esse. s. vel sm̄ seipam vel sm̄ motū sibi adiunctū. Sꝫ aliud dubiū est. an hec diuisio sm̄ quā diuiditꝭ ꝙ mutabile partim est in termio a quo ⁊ ptim ī termino ad quē sit accipiēda sm̄ ptes integrales mobilꝭ aut sm̄ ptes termioꝝ motus. Et r̄ndet Auēpeche ꝙ accipiēda ē sm̄ ptes ēmioꝝ mot⁹ ita ꝙ cū aliqd calefit nō ē īntelligenduꝫ ꝙ aliq ps quātitatiua ei⁹ sit calida ⁊ alia adhuc frigida: imo totum calefit. Et in min⁹ calido ē ꝑmixtio frigiditatis. ideo dꝫ mobile eē partim ī vno termio ⁊ ptim ī alio sm̄ ptes termioꝝ mot⁹. qḋ ꝓbat. q: dꝫ in de sensu ⁊ sensato ꝙ non silr̄ se hn̄t mobile ī alteratōe ⁊ latōe. q: in alteratiōe totū silꝭ alteratꝭ ⁊ recedēdo ab vno termio accedit ad alterū. sꝫ in latōe ps post ptē mouetꝭ ita ꝙ prima ps mobilꝭ pri⁹ ingreditꝭ terminū ad quem ꝙ̄ secūda. Sed hanc ꝓbationē seu r̄nsionē Tho. improbat. q: nō esse videtꝭ sm̄ opinionem Aristo. sic ꝯcludētis ī textu. Necesse est ꝙ hoc ideꝫ aliqd in hoc esse aliud vo in altero. Ex quib⁹ verbis apparet ꝙ hāc diuisionē attēdit sm̄ ptes quātitatiuas mobilis. ideo r̄ndet Thomas ꝙ in hoc sexto agitꝭ de motu sm̄ ꝙ est cōtinu⁹. Et q: ꝯtinuitas pri⁹ mo ⁊ ꝑ se tn̄ reꝑitꝭ in motu locali q̄ pōt eē solus ꝯtinu⁹ ⁊ regularis. vt pꝫ ī octauo libro. ideo diuisiōes Aristo. hic posite hic ptinēt simplr̄ ad motū localē. ad alios vo mot⁹ nō totalr̄ sꝫ sm̄ ꝙ aliqd ꝯtinuitatis ⁊ regularitatis participāt. modo clarum est ꝙ mobile sm̄ locū pri⁹ ingreditꝭ locū in queꝫ tendit sm̄ ptē ꝙ̄ sm̄ totū ⁊ sm̄ vnā ptem ꝙ̄ sm̄ aliā. In alteratōe etiā alterās alterat ꝑ ꝯtactum. sed agēns ꝑ ꝯtactū pri⁹ ⁊ forti⁹ agit in ꝓpinquū ꝙ̄ in distās. ideo pri⁹ alterat vnā pteꝫ mobilꝭ ꝙ̄ aliā. Sꝫ ꝯ hūc modū arguit Egidi⁹. naꝫ ꝙ alterās pri⁹ alterat vnā ptē ꝙ̄ aliā hoc ē ꝑ accidēs: vel q: nō oēs ptes eqliter subduntꝭ virtuti alterātis: vel q: virt⁹ alterātis forti⁹ attingit vnam partem ꝙ̄ aliaꝫ. ⁊ q: hoc ē ꝑ accidēs. ⁊ demōstratio Aristo. debꝫ ꝓcedere ex his q̄ sunt ꝑ se. ideo nō dꝫ intelligi de diuisione mobilꝭ sm̄ ptes quātitatiuas. Itē licꝫ ī alteratōib⁹ q̄ sunt ab extrinseco dictū Thome habeat veritateꝫ nō tn̄ in his q̄ sunt ab extrinseco vt esset in aq̄ se reducēte ad frigiditatē. in tali eīn alteratōe oēs ptes mobilꝭ eqliter subduntꝭ virtuti alterātis. ideo nō pl⁹ alteratꝭ vna ps ꝙ̄ alia. ideo dicit Egidi⁹ ꝙ hec diuisio est attēdenda ex pte termioꝝ motus vt dicebat Auenpeche. Sꝫ ī motu locali sumēda est sm̄ ptes quātitatiuas mobilꝭ. similiter q: oē qḋ mouetꝭ quocūqꝫ motu etiā mobile est localr̄. Unū vniuersalr̄ cōcludere pōt Aristo. si oē mobile localr̄ sit diuisibile q̄ntitatiue. ꝙ oīe mobile est diuisibile. ideo illa demonstratio principalr̄ cōcludit de mobili localiter. ⁊ ꝑ ꝯns de alijs ꝓquāto oīe mobile ꝑ quocūqꝫ motu est mobile localr̄. Sꝫ hoc dn̄ vult Aristo. ꝙ illud dictū. s. ꝙ oē mobile partim ē in termio a quo ⁊ partim ī termino ad quē. ⁊ ꝙ vna ps prius venit ad terminū ꝙ̄ alia. ⁊ absolute verū est in motu locali qui primo est ꝑ se cōtinuus. sed in motu alterationis etiam aliqliter verū est sm̄ modum iam explicatum.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam dictū est ꝙ ille mutationes sm̄ se capte indiuisibiles sunt. tamen sm̄ esse qḋ habent in mutabili adiuncte sunt motibus successiuis vt generatio et corruptio alterationi ⁊ illumiatio medij motui locali. Ad

secūdā dictū ē φ cū dicit φ mobile partim ē in termino a q̄ ⁊ parti i termio ad quē nō est intelligēdū de extremis simplicit̃ ſ de pxinquis qd̄ sic innuit Aristo. dico aūt in q̄ innuit p̄imū ſ̃m nō mutationē vt de albo i fuscū et nō in nigrū. nō eni necesse ē id qd̄ mutat̃ eē in quocū p vltimo: ū q̄lit̃ aūt de alteratōne alterabile partim sit in termio a q̄ ⁊ partim in termino ad quē. Sequit̃ textus. Alius autem ſm temp᷒ ⁊c.

Queritur septio vtrū ista q̄ncꝫ simlr cōdiuidāt̃. s. mobile. mot᷒. tp̄s. et ipꝫ moueri et id in q̄ ē motus. Arguit̃ p̄io φ nō qꝛ motus solū ē diuisibilis dupliciter. s. ad diuisionē tp̄is et mobilis. ḡ nō cōdiuidit̃ hijs q̄ttuor. Secūdo sic. ois mot᷒ ē diuisibil̃ ſ nō omne illud in quo est motus ē diuisibile vt patet ď q̄litate. Tertio sic. istoꝝ q̄ncꝫ nō ē eadē q̄ntitas. ḡ necꝫ eadē diuisio ⁊ per cōseq̄ns nō diuidūt. Ad oppositū ē ph̄s in p̄io ca. secūdi tractat᷒ sic dicēs i isto septo Libro. Necesse ē easdē diuisiōes eē tp̄is motus ipi᷒ moueri ⁊ qd̄ mouet̃ et id in q̄ ē mot᷒.

Pro responsione sciendū ē primo φ postφ ph̄s premisit ea que sūt necessaria ad diuisionē mot᷒ i p̄tes quātitatiuas accipiendū. Cōseq̄nt̃ agit de ip̄a diuisione motus ostendendo quot modis diuidit̃. et que sunt illa que motui condiuidunt̃.

Sciendū est secundo. φ omne diuisibile in p̄tes q̄ntitatiuas oportꝫ eē q̄tū et extēsū per se vel per accidēs vñ ad extensionē alicui᷒ forme req̄rit̃ φ ſm aliā ⁊ aliaꝫ partē sit in alia et alia p̄te materie et nō tota simplr̃ in q̄libet p̄te sicut in aliq̄ subiecto albo alia ē ps albedinis in vna p̄te subiecti ⁊ alia in alia p̄te. Secūdo req̄rit̃ φ extensio talis forme sit eq̄lis extēsiōi sue materie

Ex istis seq̄t̃ φ aia rōnalis non ē forma extēsa. qꝛ tota ē in toto corpe ⁊ tota i q̄libet p̄te. ſ q̄libet mot᷒ ē forma extēsa. qꝛ nō ē vna ps mot᷒ in q̄libet p̄te mobilis imo i alia et alia p̄te mobilis ē alia et alia ps mot᷒ et extensio motus est eq̄lis extensioni mobilis.

Sciendum est tertio φ vt dicitur in textu mot᷒ diuidit̃ dupliciter. Uno mō ſm tp̄s. qꝛ ois mot᷒ i tp̄e ē. Secūdo diuidit̃ ſm p̄tes mobilis ⁊ hec diuisio dupliciter intelligi pōt. vno mō sic φ vna ps mobilis post aliā moueat̃. et hoc mō nō pōt intelligi in vno mobili φ sit̃ ſm se moueat̃. nisi attenderet̃ p̄ioritas mot᷒ vnius p̄tis mobilis ad motū alteri᷒ i ordine ad aliq̄d signū ad qd̄ p̄ius pertingit vna ps mobilis φ alia. Alio mō intelligi pōt hm̄oi diuisio ſm extēsionē mot᷒ quā hꝫ ad extēsionē sui mobil̃ ita φ sicut tot᷒ mot᷒ ē toti᷒ mobil̃ sic et cuiuslibet p̄tis mobil̃ ē aliq̄ ps mot᷒. et h̃ mō intelligit ph̄s motū diuidi ad diuisionē mobil̃ q̄n distiguit diuisiōꝫ mot᷒ sūptā ex p̄te mobilis a diuisiōe mot᷒ sūpta ex p̄te tp̄is.

Tunc sit conclusio prima. mot᷒ cōdiuiditur mobili. probat̃ qꝛ sicut tot᷒ motus ē toti᷒ mobilis ita p̄tes motus sunt partes mobilis. Verbi gratia. sit mobile. a. c. cui᷒ p̄tes sūt. a. b. ⁊. b. c. et tot᷒ mot᷒ sit. d. z. cui᷒ p̄tes sūt. d. e. et. e. z. sicut ḡ tot᷒ mot᷒. d. z. ē toti᷒ mobil̃. a. c. ita p̄ia ps mot᷒. d. e. est p̄tis mobil̃. a. b. et alia ps. e. z. ē alteri᷒ p̄tis. b. c. ḡ mot᷒ cōdiuidit̃ mobili. Secūdo qꝛ ois mot᷒ ē alicui᷒ mobil̃. ḡ tot᷒ mot᷒. d. z. ē alicui᷒ mobil̃ ⁊ nō ē alicui᷒ p̄tis. a. c. qꝛ tūc illud totū mobile moueret̃ ad motū vni᷒ partis et sic nō moueret̃ p se p̄io ſ ſm alterum oporter ḡ dicere φ totus ille mot᷒ ē totius mobilis. et p ɔ̄ñs p̄tes illi᷒ mot᷒ sūt p̄tes mobilis. qꝛ ñ pōt dici φ vna ps moueat̃ motu alteri᷒ p̄tis eo φ oi illi qd̄ mouet̃ necesse est adesse aliquē motū vt alias dictū ē. Tertio. vel tot᷒ mot᷒ adeq̄t̃ partib᷒ mobil̃ vl̃ excedit eas vel excedit̃ ab eis. si p̄imū habet̃ intētū. si secūdū tūc capiat illd̄ q̄ excedit ḡ scd̄m illud nulla ps mobil̃ mouet̃. qꝛ necꝫ totū. et p ɔ̄ñs esset alius mot᷒ ſm quem nihil moueretur qꝛ nō pōt dici φ ſm illd̄ excedēs aliud mobile moueat̃. qꝛ tot᷒ ille motus intelligit̃ eē cōtinuus q̄re nō posset̃ esse diuersoꝝ mobiliū. Si vo dicat̃ tertiū cuꝫ totū mobile supponat̃ moueri aliq̄ ps excedēs mouebit̃ ⁊ tñ sibi nō adest mot᷒. ſ h̃ est impossibile. s. aliq̄d moueri sine motu. sicut ipossibile est aliq̄d eē albū sine albedine. necesse ē ḡ dicere φ sicut aliqd̄ totum mobile mouet̃ toto motu. φ etiā p̄tes eiusdē mobil̃ moueāt̃ partib᷒ illius mot᷒ et φ motus diuidat̃ ad diuisionē mobilis.

Cōclusio secunda. motus cōdiuidit̃ tēpori. patet nā sicut totus motus est in aliq̄ toto tp̄e ita partes illi᷒ motus sūt in

partibus temporis. ergo conclusio est vera.

Conclusio tertia. motus et moueri similiter condiuiduntur. patet quia sicut totus motus toti mobili attribuitur moueri ita et partes motus attribuuntur partibus mobilis. aliter sequeretur quod nihil secundum aliquam partem motus moueretur vel quod aliquid moueretur sine motu. Si quaeratur qualiter differant motus et moueri dicitur quod differunt quia motus dicit fluxum formae ad esse perfectum et moueri dicit receptionem illius formae fluxus in subiecto et importat passionem.

Conclusio quarta motus et illud in quo est motus similiter condiuiduntur et per illud in quo est motus intelligitur forma vel dispositio secundum quam est per se motus. probatur quia si aliquod mobile in toto motu transeat aliquod totum spacium tunc secundum partem illius motus transibit partem illius spacii et similiter diceretur de motu secundum qualitatem. Est tamen differentia in hoc quia vt habetur textus aliqua eorum secundum quae est motus sunt partibus per se diuisibilia vt in motu secundum quantitatem et secundum locum. alia vero per accidens vt in motu secundum qualitatem. Et si quaeratur cui istorum primo competit diuisio. Respondet philosophus quod ipsi mobili. quia primo et per se generatum et alia ab eo accipiunt quantitatem quare et diuisionem et etiam finitatem et infinitatem. et si vltra quaeratur an sit eadem diuisio qua diuiditur motus istis quattuor. Respondet philosophus quod si sit eadem quantitas erit eadem diuisio. sin autem neququam. modo manifestum est quod non est eadem quantitas. quia quantitas extensionis quam habet motus a mobili secundum extensionem est permanens eo quod omnes partes mobilis simul mouentur. sed quantitas quam habet a tempore est successiua et sic non est eadem diuisio qua condiuiditur motus ad diuisionem mobilis et ad diuisionem temporis.

Ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitur quod in genere duplex est diuisio motus. quia in omni diuisione. motus vel partes motus sunt simul et hanc diuisionem capit ad extensionem mobilis. vel succedunt sibi ad inuicem et hanc diuisionem capit a tempore. et haec duplex diuisio conformiter reperitur in moueri et in eo cuius est motus. Ad secundam et tertiam patet solutio ex dictis. Sequitur textus. Omne autem quod mutatur ex quodam. etc.

Queritur octauo vtrum in motu sit dabile primum mutatum esse. Arguitur quod sic. quia vbi philosophus demonstrat omne mobile esse diuisibile ipse sic dicit. dico autem primum in quo mutatur secundum mutationem. ex quibus verbis videtur dicere quod in motu est dabile id in quo mutatum est primo mobile. Secundo sic dabile est primum non esse motus a parte post. sed tale non esse est primum mutatum. quia tunc non mutatur mobile et antea mutatur. ergo in motu dabile est primum mutatum esse. Tertio sic mutatum esse est terminus ipsius mutari. sed dabile est primus motus. ergo dabile est primum mutatum esse. Ad oppositum est philosophus in littera vbi postquam determinauit de diuisione motus. Consequenter agit de ordine partium motus ingrediendo. scilicet vtrum in motu sit dare primum mutari siue primum mutatum esse et primo supponit quod omnis motus est ex quodam in quoddam. et quod terminus a quo semper abiicitur et terminus ad quem semper acquiritur.

Conclusio prima. necesse est omne mutatum esse quando mutatum est esse in termino ad quem. Pro probatione huius conclusionis supponit philosophus quod mutari et distare siue deficere idem sunt subiecto. et similiter mutatum esse et defecisse. differunt tamen ratione quia mutari dicitur per respectum ad terminum ad quem. sed distare dicitur per respectum ad terminum a quo. Probatur ergo conclusio. quia sicut est in mutatione secundum contradictionem. ita est in aliis mutationibus. sed in mutatione secundum contradictionem. quia termini sunt immediati cum sint contradictorii: defecisse ab vno termino est esse in alio. cum ergo mutatum esse sit idem quod defecisse a termino a quo sequitur quod mutatum esse est in termino ad quem. et per consequens ita est in aliis mutationibus. Item cum aliquid mutatum est vel in termino a quo vel in termino ad quem vel in aliquo intermedio. non in termino a quo. quia mutatum esse est defecisse a termino a quo. nec intermedio quia in eo mutatur a termino ad quem. sed impossibile est aliquid simul mutari et mutatum esse ipsum. ergo mutatum esse est in termino ad quem. Et haec conclusio ne. Sequitur primo quod omne factum quando factum est et quod corruptum est non est: patet quia terminus ad quem factionis est esse et corruptionis est non esse. Sequitur secundo quod mutatum esse praesupponit mutari sicut terminus id cuius est terminus. Tertio sequitur quod sicut in motu est duplex terminus ad quem. scilicet vltimus motus simpliciter quo habito cessat motus. et prior quo non est vltimus simpliciter sed solum respectu partis praecedentis. ita etiam dabile est primum mutatum esse secundum perfectum et imperfectum. et secundum mutatum esse perfectum est in aliquo intermedio inter terminum secundum terminum a quo primum et terminum ad quem simpliciter

plicat scdm. et tale mutatū eē incōpletū nō ē fm actū in motu. sed solū fm potētiā. et sūt in finita talia mutata eē in motu fm potentiā sicut quilibet mot⁹ est diuisibil in infinitas partes loqndo de partibus eiusdē ppor͞tio nis. et nō quātitatis.

Conclusio secunda. mutatū eē ē in indiuisibili tpis. pz qz si nō sit ita detr tē pus diuisibile in q aliqd mutatū ē et sit. a. c. cui⁹ vna ps sit. a. b. et alia sit. b. c. aut ḡ id qd mutatū ē in tpe. a. c. mutatū est in q̄libet pte ei⁹ aut in neutra. vel in vna mutatr et in alia mutatū ē si pmū sequeret q mutatū ē prius in vna pte q in toto. ḡ totū tēpus n erat in q mutatū est. nec fm q: tunc nō esset mutatū in toto tpe pmo s rōne vni⁹ partis et si dicat q in neutra sequeret q nec in toto et ita ipossibile ē illud in q aliqd pmo muta tū ē esse tps diuisibile. et per conseqns opor tet q sit indiuisibile tpis qd nō ē tps. s tpis termin⁹. sicut mutatū eē nō ē mot⁹ s termi n⁹ ei⁹. Ex hac cōclusiōe seqr q oē qd fac tū ē vl corruptū factū ē vl corruptū in indi uisibili temporis.

Conclusio tertia in motu dabi le ē pmū mutatū eē cōpletū. pz qz ois mo tus est finit⁹. ḡ in oi motu dabilis est termi nus cōplet⁹ et vltim⁹ simpliciter. s talis ter minus ē mutatū eē completū. ergo et c.

Conclusio quarta. diuidendo motū in partes eiusdem quantitatis in mo tu dabile ē pmū mutatū eē incōpletū pz qz pmū mutatū eē incōpletū ē termin⁹ pri me partis mot⁹. s hoc mō diuidēdo motum dabilis ē prima pars motus. ergo et pmū mutatum esse incōpletum.

Cōclusio quinta. diuidēdo mo tū in ptes eiusdē proportionis. tūc in eo nō est dabile pmū mutatū esse imperfectum et incōpletū. Probat phs hanc cōclusionem ex pte temporis. ex pte mobilis et ex pte for me fm quā est motus. ex pte quidē tēporis sic pcedit. qz detr pmū mutatū eē et detr tē pus in q est tale pmū mutatū eē. ḡ tale tps ē diuisibile vel idiuisibile. si idiuisibile opor tebit illud indiuisibile immediatū eē in idi uisibili tpis in q mobile incepit mutari in q adhuc erat mobile in termino a q et sic indi uisibilia erunt imediata in tēpore qd pmo

reprobatum est. et si dicatur q sit diuisibile tunc diuidatur in duas partes. aut ergo in vtraq mutatum est. aut in neutra. vl in alia mutatur et in alia mutatum est. si in vtraq sequeretur q mutatum esse in toto supponit mutatum esse in parte. ergo non erat datum primum mutatum esse. si in neutra sequitur q nec in toto mutatum est. si in vno mutatr. et in alio mutatum est. sequitur q totum il lud tempus non est primum in quo mutatū est quia solum mutatum est in eo ratōe par tis. Itē si in vna parte sit mutatum cum omne mutari sit diuisibile sicut est motus et cuiuslibet partis motus sit mutatum esse se quitur q illud mutatum esse non erat pri mum. Secundo patet ex parte mobi lis. quia in mobili non est dare primam par tem que mutata sit. ergo nec est prima pars motus. Antecedens pz. quia si detur com positū detur tempus in quo sit mutata ps alia et cū tale tempus nō sit indiuisibile seq tur q in medio illi⁹ tpis vna ps illius ptis pri⁹ mutata ē q tota ps sit mutata i toto tē pore. et cum illud tempus sit diuisibile in i finitum et similiter alia pars mobilis seqr q in mobili nō sit dabilis ps que pmo sit mutata. Sz obiceret qz sequeret q nullius mobilis oēs partes simul mouerentur. dici tur q licet alicu⁹ mobilis om̄s partes non simul mouerent. tn̄ in ordine ad aliqd signū vna ps prius mouet q alia. et qz in mobili non est dare primā partē cum quelibz sit di uisibilis. ideo nec in motu est dare primam ptē mot⁹ nec pmū mutatū eē. Tertia rō formatr de motu locali facto supra magni tudinē co q in motu fm qualitatem ad est fm q est motus non est diuisibile proprie et per se sed per accidens. Et arguitur sic. detur magnitudo aliqua in qua sit primum mutatū eē. vel ḡ est diuisibilis vel indiuisibi lis. si indiuisibilis. tūc idiuisibilia erūt imme diata et de tpe prius argutū est. si sit diuisibil sequit q mobile prius mutatum est in par te q in toto. et cū non sit dabilis prima pars magnitudis supra quā fit motus nec etiā prima ps mot⁹ sequit q nec pmū in q mo bile sit mutatū. et sic patet ex parte tpis mo bilis et termini ad quem q nō pōt dari pri mū mutatū esse in motu. qz vtrūq illorum est diuisibile i infinitū et nō pōt accipi pa pars alicui⁹ ipor. et sic arguebatur ex parte

magnitudinis ĩ motu locali ita argueref ex
pte q̃litatis q: lꝫ q̃litas ẜm suã essentiã sit i-
diuisibilis. tñ in extẽsiõe ẽ diuisibilis ẜm eẽ
participatũ ĩ subiecto ẜm q̄ diuisionẽ ẽ suc
cessio ⁊ cõtinuitas ĩ motu alterationis ⁊ mẽ
suraf alẽatio tpe. ẽ etiã diuisibilis qualitas
extensiue ad extensionẽ subiecti.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primã dicif q̄ aristo. ĩ illa auctoritate
accepit p̄mũ ĩ qd̃ mutatũ ẽ mobile ẜm par-
tes eiusdẽ q̄ntitatis et nõ eiusdẽ ꝓportiõis.
secũda rõ ẽ ꝓ secũda cõclusiõe. Ad tertiã dr
q̄ mutatũ eẽ ñ ẽ mot⁹ nec ps mot⁹ ẜ terminꝰ
motus. ⁊ q: nõ est dabilis prima pars mo-
tus cũ sit infinitus in diuisione nec etiã pri-
mũ mutatũ esse. Sequif tert⁹. Necesse
ẽ ẽ q̄ mutatũ ẽ eẽ in hoc q̄ mutatũ ẽ ⁊c̃.

Queritur nono: vtrũ Ante om

ne mutari sit mutatũ eẽ ⁊ añ omne mutatũ
eẽ sit mutari. Arguif q̄ nõ q: si sic seque-
ref q̄ ante oẽ mutari eẽt mutari. ꝯñs videf
falsũ q: dabilis ẽ prima medietas mot⁹ añ
q̄ nihil ẽ de motu. Secũdo sic. q̃libꝫ mo
tus ẽ finit⁹ a pte añ. ẽ ẽ dabilꝭ aliq̃s termin⁹
mot⁹ a pte añ. ẜ in motu nõ sũt nisi mutari ⁊
mutatũ eẽ. ẽ in motu dabile ẽ primũ muta
ri aut primũ mutatũ eẽ. Tertio sic muta-
ri se habet ad mutatũ eẽ sicut via ad termi-
nũ. ẽ impossibile ẽ añ oĩe mutari dare ali-
qd̃ mutatũ eẽ. q: terminus nõ precedit viaꝫ
cuius ẽ termin⁹. Ad oppositũ arguif per
ꝓbm sic concludentẽ. q̃re necesse ẽ mutatuꝫ
eẽ mutari prius. ⁊ q̄ mutaf mutatũ eẽ ⁊ ip-
so mutari mutatũ eẽ pri⁹. ip̃o aũt mutatum
esse mutari ⁊ nullo cõprehendif primum.

Pro responsione sciẽdũ est pri

mo q̄ post q̄ ꝓbus ostendit q̄ in motu nõ ẽ
dare primũ mutari neq3 primũ mutatũ esse.
Hic cõseq̄nter determinat de ordine ip̃oꝝ ad in
uicẽ in ip̃o motu. Primo suppones q̄ oĩe
qd̃ mutaf necesse ẽ mutari in tpe. ⁊ hoc du-
pliciter intelligi põt. s. primo et ẜm alterũ. ẜm
alterũ vt in die aliquid dicitur mutari q: in
hora. Secũdo suppõit q̄ oẽ qd̃ mutaf ĩ
tpe aliq̃ primo in q̃libet pte illi⁹ tpis mutaf
⁊ hoc satis manifestũ ẽ ex diffinitiõe ip̃i⁹ pri
mi. Aliter sic probat ꝓbus. nã si aliq̃d muta
tur primo in aliq̃ toto tpe. diuidaf illud tpo
in duas ptes. vel ẽ in qualibet pte mutaf et
sic habef intentũ. vel in qualibet parte q̃e-
scit et tũc nõ mutaf in toto. vel in vna pte mu
taf ⁊ in alia quiescit ⁊ sic nõ mutaf primo ĩ
illo toto tpe. ẜ solũ ẜm alterũ. scꝫ ratione vni
us partis. relinquif ẽ q̄ mutari in aliq̃ tẽpe
primo est mutari in qualibet pte illius tpis

Sciendũ est secũdo q̄ mutatũ

eẽ ẽ terminus ip̃i⁹ mutari ⁊ iõ sicut mutari
mensuraf tpe ita mutatũ ẽ terminꝰ tpis mẽ
suraf scilicet ipso nunc.

Tũc sit cõclusio pria. ante oĩe

mutari ẽ mutatũ eẽ. Probaf nã omne muta
ri ẽ diuisibile ẽ ante oẽ mutari ẽ mutatuꝫ eẽ
ẜm partẽ illi⁹ mutari. ⁊ ꝺclaratur in litteris.
sit enĩ magnitudo. k. l. sup quã moueaf. a. ⁊
b. eque velociter ⁊ simul icipiãt moueri. ẜ a.
q̃escet ĩ medio illi⁹ magnitudinis. b. vo mo-
ueaf vsq3 ad finẽ. et sit totũ tẽpus in quo. b.
mutaf vsq3 ad finẽ. i. o. qd̃ etiã diuidaf ꝑ me
diũ in. 2. Tunc arguitur quãdo. a. venit ad
mediũ magnitudinis dare actũ mutatũ est
cũ ibi quiescat. ergo cũ. b. simul incipiat mo-
ueri et eque velociter moueaf quãdo ibi venit
etiã ibi mutatũ ẽ. et cum postea moueaf ad
huc sequitur q̄ mutatũ eẽ in illo pũcto p̄cesf
sit mutari supra illã medietatẽ illi⁹ magni-
tudinis. et cũ prima medietas iterũ sit diuisi
bilis in infinitũ sequif q̄ ante omne mutari
erit dabile aliquod mutatũ eẽ respectu par
tis precedentis. et cũ nõ possit dari aliq̃ ps
magnitudinis cũ dẽf alia prior ꝓpter diuisi
bilitatẽ eius in infinitum. sequitur q̄ nõ da-
bitur mutari quin ante ipsũ sit aliquod mu
tatum eẽ. Aduertendũ est tñ circa hãc cõ-
clusionem q̄ mutatũ esse ante vltimũ termi
num motus nõ est in ipso motu nisi ẜm po-
tentiam. sicut nec sunt puncta inter media
actu in linea. nisi sint actu diuisa. ⁊ potentia
non cognoscatur nisi per actũ. iõ in presenti
rõne ꝓbus notificat vnũ mutatũ eẽ qd̃ non
est. nisi potentia in motu per aliud mutatuꝫ
esse quod est actu terminus motus. sicut si
ostenderetur aliquod punctum ẜm poten-
tiam esse in aliqua parte linee diuidẽdo line
am actu in illud punctum. Secundo pro
batur conclusio ex parte temporis. q: quod
mutaf primo in aliquo toto tpe mutatur in
qualibet parte illi⁹ tpis. partes autem in tẽ-
pore diuiduntur ab inuicem per nunc. ergo
qd̃ mutaf in aliqua parte tẽporis mutatuꝫ
ẽ in nũc terminãte illã partẽ ⁊ distinguente

est ab alia parte. et data qualibet parte temporis ipsa est diuisibilis in infinitum. ergo in qualibet parte temporis sunt infinita nunc. et per consequens sunt infinita mutata esse in motu. quare non potest dari primum mutatum esse. Tertio probatur ex parte motus continui. quia quod continue mouetur sic quod non corrumpitur neque pausat a mutatione vel mutatur in nunc vel mutatum est. sed in nunc non potest mutari vt ostensum est prius. ergo nec in quolibet nunc mutatum est. sed ipsa nunc in tempore sunt infinita. ergo etiam ipsa mutata esse sunt infinita. et per consequens non est dabile primum mutatum esse quare ante omne mutari est mutatum esse.

Conclusio secunda. ante omne

mutatum esse est mutari. Probatur conclusio pro qua supponitur quod omne quod mutatur ex quodam in aliud in tempore mutatur. Tunc arguitur sic. mutetur aliquid ex.a.in.b. vel mutatur ex a. in.b.in vno et eodem nunc. sed hoc non. quia tunc in eodem nunc esset in.a.et in.b. quod est impossibile ergo in alio et in alio nunc est in.a.et in.b. Sed inter quecunque duo nunc mediat tempus. ergo dum mutatum est in.b. prius mutabatur in illo tempore intermedio. quare ante omne mutatum esse in.b. erat mutari. et cum tempus adhuc itermedium diuisibile sit. et diuisio temporis fiat in nunc sequitur quod ante mutatum esse in nunc distinguente partes illius temporis est mutari in parte precedenti. et cum non sit dabile primum nunc ante quod sit aliqua pars temporis sequitur quod non est dabile mutatum esse. nisi ante ipsum sit mutari. Et si arguitur de generatione et corruptione que non mensurantur tempore. et sic non videtur quod ante genitum esse sit generari. Dicitur quod generatio et corruptio si sumantur secundum suas rationes mensurantur in instanti temporis. et ita generari et genitum esse simul sunt. si tamen capiantur secundum esse quod habent in materia secundum quem modum habent alterationem sibi adiunctam sic tempore mensurantur et hoc modo intelligit philosophus cum dicit. omne quod genitum est prius generabatur et quod prius corruptum est prius corrumpebatur. quia omne quod alteratur alterabatur prius. quia hoc modo capitur generatio non solum pro receptione forme in materia iam disposita. sed pro tota transmutatione ad formam que includit dispositionem materie. Secundo patet conclusio ex parte magnitudinis quia omnis magnitudo est in infinitum diuisibilis et sic non est in ea dabilis pars prima. ergo nec potest dari primum mutari in motu. et similiter ostenderetur conclusio in alijs motibus. Sed notandum quod ostenduntur iste conclusiones in motu facto supra magnitudinem quia magnitudo est per se diuisibilis. quantitas autem per accidens solum. vnde vt ait philosophus iste conclusiones in istis principijs fundantur quia impossibile est in continuo indiuisibile esse indiuisibili immediate coniunctum. et hoc modo omne continuum in infinitum est diuisibile. cum ergo motus quilibet continuus sit in infinitum diuisibilis et sic non est dabilis prima pars motus. ideo nec terminus prime partis quare non est dare primum mutari nec primum mutatum esse. et per consequens ante mutari est mutatum esse et econtra.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam conceditur quod potest dari prima medietas extra quam totum nihil est de motu diuidendo motum per partes eiusdem quantitatis. sed illa medietas non est simpliciter prima pars. quia diuisibilis est et sic dabilis est pars prior ipsa. immo quecunque parte data in motu dabilis est prior. Ad secundam dicitur quod in motu a parte ante non est dabilis terminus positiuus in quo sit verum dicere quod mobile primo mouetur in quo mutatum est. licet sit bene dabile nunc quod est a parte ante terminus temporis mensurantis. sed in illo nunc mobile nec mouetur nec mutatum est sed incipit moueri.

Ad tertiam dicitur quod conceditur quod mutatum esse est terminus illius mutari quod est via ad ipsum. nec precedit illud mutari. sed quia illud mutari est diuisibile. ideo mutatum esse quod est terminus partis precedentis mutari precedit sequente illius mutatum esse.

Sequitur textus. Ostenso enim quod ic. [illegible]

Queritur decimo vtrum magnitudo et mobile motus et tempus consimiliter se

habeant ad esse finitum vel infinitum. Arguitur quod non quia motus celi est infinitus tempore. et tamen tam mobile. scilicet celum quam spacium transitum finita sunt ergo. Secundo si sic hoc esset. quia mobile in maiori tempore maius spacium transit. sed hoc non est verum vt patet in diuersis mobilibus quorum vnum alio velocius mouetur. et similiter in eodem mobili moto per diuersa media in densitate et raritate. Tertio sic ista quattuor sunt ad inuicem separata et distincta. ergo ad finitatem et infinitatem vnius non sequeretur finitas vel infinitas alterius. Ad oppositum arguitur per philosophum in textu

Pro responsione sciendum est pri

Conclusio secunda. ad qualita tes de secūda specie qualitatis nō est p se al teratio. Probat vt pcedens. τ etiam probat duabus ratōibus phi. Prima est. qualita tes ad quas est p se alteratio sunt q per alte ratōeȝ in subiecto acqrunt τ in recto de sub iecto pdicat τ ecōuerso. sicut dicim⁹. homo est albus τ albū est hō. s forme τ figure in re cto nō pdicant de subiecto. vt non dicim⁹ ꝙ es sit figura vl ecōtra s solū pdicat denoia tiue. vt es est figuratū. vl es est linctū. τ ecō tra. g fm ipas nō est p se alteratio. Secun da ratio. ridiculū est dicere aliqd alterari qn pficit. s qn acquirit formā vl figurā pficitur. g fm formas τ figuras non ē p se alteratio.

Et hec cōclusio manifesta est in figuris q p se τ imediate insequūtur formā rei. nō ta men est manifesta in figuris accidētalib⁹ que mutari possunt sine hoc ꝙ res mutet subali ter. sicut est in figura q p rarefactōem τ ꝯdē satōem acqrit. ideo in talibus pbat ꝯclusio. qꝛ tales figure simplr nō p se acqrunt per alteratōem s solū ex ꝯnti. τ sunt termini mu tationū q fiūt fm alias qlitates vl insequū tur motū localē. Et ꝙ nō sit alteratio ad ha bit⁹ τ dispōnes videbit in sequēti qstione.

Cōclusio tertia τ respōsalis ad quesitū. ad solā tertiā spēm qlitatis est per se alteratio. Probat. qꝛ qualitates d tertia spe cie qlitatis sunt vere ꝯtrarie τ p se intensibi les τ remissibiles τ extrinsecus subiecto ad uenietes. ergo ad ipas est p se motus. τ cuȝ omnis motus ad qlitatē fit alteratio: sequi tur ꝙ ad ipas est per se alteratio τ solum ad ipas. qꝛ nō fit in alijs: vt dictū est.

Ad rationes ante oppositum. Ad primā dicit ꝙ habitus τ dispositio acq

runtur ꝛ perdūtur non sine mutatōe. ꝫ dicitur ꝙ illa mutatio nō ꝑ se terminatur ad hmōi habitus ꝛ dispositōes. Sed primo terminatur ad aliquas q̄litates ad q̄s est per se alteratio q̄ sunt quodāmodo cause aliarū. ideo mutatione facta in ipsis sequitur mutatio ex ꝯñti in alijs facta. Ad secundā dicitur ꝙ si durū et molle cōsiderant̄ ẜm ꝙ causant̄ a siccitate ꝛ hūiditate extrinsecis nō sunt naturales potentie. ꝫ si cōsiderent̄ inq̄tuꝫ ab humiditate ꝛ siccitate intrinseca causant̄ sunt naturales potentie. ꝛ de ipsis dicitur vt de habitibꝰ ꝙ nō primo ꝑ alteratōem acquirunt̄: ꝫ soluꝫ ex cōsequēti. sicut sanitas ꝛ egritudo ꝯsequūtur mutatōem qualitatū primarū siue humorum ex que ꝑ ꝓportōe vł improportōe causātur.

Ad tertiam dicitur ꝙ ẜm sententiā cōmentatoris sup illud dictū Aristo ꝙ in sensibilibꝰ qualitatibꝰ ꝛ in sensibili parte aīe solū est per se alteratio. per sensibilia intelliguntur qualitates sensibiles q̄ sunt obiecta sensuū. ꝛ ꝑ sensibilem partē intelligunt̄ passiōes q̄ sunt in parte sensibili anime. s. in appetitu irascibili ꝛ cōcupiscibili. ꝛ eodē modo exponit sanctꝰ Thomas. Ideo dicendū ꝙ non ẜm qualitates que sunt obiecta sensuū exteriorum est alteratio ꝫ etiam ẜm passiōes appetitus irascibilis ꝛ cōcupiscibilis siue ẜm obiecta ipsarū. Et cū dicebat̄ sūt adaliq̄d: negatur. Et ad ꝓbationē, dicitur ꝙ homo dicitur iratus ꝛ non lapis ꝫ hoc nō est ꝙ ira importet respectū ad hominem ꝫ quia lapis non est susceptiuus ire aut gaudij. Sequitur textus. Neqꝫ in habitibus ꝛc.

Queritur quinto vtrū ad habitus ꝛ dispositōes sit per se alteratio

Et arguitur primo ꝙ sic. sanitas est habitus corporis ꝛ tn̄ ad sanitatē ē ꝑ se alteratio. ergo ꝛc. Secūdo sic. virtutes morales sunt in parte sensitiua anime in qua est ꝑ se alteratio. ergo ad hmōi virtutes est ꝑ se alteratio. Tertio sic. cū aliquis ꝓcedit de ignorātia ad scientiam mutatur, ꝛ nō alia mutatōe q̄ alteratione. ergo ꝛc. Ad oppositum arguitur per phm̄ in textu.

Pro respōsiōe sciendum est primo ꝙ duplices sunt habitus. Nam quidam sunt corporis. vt sanitas. pulchritudo. macies. ꝛ hmōi. Alij sunt anime. ꝛ isti sunt duplices. Nam quidā sunt mobiles. ꝛ isti sunt in parte appetitiua. vt fortitudo. temperantia. ꝛ cetera hmōi. Alij sunt itellectuales vt que sunt in intellectu. vt sciētia. ꝛ de his omnibus siue sint boni siue mali intelligitur presens questio.

Sciendum est secundo ꝙ omīs habitus est virtus vel malicia. omīs autem virtus ꝛ malicia sunt adaliquid. est eniꝫ alicuiꝰ vł aliquorum adaliquid. Declarat phus de habitibꝰ corporis. vt sanitas est calidorum vel frigidorū ꝛ eorum que sunt circa corpus siue infra cōmensuratio. ꝛ est adaliq̄d scꝫ ad cōtinens hoc est ad totum corpꝰ animalis. Naꝫ cōmensuratio humorum que in homine sanitas: in leone nō est sanitas. ꝛ silr turpitudo ꝛ macies corpis alicuiꝰ est adaliquid. ꝛ ita de oībus alijs habitibus. Naꝫ ꝛ omīs virtus est dispositio perfecti ad optimū hoc est ad fineꝫ rei que est eius opatio. Si ergo in adaliquid nō est per se motꝰ tūc sequitur ꝙ etiam ad habitus ꝛ dispositiones nō erit per se motus. Uerūtamē ꝑ accidens ꝛ ex ꝯñti acquirūtur aut remouent̄ ꝑ motū. sicut relatio etiaꝫ ex ꝯñti in aliquo acquirītur aliquo fundamēto in eo acquisito. ꝫ nunq̄ aliquis motus terminatur per se ad aliquam formā relationis: ꝫ ad aliquem terminuꝫ ad quem sequitur relatio. vt per alterationē que terminatur ad caliditatem vel frigiditateꝫ qua reducūtur qualitates ad temperamentū bene in aliquo: ex consequēti acquiritur sanitas.

Tunc sit cōclusio prima: ad habitus corporis non est per se alteratio: licet bene ex cōsequēn.

Probat phus. quia tales habitus sunt adaliquid. in adaliquid auteꝫ non est per se motus. ergo ꝛc. Non tamē debet intelligi ꝙ tales habitus q̄tuꝫ ad id qd̄ sunt sint adaliquid. quia tunc essent de genere relationis. ꝫ dicunt̄ adaliquid dici: eo scilicet ꝙ eorum rationes a relatiōe dependēt. Secunda pars conclusionis patet in vltimo notabili.

Conclusio secūda. ad virtutes morales nō est ꝑ se alteratio

sequūtur tamē ad alteratiōem que est in parte sensitiua ẜm passiones eius. Et probat phus. q̄ ille virtutes sunt quedaꝫ perfectōes. cum omīs vir

tus sit pfectio quedã. modo vnũquodq; perfectum dicit̃ cum attingit virtutem per quã potest in suũ opus. Perfectũ eñ ẜm naturã dicit̃ qḋ habet ppriie forme specifice virtutẽ per quã possit in opus sue nature. vt pfectuz vnũquodq; dicit̃ cum potest facere alterũ tale quale ipm est. Et simił̃r perfectus dicitur aliqs moraliter cum attingit virtutem moralem per quã ppnpte moraliter operat̃. Sic ergo omis virtus est quedaz perfectio ⁊ malicia corruptio. modo incõueniẽs est dicere q̃ aliquis alteret̃ dum perficit̃. Secundam partẽ probat phus dupliciter. Primo p dictum stoycoꝝ qui nõiabãt virtutes impassibilitates. quia tollũt omnẽ motũ passionis. Et dicebãt malicias esse passibilitates. quia sunt abilitates ad cõsequẽduz omnẽ motuz passionũ. Aristoteles vo dicit virtutes cõsistere in quadã tempata moderatiõe passionum. ideo ponit virtutes morales esse medium duarũ passionũ. Cum ergo ẜm passiões que sunt in parte sensitiua sit p se alteratio. ⁊ ad remotionẽ hmõi passionũ acquiruntur virtutes sequit̃ q̃ ad alteratõem partis sensitiue sequũtur hmõi virtutes. Secũda ratio. omis virtus moralis circa delectatõem ⁊ tristiciam consistit. vt iustus gaudet de iustis opatiõibus ⁊ tristat̃ de iniustis. ⁊ ita est de opposita malicia virtuti. Sz delectatio ⁊ tristicia nõ est sine motu facto in parte sensitiua. sicut dum aliqs actu apphendit aliqḋ delectabile aut tristabile aut reminiscit̃ alicuius vel de aliquo sperat. ğ ois virt⁹ moralis ⁊ etiã malicia cõsequit̃ ad aliquem motũ factum in parte sensitiua.

Conclusio tertia. ad habit⁹ intellectuales nõ est per se alteratio.

Posset pbari cõclusio sicut pcedens: ẜ aliter probat̃. nam sciens maxime dicit̃ ad aliquid: ⁊ etiam scientia ad aliquid dicit̃. ẜ ad aliquid nõ est per se motus. ergo neq; p se alteratio ad habitus intellectuales licz aliqui eoꝝ ɔsequãtur aliquem motũ factũ in parte sensitiua et non intellectiua. Itez illud non aduenit alicui per motũ qḋ in eo acquirit̃ per residentiam ⁊ quietatiõem omniuz passionũ corporis. ẜ sic est de scientia ⁊ alijs habitibus intellectualibus. q2 sedendo ⁊ quiescẽdo efficitur anima prudẽs et sapiens. ergo ad habitus ĩtellectuales nõ est p se alteratio. Minorem pbat text⁹. nam intoxicat⁹ ebri⁹ aut dormiens habens scientiã in habitu per motuz cerebri vel pturbatõem organoꝝ sensuũ. ⁊ p ɔñs inordinatõem fantasmatũ impedit̃ ab vsu sciẽtie sue. ⁊ postea sedatis illis passiõibus ⁊ solutis sensibus vtit̃ sciẽtia. ⁊ põt acquirere scientiã de nouo. ergo scientia de nouo acqrit̃ p quietatõem passionũ ⁊ motuũ corpaliũ nulla facta mutatõe in parte intellectiua. Item declarat phus de puero in acceptõe sciẽtie. nam ppter humidũ abũdans ⁊ calidũ faciens fluere ipm humidũ. q2 puer etiam est de facili insectatoꝝ passionũ. ideo impedit̃ ne fantasmata rerũ sensibiliũ possit ordinate recipe mediãtibus quibus fantasmatibus in intellectu retinent̃ species intelligibiles. ẜ sedatis hmõi passionib⁹ ⁊ fluxibus humoꝝ vł̃ p naturã vel p voluntatẽ ordinate agit siue accipit fantasmata ⁊ acquirit scientiã. nec ppter hoc est mutatio facta in intellectu. ẜ solũ est in parte sensitiua. ergo sciẽtia acquirit̃ in intellectu sine motu facto in ipo ẜ per sedatõem pturbationũ que sunt in parte sensitiua. Sz ꝯ Aristo. arguitur. quia videt̃ fauere positõni Platonis. ponentis scientiã nõ de nouo acquiri in aia nostra ẜ a principio haberi per participatõem ydearũ sepatarũ. ⁊ cum aia nostra recipit̃ in corpe obliuiscit̃ eoꝝ que psciuit. ẜ sedantibus ⁊ sedatis passiõibus ptis sensitiue anima reminiscit̃ eoꝝ que psciuit. Posset dici q̃ Aristo. nondũ reprobauit hanc opinionez. ideo more suo potest vti ipa. Sz tñ ad veritatẽ rei est intelligendũ q̃ receptiuũ ad receptibile potest se habere tripł̃r. Uno mõ in vltima dispõne ad receptibile sine impedimento nec in se nec in alio. ⁊ tũc tale receptiuum reducit̃ in actũ per pñtiaz ppꝰ actiui sicut aer lucidus efficit̃ per pñtiaz corpis luminosi. Alio modo se pt̃ habere sicut qḋ est indispositũ per aliquã dispõem cõtrariam receptibili. et tunc anteq̃ ipm recipiat necesse est ipm per alterationem disponi. sicut est de materia existẽte sub forma aeris anteq̃ posset recipe formaz ignis. Tertio modo se põt habere receptiuuz in vltima dispõne ad formaz ita q̃ in eo non est impedimentũ: est tamen impedimentũ in altero quo mediante: oportet ipm recipere formã ⁊ receptibile venire ad ipm. ⁊ illo impedimẽto remoto efficitur receptiuũ in actu per pñtiam eius qḋ recipi debet sine mutatõe facta in ipo. ẜ soluz

sedendo et quiescendo efficitur aia prudens ⁊ sapiens hic in ipso textu [illegible]

fit mutatio in illo in quo erat impedimentum. sicut domus illuminatur per apertionem fenestre sine facta mutatione in medio illuminato. sed solum in eo in quo erat impedimentum. Et hoc tertio modo se habet intellectus noster ad scientiam. est enim in ultima dispositione quantum est de se ad receptionem forme intelligibilis et ad acquisitionem scientie. sed quandoque impeditur propter indispositionem partis sensitiue in qua oportet motum fieri ut disponatur. sed ipsa disposita et fantasmatibus in ea receptis per virtutem intellectus agentis statim sine alteratione relucent species illorum fantasmatum in intellectu et efficitur intellectus sciens. et sic non fauet positioni Platonis. unde patet quod non fit alteratio nisi ad qualitates de tertia specie

Tunc respondetur ad rationes ante oppositum. Ad primam dicitur quod sanatio dupliciter consideratur. Uno modo secundum rationem propriam eius et sic non est motus sed terminus motus. Alio modo secundum esse. et sic est motus qui ex consequenti ad sanitatem terminatur et non per se Ad secundam dicitur quod virtutes ex consequenti acquiruntur et remouentur per motum qui per se terminatur ad passiones circa quas est virtus moralis. Ad tertiam dicitur quod ibi non est proprie motus dictus. sed tantum mutatio spiritualis non successiua nec mensurata tempore. sed est de genere quantitatis. nam intellectus noster est immaterialis et incorporeus. ideo moueri non potest motu proprie dicto. et in hoc finitur primus tractatus huius septimi. Sequitur textus. Dubitabit autem aliquis etc.

Queritur sexto. utrum omnis motus omni motui sit comparabilis secundum velocitatem et tarditatem. Arguitur quod sic. omnis motus est in tempore. sed in quolibet tempore contingit aliquid velocius et tardius moueri. ergo omnis motus est omni motui comparabilis. Ad oppositum arguitur per philosophum in textu.

Pro missione sciendum est primo. quod postquam aristoteles probauit quod in mouentibus et motis est status. Consequenter quia illa que sunt unius ordinis comparabilia sunt agit de comparatione motuum adinuicem.

Sciendum est secundo quod duplex est comparatio. quedam est proprie dicta. alia est improprie dicta. unde ad comparationem proprie dictam requiritur vniuocatio comparabilium in natura secundum quam fit comparatio. ita quod illa natura in comparatis per ipsam sit secundum eandem rationem et non equiuoce. et illud est primum quod ad comparationem proprie dictam requiritur.

Sciendum est tertio. quod aliqua bene dicuntur vniuoca secundum simplicem et absolutam considerationem logici. que tamen non sunt vniuoca secundum considerationem concretam physici Uniuoca enim dicuntur quorum ratio est vna et quia logicus et physicus diuersimode diffiniunt. ideo diuersimode aliqua sunt vniuoca secundum logicum et secundum phisicum. logicus enim diffinit per intentiones communes et absolutas. ideo ad hoc quod secundum ipsum aliqua sint vniuoca sufficit conuenientia ipsius forme abstracte et absolute considerate. sed phisicus ea que considerat concrete et secundum esse considerat. ideo diffinit per motum et materiam sensibilem. quapropter ad vniuocationem forme secundum phisicum requiritur quod illa forma sit vna secundum esse naturale quod habet in materia. et quia ad vniuocationem forme in esse naturale requiritur vnitas primo et per se susceptiui. ideo requiritur vnum primum et per se susceptiuum. et tertio requiritur quod forma sit vna vnitate specifica indiuisibili specie in alias species. Ista probat philosophus. nam defectu prime conditionis vinum vox et stilus non comparantur in acutie. quia in ipsis acutum non est eiusdem rationis. et tamen vltima corda cithare et penultima secundum magis et minus comparantur in acutie. quia acuties in ipsis est eiusdem rationis. Secundum declarat quia equus et canis in magnitudine comparantur. quia in ipsis est vnitas primi et per se susceptiui quod est substantia corporea. et tamen vox et aqua in magnitudine non comparantur. quia licet magnitudo sit in ipsis vniuoca. tamen primum susceptibile in ipsis non est eiusdem rationis. nam in aqua susceptiuum magnitudinis est substantia eius. in voce vero sonus est susceptiuum Tertium etiam declarat. quia equus et canis in colore non comparantur. quamuis color sit eiusdem rationis in ipsis et non dicatur equiuoce de ipsis et licet sit etiam vnitas primi et per se susceptiui quod est superficies. tamen comparantur in albedine. et hoc ideo est. quia albedo est vna vnitate specifica indiuisibili in alias species. color vero non est vna forma ex parte rei. ideo inter colorata vnum non dicitur magis coloratum alte

to ẜm cōparatōem ꝓprie dictam. Et sic patz ꝙ ad cōparatōem tria requirunt. Primo vniuocatio forme in q̄ ē cōparatio. Secūdo vnitas primi ⁊ per se susceptiui. Tertio vnitas ipsius forme ẜm speciem specialissimā. Ex istis cōditionibus ⁊ maxime ex tertia sequitur ꝙ genus nō est simplr aliq̄d vnum. species vo est aliquid vnū simpliciter. Nam vt dictum est illa que sunt vni⁹ generis non possunt adinuicē cōparari. ⁊ tamē dictum est ꝙ ad cōparationē proprie dictam requirit vnitas nature specifice. Si ergo ẜm genus nō possit fieri cōparatio sequit̄ ꝙ gen⁹ ẜm se nō est aliq̄ vna natura. cui⁹ ratio est. q: spēs sumitur a forma vltima que est vna in rerū natura. genus vo sumitur ab aliqua natura q̄ non est vna in rerū natura: ẜ solum ẜm rationem. Non eñ est alia forma a qua homo est homo ⁊ a qua ē animal. ⁊ similiter de equo. ẜ ab eadem forma habet homo realiter ꝙ sit homo ⁊ ꝙ sit animal. ⁊ similiter equus. Cū ergo nō sit vna forma generis puta vna anima que cōstituat hominē ⁊ equū preter illam que cōstituit hominē ⁊ equū ⁊ asinū: sequitur ꝙ genus non est aliquid vnum ẜm naturā. ẜ si esset vna natura generis qua homo esset animal ⁊ etiā equus alia a formis specificis: tūc ẜm genus fieret cōparatio sicut ẜm speciem specialissimā. Unde licet genus nō dicat vnam formā ẜm rem: tamē illa forma vnitatē habet ẜm cōmunem rationē acceptam per ablationē siue abstractōem a formis specificis. ideo diuerse species in rerum natura existentes vnius generis recipiunt p̄dicationē. ideo genus est vnū ẜm vnitatē logicalē ⁊ non ẜm vnitatem phisicalē. ideo dicit phus ꝙ in genere latēt multa qō solet cōmuniter dici ꝙ in genere latent equiuocationes.

Sciendum est quarto ꝙ quedā sunt equiuocatōes maxime distātes. scilicet quādo est solum cōuenientia ẜm nomen: vt in cane latrabili ⁊ sydere celesti. Alie sunt q̄ sunt ẜm quādam similitudinē: sicut homo dicit̄ equiuoce de homine viuo ⁊ de homine picto. Alie sunt equiuocatōes ꝓxime. ⁊ hoc potest esse etiā aut ꝓpter cōuenientiā in genere logico. vt si corpus dicat̄ de celo ⁊ de corpore corruptibili. quia cōueniūt in genere logico. ⁊ ꝓpter istā cōuenientiā multa videntur vniuoca que tamē sunt equiuoca. etiā quedā vident̄ cōparabilia que tamē nō p̄nt adinuicē cōparari aut pōt esse. quia ꝓxima sunt ꝓpter aliquā ꝓportōem. vt ille qui p̄est in scholis dr̄ magister. ⁊ etiā ille q̄ p̄est i domo. vbi est equocatio ꝓpinqua ẜm similitudinem. quia quilibet est rector: vnus tamen scholarū. ⁊ alter domus. ⁊ est equocatio ẜm analogiam.

Sciendum est q̄nto ꝙ vt ad ꝓpositū sufficit triplex est analogia. Quedā est ẜm intentionē tm̄. sicut sanū ẜm intentionem in multis est ⁊ solum habet subiectiue esse in vno. s. in animali. Alia ē ẜm esse ⁊ nō ẜm intentionē. sicut in genere logico. intentio em̄ seu ratio est eadē ⁊ esse est aliud ⁊ aliud. Alia est ẜm intētionē ⁊ ẜm esse. sicut in termino entis ⁊ etiam esse a quo sumit̄ respectu sube ⁊ accidētis. q: nec esse nec ratio entis eodē modo cōuenit sube ⁊ accidēti. ⁊ sic patet ꝙ multiplex est analogia vel equocatio. Patet etiā quid impedit cōparatōem ⁊ quid nō. ⁊ ꝙ vna equocatio pōt magis impedire ꝙ alia. quia maior conuenientia minus impedit cōparatōem. ẜ tñ quādo fit cōparatio in analogia fit solū per magis ⁊ min⁹ ⁊ quādo est cōuenientia in genere logico cōparatio fit per equale.

Tunc sit conclusio prima. non omis motus cū motu est cōparabilis. patet. q: quidā sunt motus genere differētes. vt alteratio. loci mutatio. ergo adinuicē cōparari nō possunt. cōsequētia tenet ꝑ cōditiōes prius positas. Itē si alteratio ⁊ locimutatio in equalitate cōpararent̄ cum equale sit qō in eodē tpe eq̄le spaciū ptransit sequeretur ꝙ passio esset eq̄lis magnitudini. Itē velocitas non ẜm eandē rationē cōuenit alteratōi ⁊ locimutatiōi. q: locimutatiōi cōuenit ẜm renouatōem situs. ⁊ alteratōi ẜm intentionē ⁊ remissionē forme. g̃ locimutatio ⁊ alteratio in velocitate cōparari nō p̄nt.

Conclusio secūda. non ois motus localis cū omi motu locali est cōparabilis. Patz. nā aliq̄ motus locales sunt specie differentes. ergo ⁊c̄. Item si sic sequeretur ꝙ magnitudo recta esset equalis magnitudini circulari. cōsequēs est falsum. ergo ⁊c̄. Nec valet si dicatur ꝙ ratio bene ꝓbat ꝙ inequa

litate non possunt cōparari: tñ ſm magis et minus bene pñt cōparari. Contra hoc replicat p̄bus. q2 ſi ſic eſſet ſequeret ꝙ in eq̄li tate cōpararent. Pɔbat 9ña. quia veloci⁹ eſt qȯ in equali tꝑe maius ſpaciū ꝑtrāſit τ in minori equale. Si ergo mot⁹ circularis ſit velocior motu recto. vt puta motus q̇ fit ſupra circulū ſit velocior illo q̇ fit ſupra lineam rectam: tūc pars circuli erit equalis magnitudini recte que eſt linea. Patz ſic. q2 mobile in aliquo tꝑe ꝑtrāſit magnitudinē rectam. ergo mobile velocius motuz in ꝑte tēporis partē circuli ꝑtrāſit. Et q2 veloci⁹ motum in equali tꝑe maius ſpaciū ꝑtranſit τ in minori equale ſpaciuz. ſequit ꝙ illa ps circuli quā ꝑtranſit in minori tꝑe eſt equalis magnitudini recte. τ etiam ſi motus fact⁹ ſupra lineā rectā ſit velocior: ſequit ꝙ pars linee recte erit equalis circulo. vt patz ex eadez rōne. Et ſi querat vtrū diuerſitas inſtrumentor: puta ſi moueat cū pedibus τ aliud cū alis impediat cōparationē. ſuppoſito tamen ꝙ illi motus ſunt ſupra eādē magnitudinē τ eundē terminū. Rñdet Ariſto. ꝙ nō. quia inſtrumēta ſe tenet ex ꝑte mobilis: ex parte cui⁹ non eſt impedimentū in cōparatione. q̇a 9paratio ē ex parte magnitudinis τ etiam ex parte terminoꝝ. Si vltra queratur vtrū impedimentū 9paratōis inter motum circularē τ rectū ſit ex parte tꝑis. vel ex parte magnitudinis. vel ex parte motus. Dicit ꝙ non eſt ex parte tꝑis. q2 tēpus q̄rtū eſt de ſe eſt vnū τ idem ſm ſubam. ſ3 impedimentū primo eſt τ cauſat ex parte magnitudinis. naz ſi magnitudines ſup quas fiunt motus ſpecie differāt: etiam ſpecies motus ſpecie differūt. Et hoc eſt qȯ dicit text⁹. ſi id ſupra qȯ mouet h3 ſpecies loci mutatio habet ſpecies. Ex dictis patz ꝙ motus ſurſuz τ motus deorſum ſunt magis cōparabiles q̄ mot⁹ circularis τ mot⁹ rectus. q2 ſolū differunt ex parte terminoꝝ. q2 tñ illi termini ſpecie differūt. ideo illi motus non ſunt adinuicem ꝓprie cōpales.

Concluſio tertia. nō omnis alteratio eſt oī alteratōi 9pabilis.

Patz. q2 multe ſunt alteratōes ſpecie differētes q̄ tñ ſunt ad eādē formā adinuicē cōparabiles.

Cōcluſio quarta. nō omnis generatio eſt omī generatōi cōparabilis. τ ſi-

militer eſt idem de corruptione. Patet. quia non quelibet generatio eſt ad eſſe vnius forme ſpecifice. Et ſimiliter dicenduz eſt de corruptionibus.

Ad rationes ante oppoſitum.

Ad primā neget cōſequētia. τ ratio eſt. quia temp⁹ non impedit neq3 iuuat cōparabilitatem motuū: vt dictum eſt. Sequitur text⁹ Quoniā aūt τ mouēs mouet τc̄.

Queritur ſeptimo vtrū ſeptem regule de cōparabilitate motuum ſint vere.

Quarū prima eſt. ſi aliqua virtus moueat aliqȯ mobile ꝑ aliqȯ ſpaciū τ in aliquo tꝑe eadē virtus vel ſibi eq̄lis mouebit medietatem mobilis ꝑ duplex ſpaciū τ in eq̄li tꝑe

Secunda ſi aliqua virtus moueat aliqȯ mobile per aliqȯ ſpaciū τ in equali tꝑe eadem virtus vel ſibi equalis mouebit medietatem mobilis ꝑ equale ſpaciū in medio tēporis. Tertia eſt. ſi aliqua virtus moueat aliqȯ mobile ꝑ aliqȯ ſpaciū τ in aliquo tꝑe: eadem virtus vel ſibi equalis mouebit idez mobile ꝑ mediū ſpacij τ in medio tempore.

Quarta eſt. ſi aliqua virt⁹ moueat aliqȯ mobile per aliqȯ ſpaciū τ in aliquo tꝑe medium virtutis mouebit mediū mobilis ꝑ equale ſpaciū τ ī eq̄li tꝑe. Quinta eſt. ſi due virtutes diuiſim ſumpte moueāt duo mobilia diuiſim ſumpta ꝑ aliqȯ ſpacium τ in aliquo tꝑe cōiunctū ex illis duab⁹ virtutib⁹ mouebit cōiunctū ex illis duob⁹ mobilibus per eq̄le ſpaciū τ in eq̄li tꝑe. Sexta eſt. ſi aliq̄ virtus moueat aliqȯ mobile ꝑ aliqȯ ſpaciū τ in aliquo tꝑe non oportet eandē virtutem vel ſibi equalē mouere duplex mobile ꝑ eq̄le ſpaciū in duplici tꝑe vel ꝑ mediuz ſpacij in equali tꝑe. nō oportz etiā medietatē illi⁹ virtutis mouere idez mobile ꝑ eq̄le ſpacium in duplici tꝑe. nec ꝑ mediū ſpacij in eq̄li tēpore. et hec pars eſt regula ſeptima. Sed ꝙ ille regule non ſunt vere patz primo. q2 ſupponūt oīa mouētia et mobilia poſſe diuidi. qȯ falſuz eſt de motoribus τ mobilib⁹ celeſtibus. Itē mobilia τ mouētia ſunt liberaergo ſi moueāt aliqȯ mobile ꝑ aliqȯ ſpaciū in aliquo tꝑe non oportet ꝙ moueāt mediū mobilis ꝑ duplex ſpaciū in eq̄li tꝑe. Itē multa mouētia τ mobilia fatigabilia ſunt. ꝗ in tꝑis nō oportet eē regulas veras. Itē ſi diuidatur mobile τ nō ſubtrahet mediū vel ſi nō

seruet eadē figura mobilis: ⁊ sic de alijs circūstantijs q̄ possunt iuuare vel impedire velocitatē motus nō oportet illas regulas eē veras. vt si aliq̄d moueat stofuz p aliq̄d medium in aliquo tpe non oportet q medietas tez stofi moueat per duplex spaciū in equali tempore. Ad oppositum arguitur p philosophū in fine huius septimi ponentem illas septem regulas.

Pro responsione sciendū ē primo q postq̄ phus ōndit q̄ mot⁹ sunt ꝯparabiles in velocitate ⁊ tarditate. ⁊ q̄ nō. ⁊ que requirunt ad cōparationē ꝓprie dictā. cōsequēter ponit septē regulas generales p q̄s accipiunt ꝓportōes motuū adinuicē in velocitate et tarditate. Primo supponēs q in motu locali in quo declarat istas regulas. ⁊ silr in alijs ꝯcurrūt q̄ttuor. s. mouens. mobile. spaciū p q̄d fit mot⁹. ⁊ tp̄us in quo fit. Et ſm ꝓmissas ꝓportiōes istoꝝ q̄ttuor sumunt ꝓportiones motuū que significant per istas regulas.

Sciendū est secundo q mouentia sunt in duplici differētia. Quedā sunt penitus inmaterialia. vt motores orbiuz celestium. ⁊ in talib⁹ nō intelligūtur regule. quia i ipis nō crescit virtus motiua crescēte corpore nec diminuūtur diminuente corpore. nec oportet etiā in mouētib⁹ volūtarijs reglam obſuari. q̄a nō semp mouent ſm vltimū sui posse: sed ſm q intelligūt ⁊ volunt. sed potissime obseruant regule in mouētibus pure naturalibus: q̄ semp mouēt ſm vltimum sui posse. ⁊ eoꝝ virtutes crescūt corpe crescente ⁊ diminuēte. quia sunt pure naturales. vt sunt grauitas ⁊ leuitas.

Sciendum est tertio q licet alicui mouēti ⁊ mobili in ꝓpria ⁊ speciali natura accepto repugnet diuisio. nulli tn̄ sub vniuersali rōne mouētis vel mobilis repugnat. Et q: in hoc libro agit de motu in cōmuni ⁊ p cōparationē ad mouēs ⁊ mobile in cōmuni. ideo etiā regule sunt vniuersal'r itelligēde de illis. Et si q̄s ea ꝯ cōtrahere vult ad particularia caueat ne motiua virtus aut etiam mobile p diuisionē corrūpat. caueat etiaz q p diuisionē mobilis diminuat resistētia eius ⁊ q remaneat idēptitas figure mobilis. ⁊ q remaneat eadē analogia medij ad medium in raritate ⁊ densitate. ⁊ vniuersal'r cū diuidit vl' diminuit mobile dz accipi diminutio eoꝝ q̄ pn̄t iuuare resistentiaz mobilis. Et silr ex pte mouētis cū diuidit virt⁹ motiua dz accipi diminutio oīm q̄ pn̄t iuuare victoriā potētie motiue sup̄ mobile. ⁊ ita dz semp manēre eq̄lis analogia ex pte oīm que pn̄t iuuare velocitatē ⁊ tarditatē. Et p hoc soluerēt multa q̄ possent obijci ꝯ reg'las ꝓpter vniuersalitatē earū q̄n fit defectus ⁊ applicatio earū ad specialia mobilia ⁊ mouētia.

Sciendum est vlterius q omis actio causat ex victoria agentis sup̄ passuz. ideo omnis actio est a ꝓportione inequalitatis maioris. sed nunq̄ fit actio a ꝓportione equalitatis vel ineq̄litatis minoris. sed semper oportet virtutez agentis excedere resistētiam patientis.

Tūc sit cōclusio prima. q̄ quinq prime regule que affirmatiue sunt ſuatis ptactis circūstantijs sunt vniuersal'r vere. Probatur. q: ois actio causat ex victoria agētis sup̄ passuz. ⁊ quāto virt⁹ motiua pl⁹ agit et excedit resistētiam mobilis tāto veloci⁹ ipē mouet. q̄re si in duplo excedat veloci⁹ mouebit in duplo. ⁊ mouere velocissimū in duplo est p duplex spaciū in eq̄li tpe. aut p totū spacium in medio tempe. Cū ergo prime due regule dicāt istā ꝓportōez sequit q sunt vere. Itē si virtus eq̄liter excedat resistentiā mobilis sequit q eq̄liter mouebit. ⁊ cū hec analogia in alijs tribus regulis seruetur. sequitur q sunt vere.

Conclusio secunda. due vltime regule q̄ sunt negatiue sunt vniuersaliter vere. Patet. nam al's a ꝓportione inequalitatis minoris fieret actio. quia resistentia mobilis excederet virtutem mouētis. Ex istis regulis infert phus falsitatē dicti Zenonis. dicētis q si modiū milij descēdendo p aerē causaret sonū q̄dlibet granū p se descēdēdo causabit sonū. hoc eñ falsuz est. q: totū modium tanta velocitate moueret q ideo ctius causat sonuz q non oportet de quolibet grano p se sumpto. Nec valet suū argumētum. totū causat sonuz. ergo q̄libet pars. q̄a pars cū est in toto non agit nisi in potentia: ⁊ solū totum est illud q̄d agit. pars enim in toto est in potentia. sic eñ se habet res ad eē sicut ad esse vnum. vnū autem dicitur q̄d est in diuisum in se et diuisum a quolibet alio. ⁊

pars cū est in toto nō ē diuisa a toto. ergo nō est aliquid vnum s͛m actum. ergo non agit. quia nihil agit nisi s͛m ꝙ est in actu. Similiter non sequitur. isti homines trahunt nauē ergo quilibet trahit nauem propter similez causam. Et sic patet ꝙ ille regule sunt vere et sicut intelliguntur in motu locali si sumātur s͛m analogiam illoꝝ quattuor que dicta sunt ita intelliguntur in aliis motibus in quibus etiam illa quattuor concurrunt. vn̄ sup istas regulas fundat̄ tota ars ingeniorum. quia s͛m diuersas applicationes ponderuz motus fiunt velocius aut tardius. Rationes soluūtur ex dictis.

Et sic est finis huius septimi.

Sequitur liber Octauus.

Utrum autē factus sit aliquando motus cum non esset prius et corrumpit̄ iterū sic ꝙ moueri nihil sit ꝛc.

Circa octauū librū phisicorum. Queritur primo. Utrum prima causa que deus est precesserit mundū eternitate sue durationis. Arguit̄ ꝙ nō quia bonū est sui ipsius diffusiuum vt Dyonisius dicit. ergo maxime et infinite bonum est maxime et infinite sui ipsius diffusiuū. ergo est maxime et infinite sui diffusiuus. s͛ nō maxime se diffūdit. nisi producēdo eternitatem in infinitū et ab infinito tp̄e. ergo mundus debuit ab eterno produci. Secundo sic. si deus precesserit mundū. tunc fuit ante mundū. et cū ante importat tempus vel aliquid temporis. ergo sequitur ꝙ ante mundū fuit temp⁹. Tertio sic. deus in tempore mundū ꝓduxit s͛m potentiā que infinita est. sed potentia infinita producit infinitum effectum ꝛ infinite durationis. ḡ deus mundū produxit ab eterno. Quarto sic. si deus a determinato q̄dā tēporis principio mūdū ꝓduxerit sic ꝙ ante non fuerit cum agat ꝑ voluntatē sequit̄ ꝙ eius voluntas in mundi ꝓductione fuisset dilatoria ꝙ nō est dicēdū. Ad oppositum arguit̄ s͛m pl'es phōs ꝛ s͛m fidē nostrā s͛m quā prio respondebit̄ et secundo ponentur motiua quorūdam q̄ voluerunt reprobare creationem reꝝ ex nichilo et mundi inceptionem.

Pro responsione sciendū ē primo. ꝙ oēs philosophi per nomen dei intellexerunt vniuersalem prouisorem et gubernatorē oīm rerum a quo omnia regunt̄ ꝛ ordinantur in suos fines debitos. a quo vt dicitur primo de celo. denuatum est omnibus esse et viuere hiis quidem clarius hiis autē obscurius. quem aūt principē appellat phs in fine vndecimi methaphisices. cū dicit ꝙ entia non volunt male disponi. s͛ pluralitas principatuū mala. vnus ergo princeps sed ꝑ nomen mundi intelligitur tota entiuz vniuersalitas excepto primo prouisore.

Sciendum est secundo ꝙ illud dicitur precedere alteꝝ quod suū esse s͛m aliquam durationē habet ante alterū. ꝑ quod tamen ante vel precedere non intelligitur in proposito aliquod tempus continuum quo deus precesserit mūdū. sed solū precessit ipsum eternitate que est indiuisibilis et tota simul. sed per ante intelligitur ordo eternitatis ad tempus et esse efficientis ad suuz effectum. vnde dicunt aliqui ꝙ ordo cause efficientis ad suum effectum exigit vt ipsa cā aliqua duratione precedat suum effectum. ita ꝙ impossibile est s͛m eos aliquid esse ab alio effectiue et sibi esse coeternum. dicētes hoc implicare contradictionem. iō dicūt ꝙ non potuisset deus mundū ab eterno ꝓducere. q: non pōt facere aliquid quod contradictionem implicat. omne autem aliud facere potest. nec est propter hoc intelligendum in deo esse aliquam impotentiam. sed hoc in rebus ipsis repugnat īfinite agi eo ꝙ omnis res facta agit secundum aliquam finitam formam per quam finitur et determinatur s͛m esse et s͛m virtutem et s͛m durationē et ideo ad extra non produxit deus aliquem effectum sibi vniuocum. quia non ꝓducit̄ effectus vniuocus ab aliquo agēte. nisi ipē effectus actuz agentis recipiens possit recipere totam virtutem ipsius. ideo dicunt isti causam quam quidam assignat de dilatiōe dei in productione mundi esse friuolaz hoc esse ne mundus ipsi deo coequaretur in duratione. hoc tamen est impossibile s͛m eos. s. ꝙ mundus deo coequetur. ideo propter h

non debuit. Unde verum est ꝙ non fuit dilatio. quia dilatio solum est respectu futuri sed in eternitate qua deus mundum precessit non est preteritum nec futurū. et hec ē opinio multorum. scʒ quod implicat contradictionem mundū ab eterno esse productum quare necesse fuit deū p̄cedere mūdū ⁊ mūdū incepisse. Alia ē opinio. dicentiū ꝙ nō implicat contradictionē aliq̄d eē ꝓductum effectiue ab alio ⁊ esse sibi coeternū. exēpluʒ dant de pede ⁊ de vestigio pedum in cinere. ⁊ de corpore luminoso ⁊ lumine egrediente ab eo. ⁊ ita ſm eos non implicat contradictionē mundū esse ꝓductū ab eterno. quare deus potuisset ipm ꝓducere ab eterno, cum non implicet contradictionem. Quare aūt ꝫ sic fecit dicūt. quia nō agit mō nature. sʒ voluntarie. ideo nō produxit mundū tam cito sicut potuisset. nec quēcūqʒ ⁊ q̄ntūcūqʒ potuisset. ſʒ q̄ntū ⁊ q̄lē et quādo voluit. Et si q̄ratur quare deus non voluit mundum semper esse ab eterno. Dicit Thomas ꝙ sicut deus res propter seipm fecit vt in eis similitudo sue bonitatis manifestaretur. ita nō voluit res semp esse vt sua sufficiētia manifestaret in hoc. scʒ q: rebus nō existentibus in seipo habet omnē sufficientiā beatitudis magnitudinis ⁊ virtutis ad rerū ꝓductionē. ⁊ ꝫ dicit Thomas ſm ꝙ humana ratio de diuinis capere potest. saluo tamē diuine sapientie secreto qḋ a nobis apprehendi non pōt. ⁊ quicquid sit de isto probleumate. an mundus potuit ab eterno ꝓduci vel nō. tn̄ conformiter ad fidē nostrā in cuius obsequiū intellectū quisqʒ captiuare debet.

Tūc ponit͛ cōclusio prima. deus p̄cessit mundū. Probat͛ auctoritate fidei. et sic ꝓbant illi de prima oppinōe. q: nulla res adequare pōt ipi deo. nec in esse nec in virtute. ḡ nec in duratiōe. ⁊ ꝑ conseq̄ns oportuit deū precedere mūdū. Itē omne quod ab alio producitur effectiue producit͛ de nō esse ad esse. sed in omni eo quod sic producitur in esse ſm aliquā durationē precessit eē aliqñ idē eē nō ⁊ nō esse vt argutū est. ḡ oportuit deū p̄cedere mūdū.

Conclusio secunda. deus non precessit mundū duratione temporis. patet. q: deus est ante euum ⁊ tempus. quia duratio eius eternitate mensuratur que est tota simul. Item mundus non fuit ante tempus. quia simul sunt creata celum et motus eius et tempus. Ex quo sequitur ꝙ deus precessit mundum sue durationis eternitate. nā precessit mundum vt dictum est. et non tempore. neqʒ euo quia non mēsuratur illis mēsuris. ergo precessit mundum eternitate que est eius propria mensura. Deinde pro secunda parte illius positionis in qua ponens de sūt cōclusiones sue ratiōes quorūdā fidei aduersantiū. Est aduertēdū ꝙ ex hoc suppositiōe Aristo. infertur ꝙ in omni motu ⁊ mutatiōe necesse ē subiectū siue mobile et etiā mouēs eē prius saltē ſm naturā. qua suppositione aristotelis in hoc libro ad ꝓbandū mundum non incepisse cepit Auctor occasionē loquendi contra id qḋ ſm fidem de rerū creatione tenem⁹. Primo sic arguens. omne fieri est mutari quoddam. ſʒ omnis mutatio p̄req̄rit subiectū. vt dicit illa suppositio aristotelis. ḡ cū nihil pōt fieri ex nihilo quare creatio est īpossibilis. Secūdo sic. cū dicim⁹ aliquid fieri ex cōtrario. vel ex opposito vt albū ex nigro aut n̄ albo hoc solū fit ꝑ accidens. ſʒ oē per accidēs reducitur ad aliquod per se. ergo in oi fieri necesse ē p̄supponere aliquod subiectū intra substātiā rei facte et ḡ hāc ꝑ se quicq̄d fit et ꝑ conseq̄ns est ipossibile aliquid ex nihilo fieri ⁊ ita mundū creari. Tertio sic. ad hoc adducit omniū naturaliū oppinionē dicentium ꝙ ex nihilo nihil fit. Quarto ad sue positionis confirmationem adducit duas causas ex quibus repugnat illam positionē eē ōtrā. s. ꝙ ex nihilo aliq̄d fit. Prima cā est q: vulgus non reputat entia. nisi q̄ sunt visu apparētia. quia ergo vulgus videt aliquod factum visibile qḋ prius visibile non erat. iō reputat id fieri ex nihilo. Secūda cā ē. q: vulgus ex diminutione virtutis agētis credit puenire ꝙ indigeat materia subiecta agendū. cum tn̄ ex hoc nō proueniat. ſʒ ex ratione motus qui de sua natura requirit subiectū. quia ergo prima causa nullā virtutis diminutionē patitur dicit vulgus ab ea ex nihilo aliquid fieri. Sic ḡ propt͛ has causas dicit Auerroys positionē hāc ꝙ ex nihilo aliquid fit a vulgantibus sumpsisse exordiū. Sed si qs recte cōsideret vt dicit Thomas ex simili cā videt͛ Auerroys fuisse decept⁹ ex q̄ credidit nos deceptos fuisse dece

[pe]ctus cū fuit ex cōsideratiōe sola particulariū. q2 cū virtus actiua particularis agētis subiectū aliqd̄ p̄supponit q̄ subiectū n̄ agit sed tale subiectū subijcitur actioni. s3 agens vniuersaliter agit siue opat̃ sicut artifex q̄ materia vtit̃ quā natura facit. q2 natura producit scītū q̄ vtit̃ fbcri i sua opatiōe. Opinatus est Auerrois primum et vniuersale agens quod est cā totius entis in actiōe sua p̄supponere aliquid quasi ab eo nō creatuz 7 in hoc deceptus fuit nec ē hoc s̄m mentez aristotelis. 2. methaphisice dicentis id qd̄ ē maxime verū et maxime ens eē cām essendi omnibus alijs. Ex quo sequit̃ etiā q̄ illd̄ esse potentiale quod habet materia deriuatum est a primo essendi principio. quare non oportz sue actioni aliquid presupponere ab eo non productum sicut in actione agentis particularis. sed q2 omnis motus presupponens est subiectum. vt dicit ph̄us in suppositione p̄missa. ideo bene sequitur q̄ vniuersalis rez productio non ē mot⁹ neq3 mutatio. s3 ē qdā emanatio rez a p̄ncipio eēndi primo 7 ita fieri 7 facere equoce dicit̃ i vniuersali rez productiōe 7 in productiōe particularis agentis. Ex quo patz q̄ nō est contra fidē q̄ oīs motus subiecto presupposito indigeat. quia vniuersalis rez productio n̄ est motus neq3 mutatio eo q̄ in motu vl' in mutatiōe necesse ē aliqd̄ qd̄ nūc alit̃ se habeat q̄ prius. Ex per hoc soluitur prima obiectio Auerrois. Ad secundā dicit̃ q̄ cum dicimus aliqd̄ fieri per accidens ex opposito 7 ex subiecto p̄ se hoc habet veritatē i factionibus particularibus in quib⁹ reqritur subiectū ab agēte particulari nō p̄ductū. s3 hoc nō oportet eē vez in vniuersali rez productione. imo ibi ē impossibile. vnde si ponamus mundū ab eterno fuisse p̄ductum sicut ponūt aristoteles 7 multi ph̄oz impossibile ē huic productioni aliquid presupponi a primo non productū. alias primū nō esset cā totius entis. Similiter ponēdo mundu3 s̄m fidem fuisse ab eterno productum non est necessarium. imo impossibile est huic productiōi supponi aliquod subiectū ab eterno. nō p̄ductū tūc nō esset vniuersalis totius entis p̄ductio. et hoc cōsonat cuidā dicto aristotelis i primo huiꝰ vbi dicit q̄ si fiat hoc aīal inquātū hoc aīal tūc ex non aīali n̄ fiet inquantum aīal. sed fiet ex non animali vt puta equus ex hoc nō animali quod est equus. sed si fiat aīal inquantū animal oportet q̄ fiat ex nō aīali. ergo a simili si fiat ens inquantum ens vniuersaliter oportet q̄ fiat vniuersaliter ex non ente. et sic nihil in tali fieri presupponi pōt. Et p̄ hoc p3 quid sit dicendū ad cōmune dictū omnium naturaliū dicentiū. q̄ ex nihilo nihil fiat. naturales .n. ph̄i solas causas particulariū factionū considerauerunt. et adhuc primi solum considerauerunt mutationē accidentiū dicentes fieri nihil aliud eē quā alterari. Alij vero considerauerūt causas mutationū substantiaruz particulariū. Plato vero et aristoteles considerauerunt causam vniuersalē totius entis 7 p̄ ista etiā p3. q̄ nos nō ponim⁹ aliqd̄ ex nihilo fieri. quia sola visibilia credimus entia esse vt nobis iponit Auerrois. s3 nō solum consideramus particulares productiones q̄ sūt ab agentibus particularibus. s3 vniuersalē rez p̄ductionē q̄ ē ab vniuersali 7 a primo simplr̄ essendi principio. Nec ponimus ex nihilo aliquid fieri. q2 credimus q̄ indigere materia ad agendū, proueniat ex imp̄fectione agentis deficientis. s. in virtute naturali. vt nobis iponit Auerrois. s3 quia ponim⁹ hoc venire ex imperfectione agentis naturalis particularis q̄ ponim⁹ habere virtutē determinatā 7 particularē respectu agentis vniuersalis. idō nō pōt esse cā totius entis. s3 sue actioni semp aliqd̄ presupponit. ideo p3 q̄ rationes auerrois nō iprobāt creatōnē 7 p̄ consequens neq3 inceptionē mundi. Sz sūt adhuc aliqui contra inceptionē mundi istātes sic arguentes. quia si primum principiū nunc non aliter se haberet quā prius nō videt̃ quare nō produxit mūdum prius. 7 ita videtur q̄ non produxit mundū a determinato principio temporis sed ab eterno. Respōdetur q̄ si primū agens ageret p̄ naturā tantū et nō p̄ intellectū 7 voluntatē ratio d̄ necessitate cōcluderet. sed quia agit p̄ voluntatē eternam. ideo potest producere effectū non eternum. sicut potest intellectu eterno intelligere rem non eternam. nam forma intellectiua in agentibus per voluntatē est principiū actionis sicut forma naturalis in agētibꝰ naturalibꝰ. Sed replicāt ipsi. q2 nō videmus q̄ voluntas postponit aliqd̄ facere qd̄ vult facere. nisi quia expectatur aliqd̄ in futuro quod nondū est in presenti. si g̊ deꝰ. p̄

hoc

posuerit facere mundū sequitur ꝙ expectabat futurū tp̄e quod nōdū erat in p̄senti et si ita sit oportet ꝙ ante mundi ꝓductionē fuisset aliqua ꝓductio ꝑ quā id qđ nōdum erat presens expectabat vt efficeretur presens. Dicitur ꝙ hec replica tantum procedit de agente qđ tantū agit tp̄e presupposito. quia tale habet considerare determinatā habitudinē eorū que sūt in tēpore ad hoc tēpus vel illud vt melius fierent in illo tp̄e quā in alio ſ nō ꝓcedit de agente vniuersali quod tēp⁹ et oīa res simul ꝓduxit in esse postq̄ nō fuerant. Nec ē intelligendū cum dicim⁹ mūdum nō semper fuisse ab eo productum ꝙ infinitū tēpus p̄cesserit ante mundi inceptionē per quod deus cessauerit agēdo et postea mūdū ꝓducere cepit. sed intelligēdū ē ꝙ deus mūdū et tempus simul in esse ꝓduxit. et sic in diuina volūtate nō restat considerandū cur voluerit res ꝓducere nō tūc ſ postea quasi tempore preexistente ante mūdi ꝓductionē. ſ solū restat cōsiderandū q̄re res et durationes earū in eē voluit ꝓducere postq̄ i illo n̄ fuerāt. Et si q̄rat̄ q̄re tūc voluit ꝓducere et nō ab eterno. Responsū ē in prio p̄cto q̄stiōis dupliciter ſm duplicē sectā. prima quā sequit̄ Albert⁹ et secūda quā sequit̄ Thomas.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicit̄ ꝙ ſm albertum deus quātū ē de se maxime se cōmunicat. ſ ꝙ ab eterno extra se non cōmunicauerit. hoc prouenit ex parte rerū et non ex parte ipsius. quia ipsis rebus cōmuniter repugnat produci ab eterno. Secūdū Thomam dicendū est ꝙ bonū se diffundēs et cōmūicās per naturam se diffundit et communicat q̄ntū potest. ſ nō illud bonū qđ se cōicat ꝑ intellectū et volūtatē. quia tale se diffundit q̄diu et inquātū intelligit et vult ea q̄ ordināt̄ ad finē sue cōicatiōis et diffusiōis. Ad secundā dicitur ꝙ ante nō importat tēpus in tali locutione. sed solū ordinē eternitatis ad tempus. Ad tertiā dicitur similiter sicut ad primam. Ad q̄rtam negetur ꝙ propter hoc voluntas debuerit dici dilatoria. quia non precessit mundū duratione temporis. sed eternitatis que ē diuisibilis et tota simul. Sequitur textus.
Incipiemus autē ex diffinitis et c̄.

Queritur secūdo vtrum motus non inceperit nec desinit esse.

Arguitur ꝙ non inceperit rationibus phi ꝑ quartum. Prima supponit ꝙ si motus est necesse ē mobile preexistere ſm naturam vel ſm tempus quam suppositionem probat per diffinitionem motus. est enim motus actus mobilis sed actus presupponit id cuius est actus. ꝓbat etiam ex consensu omnium dicentium ꝙ nihil mouetur nisi possibile fuerit moueri. ergo in omni motu oportet mobile preexistere et etiam mouens a fortiori. Tunc arguit sic aristoteles si motus inceperit esse tūc detur primus motus ante quem non fuerit alius motus. necesse est autē mouens et mobile p̄existere. Vel ergo perpetuo precesserunt vel quandoq; facta sunt. si quandoq; facta sūt cum necesse sit vnumquodq; fieri seu generari antequā moueri icepērit. sequitur ꝙ ante motum qui ponebatur primus fuerit mutationes. scilicet generatio mouentis et mobilis que nō possunt esse sine motu. ergo ante primū motum fuisset motus. Si dicet̄ ꝙ perpetuo precesserunt sine motu. hoc est irrationabile. et maxime cum mouētia et mobilia naturalia sint. ergo non potuerunt esse sine motu. Itē si perpetuo precesserint sine motu tunc quiescebant. sed quies est priuatio motus. cuius priuationis oporteret esse aliquā causam ex parte mouentis vel mobilis vel vtriusq;. et hanc causam oportuit auferri antequā mobile inceperit moueri. quia si semp māsisset cā illius priuationis semp fuisset priuatio. oportebit ergo antequā mouere et moueri inciperent p̄existere aliquē motū vel ex parte mouentis vel ex parte mobilis vel vtriusq; ꝑ quē remoueretur causa quietis. ergo ante primū motū fuit mot⁹. etiā in hijs que sūt ad aliquid de nouo oportuit hoc fieri ꝑ mutationē vnius vel amborum. ergo si ab eterno fuerunt mouentia et mobilia sine motu et postea inceperint motū necessario facta sūt in aliqua habitudine in qua prius nō erant. quod non potuisset fieri sine mutatione alicuius illorum. Sed ꝓ secūda rōne supponit Aristo. duo. Primū ē ꝙ pri⁹ et posterius nō sūt sine tēpe qđ patet. quia prius et posterius numerata in motu sunt ipsum tēpus. Secundū est ꝙ tempus nō ē sine motu. quia tēpus est numerus et passio motus. Tunc arguitur sic. tempus non est sine motu. ſ tēpus semper fuit nec incepit esse. ergo mot⁹ sēper fuit. Minor ē probat et test. ma

tulo omniū pho℞ q̄ oēs dempto Platone tempus ingenitū esse dixerūt. ꝗ Plato solus generauit temp⁹ sicut ⁊ celū. Item ex ratione q̄rtus nūc est ꝙ sit medietas duoꝝ tempoꝝ .s. finis p̄teriti ⁊ initiū futuri. ergo nō p̄t dari primū nūc ⁊ p ꝯñs nec initiuz temporis. Et si dicat ꝙ bene datur primū punctū in linea: ergo etiam pōt dari primuz nūc in tempore. Contra arguit Aristo. per primaz suppositionē. quia si detur primū nunc cum primū sit ante qd̄ nullū. tunc sequit ꝙ erit tempus prius illo nūc. ꝗ prius ⁊ posterius non sunt sine tempe. ergo illud nunc p̄cessit tempus ⁊ per cōsequēs non erit primū nūc. Et illis rationibus quibus probat Aristo. motū non incepisse: eisdem rationibus cōcludit seu cōcludi potest ꝙ nunq̄ deficiet. q̄a si fiat motus ⁊ deficiat motus alicui⁹ mobilis necesse est prius deficere motum q̄ corrumpi mobile vel mouens. Et ita sicut arguitur ex parte inceptiōis ꝙ ante primū motum esset motus: ita ex parte desinitiōis potest cōcludi ꝙ post vltimū motum esset motus vel ꝙ mouens ⁊ mobilia naturalia perpetuo manerēt sic sine motu. qd̄ est irrationabile. Similiter sicut per illam ratiōem argutuz est ꝙ ante primuz nūc esset aliud nunc si inciperet temp⁹: ita argueret ex parte desinitiōis ꝙ post vltimuz nūc esset aliud nūc. qd̄ est incōueniens. ergo non incepit nec finem habebit. Ad oppositū arguit p phm ⁊ vt tenet fin. l. dē.

Pro missione hui⁹ questiti sciēdū primo ꝙ postq̄ Aristo. mōstrauit i septimo ꝙ necesse est dare primuz mobile primū motorem: ⁊ motum primū. Consequēter in hoc libro inquirit quis sit primus motus. qualis sit primus motor. ⁊ quale sit primū mobile. Et quia in p̄quisitiōe illo℞ necessario oportet p̄scire an motus sit perpetuus vel nō. Dicit tamē Auerrois ꝙ non intelligat de motu in cōi: s de motu primo. ita ꝙ querit Aristo. an primus motus sit perpetu⁹ aut non. Sz oppositū videt ex verbis phi. vbi non loq̄tur de primo motu: sed de motu in cōmuni. cum dicit. Utrū factus sit aliquādo motus cum non prius esset et corrūpitur iterum. sic ꝙ nihil moueri possit. Secūdo motiō est apud phm deuenire ex p̄missis ad ppositū suum. sed in ratiōibus iam factis nihil ponitur magis propriū primo motui q̄ alijs motibus. ergo ⁊c. Tertio quia postq̄ cōclusit Aristoteles in principio hui⁹ libri motum esse perpetuum inquirit de modo per quē perpetuatur. an scilicz per hoc ꝙ est vnus ⁊ idem motus perpetu⁹ vel quia sunt infiniti motus sibijnuicē succedētes. vt in sequēti questiōe videbitur. Et tamē hoc inquireret phus si iam cōclusisset primuz motū esse perpetuū. ergo hic Aristoteles inq̄rit de motu in cōmuni. Et huius questiōis determinatio vtilis est: vt ducat non solum ad cognitionem veritatis in scientia naturali. sed ad scientiam de primo reruz principio que tractatur in metaphisica. Nam si ponat ꝙ motus sit perpetuus necesse est ꝙ sit vnuz primum principium qd̄ sit perpetuū ⁊ penitus imobile. ⁊ etiam si nō ponat motus perpetuus nihilomin⁹ oportet primū principiuz esse perpetuū ⁊ imobile. quia si res icepernt esse oportz ꝙ ab aliquo esse incepernt. Unde siue motus sit perpetu⁹ siue nō oportz primū principium esse perpetuū ⁊ imobile.

Sciendum est secūdo ꝙ licz aristoteles incipiat determiare d motu quodā modo applicando ad res mobiles. cum inq̄rit an semper sit motus vel non. tñ hic nō habuit inuestigare an mot⁹ habeat esse q̄uis aliqui negauerint motum. Causaz assignat. quia omnes qui de natura aliquid dixerunt affirmauerūt motum esse. Philosophi enim plures dixerūt mundū esse factum per generationem ⁊ deficere per corruptiōem qd̄ nō potest fieri sine motu. Ideo omnes naturaliter loquētes posuerūt motum esse in reb⁹. tamē de duratiōe huius taz a pte añ q̄ a parte post diuersimode locuti sunt. Democrit⁹ enim posuit motū semper esse ponendo mūdum fieri per aggregatiōem athomaliuz. et corrumpi per disgregationē ⁊ ponit plures mundos fieri et corrupi. Sed Anaxagoras ⁊ Empedocles oppositū dixerunt. scz mundum non semper esse. Differūt tamē. q: Anaxagoras posuit per infinituz tempus omnia p̄cessisse in vnū chaos preter intellectū agētem. ⁊ postmodum intellectus agens in aliqua parte temporis incepit ipa segregare ⁊ mundū cōstituere ⁊ motum incipere. et postea nunq̄ deficiet. q: intellect⁹ nunq̄ cessabit segregare. ⁊ sic posuit tpa nō p̄cessisse motū ꝗ sequi illud chaos qd̄ p̄cessit motū ⁊ mūduz.

sed Empedocles posuit mundū et motum plures fieri et plures corrūpi. ideo adueniente vniuersali amicicia ponit elemēta congregari et mundū corrūpi et postea vniuersali adueniēte inimicitia ponit elemēta segregari et mūdū generari. et quibusdā tēporibus intermedijs ponebat motū deficere et elemēta quiescere. et sic patent opiniōes de inceptione motus. Et quia opinio democriti ponit motū semp eē. ideo illā nō reprobat aristo. sed solū alias que nō ponūt motū semp esse.

Iuxta qđ sit cōclusio prīa. posi-

tio anaxagore ē nobilior et rōnabilior q̄ empedoclis. Probatur. quia cū natura sit principiū ordinationis in rebus nihil in natura debet a pħo poni inordinatum. sed infinitū tēpus. quod precessit motū ad infinitū tempus q̄ durabit motus postq̄ incepit esse nulla rō ē quare neq; vllus ordo. quia omnis ordinatio est ratio quedam ergo et cetera. Itē assignari nō pōt rō. quare intellectus magis nunc quā prius vel posterius incepit segregare res ab illo chaos et mundū et motum constituere. cum temp⁹ precedens inceptionē mundi et tempus sequens sint eiusdem rationis. ergo et cetera.

Conclusio secunda. positio em-

pedoclis est irrationabilis. Probatur quia philosophus ponens aliquod principium dʒ illud manifestare a priori p rōnē. vel a posteriori p inductiōem. sed Empedocles ponēs litē et amicitiā eē principia agregationis et disgregatōis elementorū et p hoc generare et corrūpere mūdū p diuersa tēpa nullo modo manifestat. ergo et cetera. Quāuis enī manifestaret q lis et amicitia sint principiū aggregatiōis et disgregatiōis p hoc q videmus homines congregari p amicitiā et p litē disgregari. tamē non manifestauit quare amicitia plus ē principiū cōgregatiōis in vno tēpe. q̄ in alio. et lis disgregationis. neq; manifestauit q̄re p equale tempus sit cōgregatio et manent elemēta congregata et etiā disgregatio et manent disgregata. Nec valet quod dicebat ita fuit ita ē et erit. ergo hoc ē necesse et eternū. ergo non erit querenda causa. Contra arguitur quia similiter se habēt res ad esse et ad veritatē. sed sunt alique ppetue veritates vt triāgulū habere tres angulos que tamē in se veritatis causā habēt. ergo si aliqua sint necessaria vel eterna nō ppē hoc sequitur q̄n habeant causā et posset eorū causa inquiri. ideo licʒ dictū Empedoclis sit necessariū vel habeatur tanq̄ dignitas prima. debuit tamen manifestare illud a posteriori p inductionē. vel si nō est principiū debuit manifestare a priori. nā illo mō bene habet causā sue veritatis. Ex hac ratione manifestare potest aristo. q licet posuerit motum et mundū et tempus fuisse ab eterno et habere principiū sue durationis. voluit tamē q haberet principiū sui esse. quia sm ipsum nihil phibet aliquid esse eternū et habere causaʒ sui esse. Unde patet qualiter impugnant opiniones istorū que a pħo figmēta dicūtur quia dicunt sine ratione. Dimissa tamen ratione aristotelis.

Cōclusio tertia. Firma fide est

tenēdum mundū incepisse per creationem. et simul cū mundo inceperunt mot⁹ et tēp⁹. Hec cōclusio pbatiōe nō indiget quia auctoritati diuine credēdū ē q̄ multo magis valet rōe cuiuscūq; pħi. Ideo fictitiū reputari n̄ dʒ auctoritati em diuine credim⁹ mirabilr approbate. i. opib⁹ q̄ sol⁹ de⁹ facere pōt. Est aduertendū tn̄ q licet conclusio aristo. s. q motus nō incepit nec desinit eē quantū ad vnā partē fidei nostre repugnet. s. quātū ad hoc q ponit motū semp fuisse. nihil enim ponit sm fidem semper fuisse. nisi solus deus qui ē ppetuus immobilis. nisi diuinū intelligere vocetur motus q diceret equiuoce. nec de tali motu est hic ad propositum. tamē quātum ad illam ptē que ponit motum nūq̄ deficere nō est fidei nostre contraria. quia vt dictum est hic non loquitur Aristo. de motu celi. sed de motu i cōmuni. Sed ponimus sm fidem substantiam mundi incepisse et q nūq̄ deficiet. et etiam ponimus motum infinitum et semper esse in hominibus qui erunt corruptibiles vitā miserā habentes vel beatam. Unde aliqui frustra ponentes aristotelē nō fuisse locutū contra fidem. Dixerunt q nō voluit asserere q motus sit ppetuus. sed tn̄ voluit rōnes adducere ad vtrāq; partē. quasi ad rem dubiam. sed istud in suo modo procedendi appet ~~[illegible]~~. nam ppetuitate motus et tēis pro medio vtit ad pbandū primū principiū eē perpetuum in

ibo octauo ⁊ duodecimo methaphisice. sup
ponens illud mediū esse pbatū tanq̄ verū.
Sed siquis suas rationes consideret rec⸗
te videbit φ fidā veritas illas ipugnare nō
pōt. sūt eni efficaces ad pbandū φ mot⁹ nō
incepit per viā nature vt ab aliquibus ince
pisse dicebat̃. ſ φ nō iceperit quasi rebus de
nouo productis a primo pricipio essendi il
lis rōnibus pbari nō pōt. Ad illas rōes
respondet̃ cum queritur si motus nō sp̄ fuit
sed incepit vel mouentia et mobilia semp̄ fu
erāt vel inceperūt. Dicitur φ primū mouēs
semper fuit ⁊ cetera mouentia ⁊ mobilia in⸗
ceperūt esse ab vniuersali causa. et alij mot⁹
inceperunt p̄ creationē q̄ simplex emanatio
dicitur. ⁊ nō motus vel mutatio. nisi equiuo
ce diceretur. Ideo nō sequitur φ ante primū
motū fuerit motus. sed bene seq̄t̃ si ab aliq̄
agente particulari incepisset. q: agit necessa
rio aliq̄ subiecto p̄supposito q̄d ab eo trāsmu
tat̃ de nō esse ad esse. vel de priuatōe ad for
mam. Et si dicat̃ primū mouens sp̄ fuit i ea⸗
dē dispositione. ergo semp̄ debuit pducere
mundū. et si nō fuerit in eadē dispositione se
quit̃ saltē φ mutatio que est ex parte ipsius
fuerit prior motu qui ponitur primus. Re⸗
sponsum est in precedenti questione. Ad
secundā dicitur φ solū probat tempus non
incepisse ab aliquo particulari agente qd̄ ē
agens in tp̄e. sed non concludit φ nō ince⸗
pit ab agente vniuersali. quia tempus ⁊ ali
as res simul in esse pduxit. ⁊ cū arguit φ nō
est dabile primū nūc. negatur illud. fuit eni
dabile primū nūc qd̄ sic fuit primū principi
um tp̄is φ non finis alicuius precedentis.
Et cū arguebatur quia primū est ante qd̄
nullū tempus est. sed ante dicit tempus ⁊ ce
tera. dicitur φ ibi ante non signat aliquod
tempus in natura existens quod p̄cesserit il⸗
lud primū nunc. sed solū signat tempus s̄m
imaginatōnē sicut cū dicit̃ φ extra celum sūt
entia immaterialia. extra dicit locum imagi
natum esse. Sed circa illud dictum aristo
telis in prima ratione eius φ nihil quiescēs
incipere pōt de nouo moueri. nisi aliquo alio
motu preexistente ab aliq̄ exteriori agēte mo⸗
uēte. Obijcit ipsemet aristoteles de aiali qd̄
a seipo mouet̃. et sic videt̃ incepisse moueri
nullo alio motu precedente. Respondetur
φ in animali duplex reperitur motus. scilicet
naturalis ⁊ animalis. et naturalis ē duplex
quidam sit penitus ab extrinseco continēte
sicut ab aere continēte ⁊ corpore celesti. vt
cū p̄ frigus exterius vel calidū aial alterat̃.
Alius ē motus naturalis q̄ fit ab intrinseco
⁊ dicitur naturalis eo φ nō est p̄ appetitum
sequentē apprehēsionē. ſ ē p̄ virtus potentie
vegetatiue. et adhuc in tali motu concurrit
mouens exterius q̄ iuuat̃ vel impedit̃ calor
naturalis intrinsecus p̄ cōtinēs exteri⁹. mo⸗
tus eni aialis dicitur progressiuus in quo vi
detur aial per se moueri maxime. sed tamen
adhuc ille motus p̄supponit motū factū ab
exteriori mouente. q: propter aliquā passio
nē in corpore factā et per cōsequens in potē
tijs sensitiuis que organice sūt īclinatur ap
petitus animalis ad prosequendum vel fu
giendum motu progressiuo illud quod ap⸗
prehensum est et est cā talis passionis. Hoc
etiā declarat de somno in quo videtur maxi
me quies in aiali. postq̄ tamē non incepit a
se moueri animal nisi motu aliquo facto ab
aliquo mouente per quē remouetur causa
talis quietis. puta per calorem naturalem
digerētē ⁊ cōsumātē humores que sūt causa
somni vel p̄ aliqd̄ pellēs dormiētē p̄ cuius
pulsū incitat̃. Jdō bene dicebat aristote. φ ni
hil quiescēs prius postea incepit moueri. ni⸗
si aliq̄ motu exteriori facto per quem tollit̃
causa quietis. nō tñ ppter hoc sequitur ↄclu⸗
sio aristotelis. videlicet φ añ primū motū
fuerit mot⁹ vel mutatio. q: vt dictū ē mouē
tia ⁊ mobilia dempto primo mouente non
fuerunt ante inceptionem motus. dictū ē eti
am φ inceperunt nō p̄ motū ⁊ mutationē. ſ
p̄ creationē. Ultra obijcit aristote. contra
conclusionē suā per determinationē factam
in septimo huius. cum omnis motus sit ex q̄
dam. in quoddam. nullus motus potest es⸗
se infinitus et p̄ consequens non potest di⸗
ci φ motus sit ppetuus. Hec obiectio aialis
soluta est in sexto. Sequit̃ tertius.

Queritur tertio. vtrum omnia
semp̄ quiescant. vel semp̄ moueantur. vt ali⸗
qua semp̄ quiescant. ⁊ aliqua semper moue
antur. sic φ nihil qñq3 moueat̃ ⁊ qñq3 quie⸗
scat. vel oia quandoq3 moueantur ⁊ quan⸗
doq3 quiescat. vel aliqua semp̄ sint imobilia
et aliqua semper moueantur. ⁊ aliqua qñq3
moueantur ⁊ quādoq3 quiescant. Argu
tur primo sic. φ hec diuisio nō sit sufficiens

quia nō est bimēbris. Secundo sic. q2 p̄mū mēbrū destruit motū. et secundum destruit quietem. ⁊ tertiū destruit generatiōez et corruptiōem ⁊ oēm motū violentū. ⁊ q̄rtū destruit necessitatem aliquorum motuū et q̄ntū committit nugationē ponēdo q̄daz entia imobilia ⁊ oia quiescibilia. In oppositū arguitur per p̄hm in textu.

Pro respōsiōe sciendum est primo. ꝙ postꝙ p̄hus probauit motum in cōmuni nō incepisse. neq3 defecisse. Conseq̄nt inq̄rit modū quo perpetuatur motus. an s. ꝙ omnia entia semper moueantur. vel per hoc ꝙ aliqua semper moueantur. vel per h̄ ꝙ infiniti motus sibiinuicem succedunt. vł per hoc ꝙ aliquis vnus motus semper fuit. ⁊ erit. et hoc mō perpetuatur motus vt ostēdetur infra. quo ostenso ostendetur quis et qualis sit motor prim⁹ a quo est ille prim⁹ motus. et etiā quale sit mobile cui⁹ ē. et hec est tota intentio huius negocij.

Sciendum est secundo. ꝙ licet in predicta diffinitiōe sint quinq3 mēbra m̄ possunt reduci ad bimembrē diuisionem. q2 omnia entia sunt vni⁹ dispositionis vel pluriū. Si vni⁹ hoc est ⁊ simpliciter vel omnia sēper quiescunt ⁊ sic ē primum membrum. vel omnia semper mouentur ⁊ sic est secunduz. vel oia quādoq3 mouentur ⁊ quādoq3 quiescūt. ⁊ sic est quartū mēbrū. Si sint pluriuz dispositionū h̄ ē dupliciē. vel diuersificātur s̄m duplicē dispositōz ⁊ sic ē tertiū membrū vł s̄m tres ⁊ sic ē q̄ntū mēbrū q̄d ponit aliq̄ semp imobilia vt sūt itelligentie. et aliqua semp moueri vt sunt corpora celestia. ⁊ aliq̄ q̄nq3 moueri ⁊ quandoq3 quiescere. vt sunt generabilia et corruptibilia. Et notanꝰ in h̄ mēbro ponūꝰ quedā semp im obilia ⁊ ñ dicūtur quiescibilia. q2 illa solū quiescere dicunꝰ que nata sunt moueri. ⁊ istoꝝ quinq3 mēbrorū solū quintum habet veritatem. iō posito et p̄bato soluerentur omnes dubitationes de primo motu et de primo motore ⁊ de primo mobili ad hanc scientiam ptinētes. Sz in p̄nti questione reprobabūꝰ tria prima mēbra et in sequentibus videbiꝰ de alijs. quia reprobatio quarti ex aliquibus determinandis dependet.

Sit ergo conclusio prima. dicere oia semp quiescere ⁊ nihil moueri ē irronabile. Probaꝰ. nā manifestū est ad sensum aliq̄ moueri. mō querere rōnē contra iudicium sensus ē infirmitas seu debilitas intellectus vt dicitur in textu. iō dr̄ p'o Thopi. ꝙ contra indigētē sensu nō ē disputandum g̃ ⁊c̄. Itē quia sic dicere ē dubitare nō de vno particulari ente. s̄ de toto ente ⁊ ē inducere errorē contra oēs scientias. naz omnes scientie quodāmodo motu vtuntur patet i sciētijs practicis que dirigunt aliquos motus. patet etiā de phisica que naturā motus speculatur. ⁊ etiam mathematica aliquotiens motu vtiꝰ. vt cū dicit ex fluxu imaginato puncti causare lineam etiā dialetica ⁊ rethorica vtunꝰ opinionibus. ⁊ opiniones inducant. sed opinio est quidam motus vel ñ est sine motu. ergo negans motū errorē inducit contra omnē scientiā ⁊ dubitationem de toto ente. sed tal ē errorem improbare spectat ad methap̄hisicum ⁊ nō ad phisicū. g̃ Tertio nullus specialis artifex h3 disputare cōtra negātes sua principia. s̄ motum eē est principiū in phisica. nam phisicus supponit naturā esse pricipiū motus. Quarto ita dicentes vt fuit Melissus ponūt motū saltē in aia. quia l3 dicant motū nō eē realiter. tñ dicunt ipm esse s̄m opinionem ⁊ fātasiam. s̄ opinio est motus rationis ex aliq̄bus exterioribus proueniens. et fantasia est motus a sēsu s̄m actum factus. g̃ sic negātes motū ponūt motū esse.

Conclusio secūda. dicere oīa semper moueri ⁊ nihil quiescere est cōtra naturalē philosophū. Patet quia ad sensū manifestū est aliqua quiescere. Itē natura ē principium motus et quietis. ergo quies naturalis est. ⁊ per consequens omnino negare quietem ē dicere cōtra principia phisice. Verū ē tñ ꝙ natura prius ē principiuz motus q̄ quietis. iō hec positio est min⁹ irrationabilis q̄ precedēs. etiā q2 sunt aliq̄ parui motus latentes ⁊ sic putamus aliq̄ quiescere. que tamē moueꝰ. quia tamē Eraclitus nō determinauit qui motus nos laterēt ⁊ qui non. sed dixit vniuersaliter oēm motū nos latere. ita ꝙ oīe ens continue ⁊ sp mouetur ⁊ nihilq̄ esset. iō in hoc irrationabiliꝰ locutus est. Et hoc improbat p̄hs. Primo de augmento ⁊ decremento in quib⁹ magis

aufert Eraclitus suam positõem. Nec enim omne qđ augetur cõtinue augetur ſm qualibet partem ꝓportionabilẽ tempi in quo augetur. qđ ostendit Aristo. esse falsum per duo exempla. Nã si multitudo guttarũ cauet lapidem nõ oportet qualibet guttã aliquid remouere de lapide. ſ bene disponit ad cauationẽ et tota multitudo cauat. Similiter si arbor nascens inter lapides per aliqđ tẽpus diuidat lapidẽ non oportet ꝙ in qualibet parte temporis aliquid diuidatur. ſ bene disponit ad diuisionẽ et i toto diuidit. Ergo similiter si aliquid in anno augeatur ſm quãtitatẽ digitalem nõ oportet ꝙ augeatur in qualibet parte ꝓportionabili illius ãni ſm partẽ illius quãtitatis. ſ bene in qlibet parte disponitur vel augetur. Similiter idem ostẽdit de alteratõe. Nam si aliquid alteretur i aliquo toto tẽpore ꝙuis illud qđ alteratur diuisibile sit in infinitum nõ tamẽ oportet ꝙ ſm qualibet partẽ ꝓportionalem illius qđ alteratur diuidatur alteratio. ita ꝙ in prima parte ꝓportionali alteretur prima pars corporis et in secunda alia pars. et sic in infinitum. Potest enĩ alteratio esse ita velox ꝙ omnes partes alterabiles simul alterantur. vt in cõgelatõe aque. Et si arguatur ꝙ dictũ est in sexto ꝙ motus ꝯdiuidit mobili tẽpori et rei ſm quã est motus. Videtur ꝙ in sexto agit de motu in cõmuni nõ applicãdo ad aliqua ꝑticularia mobilia. ideo ibi dicta sunt de motu ꝙtum ad ea q̃ sibi non repugnãt ſm rõem rationẽ motus. Hic aũt agit de motu ipm applicando ad aliqua specialia mouẽtia et mobilia quibus repugnat semꝑ et cõtinue moueri. qđ sanis patet ꝑ duas rõnes positas in septimo. Itẽ cum aliqđ sanatur tendit ad sanitatem et nõ ad aliud. ergo cũ ad eam ꝑuenit necesse est quiescere. nam vt đ: in sexto mutatio inter cõtraria nõ potest esse infinita. Sic cum lapis induratur non semꝑ fit durus. sed terminatur motus. ergo illud qđ alteratur non semꝑ et cõtinue alteratur. Idem patet ex parte motus violenti. q: nullus motus violentus perpetuo durat. Item omne corpus habet locum naturalẽ vel ꝓpriũ in quo dum est quiescit. et a quo nõ remouetur nisi per violentiam. ſ manifestũ est ad sensum aliqua corpa esse in suis locis naturalibus. ergo manifestũ est ipa quiescere. ergo irrationabile ẽ dicere omnia semꝑ moueri et nihil quiescere.

Conclusio tertia. irrationabile

est dicere omĩa que mouent semꝑ moueri. et que quiescũt semꝑ quiescere. Patet primo ex ꝑcedentibus. q: sensus iudicat oppositum. Item sic dicens destruit augmentum. quia si ita esset oporteret augmentatõem esse quãtitatem infinitam. et etiã destruit motũ localem violentũ. destruit etiam generatiõem et corruptõem. nam generatio est motus de nõ esse ad esse. ſ corruptio per oppositum. ideo qđ corrũpitur ꝑ ꝑcedens tẽpus fuit ens. et qđ generatur per aliqđ tempus fuit non ens. ſ qđ per aliqđ tempus est ens vel non ens quiescit vniuersaliter loquẽdo de quiete. ergo si ẽ impossibile omẽ qđ quiescit moueri erit impossibile aliqđ generari vel corrũpi. Et cũ in omni motu sit generatio et corruptio vel simpliciter vel ſm quid. sequitur ꝙ sic dicens destruit motum. et vt habet phus querere rationem cõtra illud qđ patet ad sensum est signũ hominis non potẽtis discernere inter melius et peius. et credibile et incredibile. et principiũ et nõ principiũ. manifestũ et non manifestum. Ideo dicit. p. ꝙ ꝑcẽdens cõclusio et ista vna ~~est~~ fide ꝓbari ~~non~~ possunt. qđ patet ad sensum. Nec oportet oĩa que mouent semꝑ moueri nec oĩa quiescẽtia semꝑ qescere. ſ manifestũ est aliqua qñq moueri et qñq quiescere. Et sic tria mẽbra ꝑdicte diuisiõis dici nõ pñt. Quartũ mẽbrũ improbatur posterius. et vt dicit phus coincidit cum positiõe Empedoclis: prius improbata de vniuersali amicicia et inimicicia.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primã patuit solutio qliter illa diuisio ẽ reducibilis ad bimẽbrem. et etiam auctoritas illa intelligit de diffinitiõe data ꝑ opposita et nõ ꝑ modos diuersos: vt est pñs. Ad secundã patet etiã solutio ex dictis. q: quatuor prima mẽbra sunt irrationabilia. Et ad hoc qđ dicebatur ꝯtra q̃ntũ đ: ꝙ imobile et quiescens nõ cõuertunt. ſ imobile se habet vt superius. Sequitur text.

Queritur quarto vtrum omne

qđ mouetur moueatur a motore distincto ſm esse et diffinitõem: vel ſm diffinitõem tm̃. Et arguitur ꝙ nõ. quia animata mouentur a seipsis per se et naturaliter. ergo in ipsis mouens nõ distinguitur a moto nec ſm rem nec ſm diffinitionem. Ad oppositum arguitur per phm in secũdo capło secũdi tractatus huius octaui.

Pro responsione sciendū ē pri-mo ꝙ postꝙ Aristo. improbauit tria prima mēbra diuisionis posite in questiōe pcedenti. Cōsequēter manifestat aliqua necessaria ad improbatiōem quarti mēbri et ad probationem quinti mēbri. in quo vt dicebatur stat tota intentio residui huius operis. scz in demonstratiōe ꝙ in ordine entium est dare aliqd omnino imobile. et aliquid qd semper mouet. et aliquid qd quādoqꝫ quiescit: quādoqꝫ mouetur. Ad cui9 demonstratiōem oportet pcognoscere ꝙ omne qd mouetur ab alio moueatur. Et licz in septimo quadaz ratione cōmuni sumpta ex parte motus in cōmuni et absolute cōsiderati illud pbatuz fuerit quia tamē in hoc libro iam incepit agere de motu per comparatiōem ad mouentia et mobilia. ideo merito ostendit Aristoteles illaz cōclusionem esse veram vniuersaliter in omnibus mobilibus et mouētibus. Pro cui9 ostensiōe in ista ponit tres diuisiones mouētium et mobiliū. Prima mouentiū et mobilium quedaz mouent et mouent per se. quedam vo per accidens. Unde per accidens mouere vel moueri cōtingit dupliciter. vt patet in principio qnti. Secūda diuisio eorum que mouent quedam mouent a seipis vt animata. quedaz vo ab alijs vt inaiata. Tertia diuisio est eoꝝ que mouētur quedam mouētur fm naturā. quedam vo extra naturam et violente. Et hanc diuisionē manifestat Aristoteles in his que a se mouentur et in his que ab alijs mouent. cum omis motus naturalis sit a principio intrinseco: ea que a seipis mouent manifestuz est naturaliter moueri. vt sunt animalia que mouentur ab anima q̄ est eorum natura et forma intrinseca. Ueruz est tamē ꝙ si referat corpus aialis ad animā que est forma totius animalis sic motus ab ea sibi inflictus est naturalis. quia vnūquodqꝫ naturalit mouetur ab eo ad cuius actuz est in potentia naturali. Si vo referatur corpus animalis ad quattuor elementa cōponentia ipm: tunc moueri potest fm naturam et violente. nam si in eo dominetur terra naturaliter deorsum mouetur et violente sursum.

Sciendūz est secundo ꝙ p̄sens diuisio reperiri potest in partibus animaliū fm diuersas dispositiōes et modos motuuz ipaꝝ partiū. Homo eniz naturalr flectit brachia anteri9 tibias et posteri9. Equūs vo tibias anteriores flectit posterius et posteriores flectit anterius. et si cōtrariū accideret in istis partibus hoc fieret violēte. In his vo que ab alio mouent manifeste repitur p̄sens diuisio vt terra naturalr mouetur deorsuz et violente sursum. Et sic patz ꝙ naturale et violentum repeniūtur in aliquibus que per se mouent siue a se siue ab alio moueat. Ostē so g̃ ꝙ in omi motu taz naturali ꝙ violento mouens distinguit a moto vl fm diffinitionem. vel fm esse. vel fm esse et diffinitiōem simul. ostensuz est sufficiēter ꝙ omne qd mouetur ab alio mouet. De his vo que p accidens mouent non fit mentio. quia talia non mouerent nisi quia quedaz mouent per se.

Est tamen aduertendū ꝙ mouens distinguit a moto fm diffinitionē tm̄ quādo coniuncta sunt fm esse mobile et mouens. tamē illius qd mouet et illius qd mouetur rationes formales sunt diuerse. sicut de anima et corpe. & distinguūtur fm esse et diffinitionem qn̄ separata sunt mouēs et mobile loco et subiecto. et rōnes eoꝝ sunt diuerse.

Tūc sit conclusio prima. ea que mouētur violente mouētur a motore distincto fm esse et diffinitionem. Patz per diffinitionem motus violenti. Uiolentum eniz dicitur cuius principium est extra non cōferente vim passo.

Conclusio secūda. ea que naturaliter et a seipis mouent mouentur a motore distincto fm diffinitiōem tm̄. Patet. quia in talibus mouēs ē ipa anima. et motum est corpus. sed rationes eorum sunt alie et alie. ergo cōclusio vera. Utrum autez anima vniatur corpori vt forma vel vt motor mobili. vt nauta in naui: videbit in libro de anima. sed pro p̄senti sufficit ꝙ in animatis mouens distinguitur a moto ratione. et sic manifesta sunt duo mēbra diuisionis. Sed de tertio. s. de motu naturali inanimatoꝝ grauiuz et leuiū vt dicit Aristo. est maius dubiū an a se vel ab alio moueant.

Pro quo sit cōclusio tertia. grauia et leuia simplicia in suis motibus simplicibus non mouent a seipis. Probat quattuor ratiōibus phi. Prima ē. mouere se per-

tinet ad ratiõem vite. et est ppriũ animatorũ. quia motu et sensu animatum ab aĩato distinguum⁹. sed grauia et leuia simplicia nõ sunt animata. ergo. Secũda ratio. omne mouens seipm localiter potest sibijpi esse causa stat⁹ et quietis. Unde sicut animata per appetitum suum moueri incipiunt ita et quiescunt. Sed grauia et leuia et simplicia non possunt sibijpis esse causa quietis nam ipa existentia extra locum naturalem non quiescunt nisi ab extrinseco detineãtur. ergo a seipis non mouentur. Tertia ratio. irrationabile est dicere ea que a seipis mouentur. moueri tm̃ ad vnã differentiã positiõis. q: ab ea non determinatur eis motus sed ad motum seipa determinãt. ideo hoc modo vl' alio moueri põt. ergo si grauia et leuia simplicia moueantur a seipis mouentur fm plures differẽtias positionum. qd falsum est. ergo. Quarta ratio nullum vere cõtinuũ fm quãtitatẽ et formã qd. s. est penitus eiusdem ratiõis in oibus suis partibus moueri potest a seipo. sed grauia et leuia sunt hmõi. ergo. Maiorem probat phus. q2 mouens se habet ad mobile vt agens ad patiens. Agens vo est quodãmodo diuersum seu cõtrariũ ipi passo. ergo ea que sunt penitus eiusdẽ dispositiõis in seinuicẽ agere non possunt. ideo aialia que a seipis mouentur magis dicuntur cõtacta q̃ cõtinua ppter diuersitatem dispositionũ partiũ animalis. vt si grauia et leuia in suis motib⁹ naturalibus non mouerentur a seipis. A quo vo moueantur videbitur in sequẽti questiõe. Ex ista cõclusione sequitur q mixta inaiata nõ mouentur a seipsis. patet. quia non habent motum nisi virtute elementi pdominantis.

Ad rationes ante oppositum:

dictum est de ly per se qd vel accipitur vt opponitur ad p accidẽs tantũ. et sic animata mouentur a seipis et per se. vel accipitur vt opponitur ad per accidens et per alterũ. vt idem est per se q essentialiter et primo. et sic non mouentur animata a se et per se sed fm alterum. Sequitur textus.

Queritur quinto vtrum grauia

et leuia simplicia per se moueantur a generante et per accidẽs a remouẽte phibens. Arguitur q nõ grauia possunt moueri a generãte corrupto. ergo ab ipo nõ mouentur. Secũdo sic. motus naturalis est a principio intrinseco. sed generans est extrinsecũ genito. ergo et c. Cõtingit graue sua grauitate mouens phibẽs. puta frãgere trabem. cum q̃ grauitas sit p se principiũ ~~generis~~: sequitur q in illo casu graue p se mouetur a remouente phibens. Ad oppositũ est phus in lra.

Pro missione sciendũ est primo

q postq̃ phus probauit grauia et leuia nõ moueri a se: cõsequẽter ostendit a quo moueantur. Pro quo sciendũ est q sicut mobilium quedã mouentur fm naturã et quedã extra naturã. ita est de mouẽtibus. Unde illa mouent fm naturã que suas formas imprimũt mobili naturaliter susceptiuo. ad quas naturaliter sequũtur tales motus naturales. sicut actu calidũ mouet potentia calidum. sed extra naturã mouent illa mouẽtia que non imprimũt mobili formas naturales ad quas sequũtur naturalr tales motus: sicut corda arcus mouet sagittã. Unde patet q illud dicitur violente moueri cui⁹ mot⁹ est extra naturalem potentiã eius. sicut graue qd mouetur sursum. Sed fm naturam dicuntur moueri quecũq mouentur in pprios actus ad quos sunt in potentia fm naturã ppriam. Ex quo iterũ patet q ad hoc q aliquis motus sit naturalis oportet q in ipo mobili sit potentia naturalis ad talem motũ. Nec ~~sequitur~~ q in se habeat principium actiuũ illius motus: sed sufficit passiuũ inclinatiuũ naturaliter ad talem motum. Tertio patet q cum omne qd mouetur sit in potentia et in actu. sequitur q nihil a se per se pmo mouetur. quare sequitur q grauia et leuia et generaliter omne qd mouetur ab alio mouetur.

Sciendum est secundo q aliqd

dr esse in potẽtia dupr. Siue in potẽtia essentiali sicut ad actũ primũ q est forma. et in potentia accidẽtali siue ad actum secundũ qui est opatio cõsequẽs formã. Aliter est enim in potentia ille qui addiscit et nondũ habet scientiam. et aliter ille qui habet habitũ scientie: sed non cõsiderat. Similiter in phisicis aliter est in potentia ad calidum qd est actu frigidum. et aliter id qd habet actu formam calidi et non calefacit. Similiter in pposito aliter est in potentia leue illud qd est actu graue. et aliter illud qd habet iam formã leuis. sed non mouetur sursum. Unde de prima potentia nihil reducitur ad actum nisi per psentiam agen

tis extrinseci q3 est actu tale quale est alterũ in potentia. Sed de potẽtia secũda aliquid reducit per seipm in actũ nisi sit aliquid impediens. vt nondũ habẽs scientiã nõ acquirit eam nisi per aliqd generans ipam. sed dum habet habitũ scientie dũ vult statim cõsideret nisi aliquid impediat. Similiter in pposito qd nondũ habet formã leuis per seipm non acquirit formã. quia de prima potentia nihil potest se reducere in actũ sed opoꝫ ꝙ efficiat in actu per generans aliqd quod est actu tale. Et quia dans formã dat per se cõsequẽtia ad formã. vt sunt motus ⁊ locꝰ statim dum aliquis habet formaꝫ leuis mouetur sursum nisi aliqd impediat. Unde patꝫ causa quare grauia ⁊ leuia mouentur ad ppria ⁊ determinata loca. huiꝰ enim causa est natura eoꝝ: qꝛ natura grauis est esse deorsum ⁊ natura leuis est esse sursum.

Tunc sit cõclusio prima. grauia ⁊ leuia simplicia in potẽtia essentiali mouentur ad formã grauis ⁊ leuis a se ⁊ ꝑ se in genere cause materialis sed non in genere cause formalis vel efficiẽtis. Primũ patꝫ. qꝛ in se habent materiã que est in potentia naturali ad formaꝫ grauis ⁊ leuis. Secundũ probatur. qꝛ nihil de pura potentia potest se reducere ad actũ. ergo talia non mouentur a seipsis ad formã effectiue aut formaliter.

Conclusio secunda. grauia ⁊ leuia simplicia in potentia accidẽtali mouentur a se ⁊ ꝑ se in genere cause formalis ⁊ materialis. Patꝫ. qꝛ in se habẽt formas ad quas sequũtur naturalr̃ tales motꝰ. habẽt etiaꝫ naturaliter inclinatõem ad talẽ motũ.

Cõclusio tertia. grauia et leuia simplicia in potẽtia accidẽtali per se mouentur effectiue a generãte. ⁊ per accidens a remouente phibens. Prima pars patꝫ. qꝛ dans formã dat cõsequẽtia ad formã. sed generans grauia dat eis formas. ergo dat eis etiam motus cõsequẽtes ad tales formas. ergo effectiue ꝑ se mouentur a generãte et nõ a se. quia a seipsis non habẽt formas grauis ⁊ leuis cum nihil det sibiipsi formã. Ex quo patꝫ ꝙ non mouentur a se in genere cause finalis. quia finis non mouet nisi ſm ꝙ est in efficiente. Secũda pars patꝫ. quia remouẽs phibens ipm remouẽdo non imprimit graui aut leui formã aliquã ad quã ꝑ se sequatur talis motus. ergo nõ mouet per se sed per accidens tm̃. Unde dicit textus ꝙ est sim̃ sicut de motu spere repercusse a pariete. paries enim nõ imprimit aliquẽ impetuꝫ ipi spere. sed impetũ impressuꝫ a primo phibente impedit. ideo facit sperã moueri in motũ oppositũ. et sic mouetur spera a pariete per accidẽs. Sꝫ cõtra pdicta argueretur. quia sicut materia est principiũ agendi. ergo cũ graue existens in actu primo habeat materiã ⁊ formã grauis sequitur ꝙ mouetur a se passiue ratõe materie. ⁊ actiue ratõe forme. Rñdetur ꝙ sicut actio ⁊ passio bene sunt idem subiecto. sed differũt formaliter. ita idem materialr̃ ſm diuersas habitudines potest habere principiũ passiuuꝫ ⁊ actiuũ alicuꝰ motus. Forma enim grauis ⁊ leuis relata ad generans cuiꝰ est effectus ⁊ instrumentũ per virtutẽ generãtis in ea impressaꝫ ⁊ cõseruatam per virtuteꝫ superiorũ ⁊ vniuersalis generãtis bene est principium actiuũ motus sub motiõe vniuersalis generantis ⁊ nõ aliter. Hoc modo grauitas ⁊ leuitas bene dicũtur qlitates actiue ⁊ passiue ideo generãte pticulari corrupto adhuc mouentur grauia ⁊ leuia. sed forma grauis ⁊ leuis accepta ſm gradũ pprie pfectiõis relatũ vt actu sibi inherẽs est principiũ passiuũ motꝰ. ⁊ motus eius se habẽt solũ per modũ inclinantis materiã ad talem motũ. Et hoc modo intelligitur dictũ phi ꝙ grauia ⁊ leuia hñt principiũ motus nõ mouẽdi nec agendi. sed patiendi tm̃. Et sic grauitas et leuitas non sunt qualitates motiue. sed in ordine ad motũ grauis ⁊ leuis reducuntur ad genus cause materialis tanq̃ dispositiões ⁊ inclinatões materie ad talem motũ. Et istã imperfectiõem scꝫ ꝙ virtute ppria non sunt ppria principia motus habẽt pper materialitatẽ illarũ formaruꝫ. Sunt enim tã vicine materie prime ꝙ penitus sunt immerse materie non habentes eleuatõeꝫ sufficiẽtẽ sup materiã vt in ea possint esse principia alicuꝰ motꝰ. formale enim actiuũ principiũ alicuꝰ motꝰ ẽ in aliqua materia eleuatũ. ⁊ habet dominiũ supra materiam. quia agens est nobilius et pstãtius suo passo. Unde oĩs anima eleuata est sup. a materiã suã. ideo pt esse pncipiũ alicuiꝰ motꝰ in materia sine forma. Ex quibus patꝫ ꝙ suppositis dixerũt nominales aliquid moueri a se dupliciter. Uno modo qꝛ est diuisibile in ptem per se mouentẽ ⁊ partẽ per se motã. ⁊ sic gra

uia et leuia nō a seipis mouent. Alio modo dicitur aliqd a se moueri. quia potest incipe re suū motū et sic grauia et leuia mouent a se.

Unde p3 q grauia et leuia p se mouentur a generante. et q eorū motus ē naturalis. et p accidens mouet a remouente phibens. et si sua grauitate frangit detinens vt arguebatur añ oppositū adhuc mouet se p accidens q2 sibi accidit inquātum mouet q grauitate sua frangit detinens. nā qd p se frangit trahē nō [?]ēnt sibi aliquā formā ad quā seqt talis motus. Ex dictis in pcedenti cclusione et in ista p3 cōclusio hic principalit intēta. s. q oē qd mouet siue naturaliter siue non mouet a motore distincto vel sm diffinitiōe3 tm vel sm esse et diffinitiōem simul. Rationes ante oppositum solute sunt.

Sequitur textus.

Queritur sexto. vtrū omne mouens moueatur.

Arguitur q sic. quia omnis actio in motu firmat. ergo et oē agēs et per consequens omne mouens mouetur.

Secundo sic. actio et passio sūt idē subiecto. s oē patiens mouet. ergo et oē agēs et p consequens omne mouens. Ad oppositū arguitur in littera.

Pro responsione sciēdū est primo. q postq ōnsum ē oē qd mouet ab alio mouet siue ab extriseco siue ab intriseco. Cōsequenter ond. et aristoteles q ē deueniendū in ordine mouentiū ad aliquod primu3 qd est immobile. vel si moueatur non tamen ab alio. sed a seipo mouetur. et dicitur illud nō moueri ab alio quod mouetur a motore intrinseco. Pro cuius declaratione ponit aristoteles hanc diuisionē mouentiū. q2 contigit aliquid esse mouens dupliciter. Uno mō nō pter seipm. i. virtute ppria. sed inquantum mouetur ab aliquo alio mouente. Alio mō aliquid mouet pter seipm. i. ppria virtute. ita q non habet virtute3 mouendi p se q ab alio mouet. exemplū de primo vt baculus mouet lapidem p hoc q a manu mouetur que etia3 mouetur ab homine. homo aūt mouet nō q ab alio moueat. ideo dicit mouens pter seipm. et tali debet dici mouens primū qd quandoq mouet per plura media vt hō pōt mouere lapidē p manū et baculū. quandoq aūt per vnicū mediū vt homo sola manu pōt mouere lapide3. et hec mouentia media q virtutē mouendi nō habent. nisi per hoc q ab alio mouentur sunt mouentia secunda. ideo vocantur instrumēta. et ideo primum mouēs magis mouet q ista secunda hoc patet duplici ratōe text9. Prima quia primum mouens mouet secundū et non econtra. ergo etc. Secūda quia secundum non potest mouere sine primo a q habet virtutem mouendi. sed primum pōt mouere sine secundo.

Tūc sit cōclusio prima. in ordine mouentiū necesse est vnū esse quod n moueatur ab alio.

et sic oportet vel q sit imobile vel q a seipo moueat. Patet. nam si oē mouens ab alio moueretur. sic q nullū mouēs moueret nisi p hoc q ab alio moueret: seqretur q in mouentibus eēt pcessus in infinitum et sic nō esset dare primū mouens. et sic primū mouēs nō moueret. nec etiā secūdū ergo nihil mouebit. ergo vniuersaliter tolleretur motus qd ē impossibile. ergo ē impossibile omne mouens moueri et ab alio moueri. g oportet q sit aliquod mouēs immobile vl [?] moueat a seipo necesse ē q in ordine mouētiū q mouent illud sit primū. qd p3. q2 causa p se prior est ea q est per aliud. ergo illud qd mouet p hoc quod mouet a se prius est illo quod mouet p hoc qd mouet ab alio et illud quod mouet p hoc q a se moueat a se habet virtutē mouendi. illud vo quod mouet per hoc q mouetur ab alio habet virtutem mouendi ab alio.

Conclusio secunda. si in ordine entium mouentiū dabile sit vnum quod nō mouet ab alio.

sed a seipo hoc est primū mouens in genere phisico. tamē necesse est pret illud dare vnum mouens qd nō moueatur. nec a se nec ab alio. et sic nō omne mouens mouet. Patet conclusiō. q2 si omne mouēs mouet sic q nullū mouens moueret nisi motū vel cōueniret oī moueri mouet et nō mouere. nisi motū p accidēs aut p se. Si p accidens cū id qd cōuenit alicui p accidens sibi contingenter et nō ex necessitate cōueniat. seqtur q poterit nō cōuenire. S3 possibili posito in esse n seqtur impossibile. ponat g aliqd mouēs qd nō moueat. seqt q adhuc mouebit. g n oē mouēs mouet p h q mouet. vl si dicat oppositū seqt h impossibile. s. q nō mouebit. ergo nō entis [?]. ergo inconueniēs est

dicere omne mouens moueri et nõ mouere nisi per hoc quod ab alio moueatur. cum per accidens hoc sibi conueniat. Secundo quandocunque aliqua duo sibi accidunt si vnum reperiatur sine alio ita et alterum sine illo. dum tamen vtrumque vtrique accidat. quod dicitur propter materiam et formam substantiam et accidens. Si ergo mouere et moueri sibi inuicem accidant poterit dari mouens immobile. Tertio patet testimonio Anaxagore ponentis intellectum agentem impassibilem vt omnia moueret et imperaret. Si vero dicatur secundum membrum predicte diuisionis scilicet quod omne mouens per se moueatur et necessitate sequuntur multa inconuenientia. Primo vel mouet et mouetur eadem specie motus. vel secundum vnam mouet et secundum aliam mouetur. Si dicatur primum tunc descendendo vsque ad species specialissimas motus. sequeretur quod docens geometriam addisceret geometriam. et sanans sanaretur. et proiiciens proiiceretur. que omnia sunt inconuenientia. Nam de ratione docentis est habere scientiam quam docet. et de ratione addiscentis est non habere illam. Item nihil mouet nisi secundum quod est in actu. et nihil mouetur nisi secundum quod est in potentia. sed impossibile est idem esse in actu et in potentia. ergo impossibile est idem mouere et moueri per se secundum eandem speciem motus. Si vero dicatur secundum membrum scilicet quod secundum vnam speciem moueat et secundum aliam moueatur. cum non sint infinite species motus sicut nec infinite species rerum secundum quas est motus. sequitur quod tandem deueniretur ad aliquod mouens quod non moueretur secundum aliquam speciem motus. et sic haberetur mouens immobile. et non omne mouens per se de necessitate moueretur. Nec valet dicere quod cum deficerent omnes species motus fieret reditus ad primam. vt si primum motum moueatur localiter distributis omnibus speciebus motus per diuersos motores motor qui erit residuus mouebitur iterum motu locali. Contra hoc replicat Aristo. quia sic idem est dicere ac si diceretur idem mouere et moueri secundum eandem speciem motus. quia vt prius dictum est primum mouens magis mouet quam secundum. et ita vltimum magis mouet in virtute primi quam primum. et tamen sic capiendo primum mouens moueretur secundum eandem speciem motus qua aliquod eorum mouetur. ergo moueret et moueretur secundum eandem speciem motus. quod est idem dicere ac si diceretur docens addiscere. et sanans sanare. et edificans edificare quod est impossibile. ergo non omne mouens per se mouetur. nec semper mouet propter hoc quod ab alio mouetur. ergo impossibile est omne mouens mouere propter hoc quod mouetur eo quod per accidens sibi conuenit. et sic aliquid potest mouere absque hoc quod moueatur. ergo potest dari mouens immobile.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam dicitur quod omnis actio firmatur sicut causa in effectu in motu mobilis. sed non firmatur in motu mouentis. Ad secundam conceditur quod actio et passio sunt idem subiecto. sed illud subiectum est motus quod est in mobili et non in mouente. Sequitur textus.

Queritur septimo vtrum omne

mouens seipsum diuisibile sit in partem per se mouentem et in partem per se motam. Arguitur quod non. celum mouet seipsum et tamen non est sic diuisibile. ergo. Secundo sic. homo est mouens seipsum et tamen non sic diuiditur. cum anima sit tota in toto et tota in qualibet parte.

Tertio sic. elementa diuiduntur in partem mouentem et in partem motam. scilicet in materiam et formam. et tamen non mouent seipsa. ergo et cetera. Ad oppositum arguitur per philosophum in textu.

Pro responsione sciendum est primo

quod postquam philosophus in ordine mouentium et mobilium ostendit quod non est procedere in infinitum. sed deueniendum est ad aliquod principium mouens quod vel est immobile vel solum mouetur a seipso. Consequenter ostendit quod licet omne mouens primum moueatur a seipso. tamen primum mouens simpliciter est immobile ad minus per se. quia in eo quod dicitur mouere seipsum. licet totum dicatur mouere seipsum. tamen in eo est dare partem mouentem immobilem per se. et partem per se motam que non mouet. et sic totum non est primum mouens. sed illa pars que mouet.

Tunc sit conclusio prima. omne mo

uens seipsum est diuisibile in partem per se mouentem et in partem per se motam. Patet. quia si aliquis moueat seipsum vel totum primo et per se mouet totum vel vtraque pars mouet aliam reciproce. vel quelibet pars mouet seipsam. vel vna pars mouet et non mouetur et alia mouetur et non mouet. Nullum priorum trium potest dici. ergo relinquitur quartum membrum. Nec oportet huic diuisioni addere hec duo membra. scilicet quod totum moueat partem vel pars totum. quia improbatis primo et tertio membris satis improbantur hec

duo. Pars eniꝫ non potest mouere totū nec totā partē q̄n vna pars moueat seip̄am. Improbat ergo p̄mū membrū p̄mo sic cum idem sit actu ꝫ in numero mouentis ꝫ mobilis. si totū p̄mo ꝫ p se moueat totū illud fm eundē motū in numero moueret et moueret̄ puta idem fm eandē sanitateꝫ sanaret ꝫ sanaretur: ꝫ idem fm eandē scientiā doceret ꝫ doceret̄. qđ est incōueniēs. q̄a mouens ꝫ motum quādam oppositionem importat siue habent. ideo si aliq̄d mouet ꝫ moueat̄ necessario oportꝫ ꝙ illi⁹ sit alius mot⁹ numero quo mouet ꝫ alius quo mouet̄. sicut est alius motus numero quo baculus mouet lapidem ꝫ quo mouet̄ a manu. Secūdo sic. omne mobile mouet̄ fm ꝙ est in potentia. cū ergo nihil reducat se de potētia in actū oportet mouens esse in actu quodāmodo fm id ad qđ mouet mobile ꝫ ad qđ mobile est in potentia. ſ nihil idem inq̄tum ideꝫ est in actu ꝫ in potētia. ergo nullū totuꝫ pōt per se mouere seip̄m. Dicit̄ aūt mouens esse in actu quodāmodo. q: aliter est in actu mouens vniuocū in quo est forma fm eādē ratōem que recipit̄ in mobili. ꝫ aliter mouens equiuocū in quo nō est forma fm eandē ratōem vt recipit̄ in mobili: ſ fm quādam virtutē supiorē. Nec potest dici secundū membrū. Patꝫ primo. q: si vtraqꝫ pars aīalis moueat reciproce vna pars nō est magis mouēs q̄ alia. ꝫ tamē primū mouens magis mouet q̄ secundū ꝫ ibi nō erit dare p̄mū mouens. ergo nec secundum. ꝫ per ꝯñs mouens seip̄m non esset propinqui⁹ p̄mo principio motus q̄ illud qđ mouet̄ ab alio. ꝫ tamē prius dicebat̄ ꝙ mouens seip̄m est p̄mū in ordine mobiliū. Secundo si mouēns seip̄m pars que mouet ab alia moueat̄ moueri non potest sibi ꝯuenire nisi per accidēs. quia si per se sibi cōueniret tunc nō moueret nisi p hoc ꝙ moueret̄. ſ qđ mouet per hoc qđ mouet̄ virtutē mouēdi habet ab alio tm̄. ꝫ ita sequit̄ ꝙ ideꝫ p se moueret ꝫ moueret̄ eodē motu. qđ improbatū est Si ergo pars mouēs moueat̄ ab alia parte hoc sibi non cōuenit nisi p accidēs. ergo potest nō inesse. ꝫ sic mouētis seip̄m esset pars tm̄ mouens ꝫ pars mota tm̄. Tertio si mouentis seip̄m pars que mouet ab alia moueatur sic ꝙ non moueat nisi inq̄tum mouet̄ cum moueri sibi cōueniat per accidens ꝫ sic posset non moueri. sequitur etiam ꝙ potent nō mouere. ꝫ sic penitus tolleret̄ motus. qđ est impossibile. Quarto q̄a sequeret̄ ꝙ idē moueret ꝫ moueretur fm eundeꝫ motum vt predictum est. Nec potest dici tertiuꝫ membrum. Primo quia si aliquod totuꝫ moueat seip̄m vel mouere sibi attribueret̄ ratiōe alicuius partis que seip̄am mouet. ꝫ sic totum non esset mouēs seip̄m. sed illa pars sola. vt sibi cōueniret ratione totius. ꝫ sic nulli parti cōueniret mouere se nisi per accidens. quare cum in ip̄o toto sit aliqua pars que moueat ꝫ alia que moueat̄. cum illa que mouet nō moueat se nisi per accidens. sequit̄ ꝙ est per se imobilis. Secūdo si mouentis seip̄m quelibet pars seip̄am moueat vel vna pars sequitur ꝙ ip̄m totum non erit p̄ma mouens seip̄m. vno illa pars tm̄. ꝫ cum in mobili se ip̄m totum non moueat totuꝫ vt dictum est: oportebit in illa parte dare vnam parteꝫ que moueat ꝫ non moueat̄. et sic erit ꝓcedere in infinituꝫ. ergo in om̄i mouēte seip̄m est pars mouens ꝫ imobilis. ꝫ pars mota que nō de necessitate mouet̄. ꝫ sic sequit̄ quartuꝫ membrum diuisionis. Sed obijcit̄ contra hoc qđ dictum est in vltima ratiōe. scꝫ ꝙ in mouente seip̄m est dare parteꝫ per se mouentem ꝫ partem per se motā que nō mouet. Nā animal seip̄m mouet ꝫ tamē in eo est aliq̄ pars mota que etiam mouet: vt nerui et musculi. quibus mediantibus anima corpus mouet. Respōdet Aristoteles ꝙ licꝫ in aliquo mouente sunt tres partes modo p̄dicto. tamen in primo mouēte seip̄m sunt tm̄ due. quaruꝫ vna mouet tm̄ ꝫ alia mouetur tm̄. ita ꝙ nihil mouet qđ sit pars toti⁹ mouentis licꝫ possit mouere aliqđ extrinsecuꝫ. Probatur. quia si totum. a. b. c. sit mouens seip̄m ita ꝙ. a. moueat tantū. ꝫ. b. moueat̄ tantū. ꝫ. c. moueat ꝫ moueatur. tūc remoto ip̄o. c. adhuc. a. b. mouebit seip̄m. quare hoc totum. a. b. c. non erit primuꝫ mouens seip̄m. sed hoc totum. a. b. cui⁹ pars mouens non mouet̄ et pars mota non mouet. ergo in p̄mo mouente seipsum sunt due partes tantū. vna mouēs ꝫ alia mota tantū. Sed contra obijceret̄. quia in celo qđ est indiuisibile fm naturam nec motor est extensus ad extensionē mobilis. ꝫ sic nō est diuisibilis. dicit̄ p̄muꝫ mouens seip̄m. ꝫ etiam in aīalibus imꝑfectis que anulosa dicuntur in quibus pars mouens quodāmodo est cōtinue extensa ꝫ diuisibilis sicut ip̄m

mobile. videtur q ibi non possit dari primũ mouens seipm. nam pars separata a toto adhuc seipm mouet cum sit pro toto et diuisibilis in infinitum. ergo ibi non potest dari primũ mouens seipm. Dicit q in talibus est tantum vnum primũ mouens seipm fm actum. sed sunt plura fm potentiam. dicit vltra q ibi mouens est cõtinuũ et extensum sicut mobile licz in q̃tum continuũ sit diuisibile in infinitum. quia per diuisionez auferri non potest natura cõtinui. tamẽ inq̃tuz naturale repugnat. s. cum quelibet virtus naturalis ad exercitiũ sui operis in materia requirat determinatam quãtitatem. a qua si deficiat non plus habebit suam operatõem in materia.

Et si querat. cum ex mouente et moto fiat quodãmodo vnũ qualiter in mouẽte seipm se habeant ille partes. Respõdet phus q ex ipsis non potest fieri vnum cõtinuitate. quia mouens et motum non possunt esse vniformis dispositiõis: sed fit vnuz per cõtactum qd cõtingit dupliciter. quia vel ambo corpora sunt et sic mutuo se tangunt. vel mouens est incorporeuz. quia motum semper est corpus. et sic pars mouens tangit partez motã tactu methaphorico. s. virtute quã influit naturaliter et non tactu pprie dicto. Ex predictis patz q hec diuisio mouentis seipm in partem per se mouentez et in partẽ per se motam non debet attendi fm partes quãtitatiuas mobilis. quia tales quãtuz est de se continue sunt et vniformis dispositiõis. s attenditur fm partes essentiales.

Conclusio secũda. necesse ẽ primuz mouens esse imobile saltem per se. Patet. quia in mouentibus non est pcedere in infinituz. sed deueniendũ est ad primuz mouens. qd vel imobile est penitus et sic habetur intentũ. vel mouetur et non ab alio sed a seipo. sed in mouẽte se dabilis est prima ps que primo mouet et est imobilis per se. ergo in ordine mouentiũ necesse ẽ primuz mouens penit9 esse imobile vel esse mouẽs p se.

Ad rationes ante oppositum.

Prima secunda et tertia bene pbant q non est sermo de diuisiõe in partes quãtitatiuas Sed tamẽ ad tertiam dicit q licz elementa diuidant in materiã et formã. non pter hoc diuidunt in partẽ p se mouentẽ et in partẽ p se motam propter causam prius assumptam siue assignatam.

Queritur octauo vtruz necesse sit esse vnũ primũ mouẽs perpetuũ et imobile p se et per accidens. Arguit q nõ. quia quicqd potest virtus inferior potest virt9 superior. s aliqua mouentia secunda seipa mouent. ergo primũ põt mouere seipm. Secũdo sic primũ mouens intelligit et vult cũ sit intellectualis nature. ergo ab intelligibili et appetibili mouet. ergo non penitus est imobile. Tertio sic. q sunt plura mouẽtia prima. quia melius est perfectiora et meliora entia multiplicari q̃ imperfectiora et minus bona p se primo: ido videt q melius sit esse multo plura mouentia. Ad oppositum arguitur per phm in textu.

Pro responsione sciendũ ẽ primo q postq̃ phus in principio hui9 libri pbauit de motu in cõmuni q semp fuit et semper erit. Cõsequẽter etiam ostendit q omne qd mouet ab alio moueat. et postea q in his que ab alio mouent non est pcedere in infinitum. s deueniendũ est ad aliqd imobile. vel saltẽ qd mouet seipm et postremo q in mouente seipm necessario est vna pars imobilis. et sic vtrobiq accidit q est aliqd primũ mouens imobile. cõsequẽter ostendit q in mouente seipm licet pars mouens sit imobilis p se tñ mobilis est per accidens. restat videre q est aliquod primũ mouẽs imobile per se et p accidẽs perpetuũ et vnũ tãtũ. Ex quo sequit q est vnũ primũ mobile qd semp mouetur. et ita est vnus primus motus cõtinuus et perpetuus. quo pbato probat quartuz membrũ diuisionis prius posite esse falsum. in quo dicebat q omnia quãdoq mouẽtur et quãdoq quiescũt. Probate etiã erunt due partes q̃nti membri illius diuisiõis. Et tertia pars est per se manifesta et supius probata. s. aliqua quãdoq moueri et quãdoq quiescere. Hoc etiam ostenso patebit mod9 quo perpetuat motus.

Tunc sit hec cõclusio prima. necesse est esse aliqd mouẽs perpetuuz imobile per se et p accidẽs qd est vnuz tantũ. Prima pars patz. quia mouentia seipa q̃ apud nos sunt inanimata quãdoq sunt et quãdoq nõ sunt et generant et corrũpunt. ergo generatõis et corruptõis eoz oportet esse ali-

quã causaꝫ. cum omne q̄d mouetur habeat causam sui motus aliã a se. Insup generationes ꝛ corruptiones eoꝝ perpetuãtur. ergo sicut propter generationes ꝛ corruptiones ponitur aliqua causa distincta ab ipsis ita ꝑpetuitatis generatiõis et corruptiõis necesse est eẽ aliquã causã que nõ p̄t esse aliquod eoꝝ que quandoq̄ sũt et quandoq̄ nõ sũt. quia effectus perpetui oportet causam esse perpetuã: nec talis causa eoꝝ potest eẽ plura eoꝝ sibi inuicem succedentia. quia talia infinita sunt. nec sunt simul. sed vnus effectus ex infinitis causis non potest dependere. etiam cause que simul non sunt directe vnius effectus cause esse non possunt. lꝫ causaꝝ que simul non sunt vna possit disponere ad effectũ primũ ꝛ perpetuũ. Quod sit cã ꝑpetuitatis generatiõis ꝛ corruptionis mouentiũ seipa ꝛ eoꝝ omnium que quandoq̄ sũt ꝛ quandoq̄ nõ sunt. Secunda pars conclusiõis patet. quia in mouentibus seipa est ps mouens que mouetur p accidẽs ad motũ totius ꝛ nõ semp se habet in eadeꝫ dispositione ad mouendũ. ideo talia nõ sp mouent. sed qñq̄ quiescunt. quare oportet illud mouens quod est ꝑpetuũ et ẽ cã ꝑpetuitatis motus generationum et corruptionum esse immobile p se ꝛ p accidens ꝛ ꝑpetuum. Tertia ps probat. scꝫ q̄ tale mouens sit vnum tantum. quia sicut rationabilius est ponere mouentia finita q̄ infinita. ita rationabilius est extimare primum mouens esse vnum q̄ plura. quia melius saluatur ꝑpetuitas et continuatio generatiõis et corruptionis per vnum motorem immobilem q̄ plures. Secundo licet perpetuentur motus huiusmodi inferius propter successionem plurium motuum. tamẽ oportet vnũ motũ esse ꝑpetuum qui sit continuus. sub q̄ continuãt alij mot⁹ q̄ incipiũt ꝛ deficiũt. s vn⁹ cõtinu⁹ ẽ vni⁹ mobil et ab vno mouẽte. g̃ p̄mũ mouens est tm̃ vnum. Ex hac conclusione sequitur alia.

Conclusio secunda. necesse ẽ eẽ vnũ primũ motum cõtinuũ ꝛ ꝑpetuũ.

Patet. quia est vnicus primus motor ꝛ immobilis ꝛ perpetu⁹. Et si arguatur quia aristoteles ex perpetuitate motus conclusit ꝑpetuitatem primi motoris. nunc autem ex ꝑpetuitate primi motoris cõcludit perpetuitatem primi motus. ꝛ sic videtur circulatio Dicitur q̄ ex ꝑpetuitate motus in communi probata in principio huius libri: prius cõcludit ꝑpetuitatem vnius primi motoris. h̄ autem cõclusio ex eo infert q̄ in ordine motuum oportet q̄ sit vnus motus continuus ꝛ perpetuus immediate procedens ab illo motore perpetuo. et hoc iterum concludi p̄t sicut ꝓbatum est ex parte motuum qui quãdoq̄ sunt ꝛ quãdoq̄ non sunt vt sunt generationes et corruptiones quas oportet contineri infra vnum motum continuũ et ꝑpetuum qui quidem vnus motus propter diuersitatem quam habet in suis partib⁹ fm̃ appositum quo ad nos est causa quo determinato tempore incipiunt generationes ꝛ corruptiones et determinato tempore deficiunt. quia vero est ab vno motore immobili semper vno et eodem modo se habente ẽ cã indeficientie generationum ꝛ corruptionum. Ex istis patet quare aliquid est quod semp mouet et aliquid quod semper mouetur. q̄ scilicet motor est perpetuus et penitus imobilis. et immobile semper manet in eadẽ dispositione ad motum. Secundo patet q̄re quedã quãdoq̄ mouent et quãdoq̄ non quia quedã sũt que mouent per accidens mouendo. ideo non semper mouent nec sua sua mobilia semper mouentur. Et hec est p̄ma intentio aristotelis in hoc libro. Posset etiam ostendi q̄ in ordine entium est aliq̄d quod semper est in potentia cui solum conuenit moueri et aliquid quod quandoq̄ est in potentia. et quandoq̄ in actu cui quandoq̄ conuenit mouere et quandoq̄ moueri. ergo est aliquid quod est primus act⁹ cui conuenit mouere et non moueri. Et sic patꝫ quintum membrum huius diuisionis verum esse.

Ad rationes ante oppositum:

Sit igitur cōclusio prima et responsalis ad quesitū. Proiecta pᵒ recessū a primo piiciente a medio mouentur mōˀ ꝑ se. Patet qꝛ hmōi piecta post recessū mouenꝛ vt ad sensū patet. et nō a se cum nō sint animata. ḡ ab alio. ꝛ cū primū mouēs debeat esse simˡ cū moto oportet hmōi corpora moueri ab aliquo corpore intermedio inter primū piiciens ꝛ ipa. quod est immediatum proiectis ipis. Ex quo sequitur q̄ nō mouentur ab vnico motore. ſʒ a pluribꝰ cōseqnter se habentibus seinuicē tangentibus. qꝛ non ē semp idē corpus imediatū ipis piectꝭ et quia pluralitas seu diuersitas non est sine diuisione. iō bene dicebaꝛ prius q̄ oportet mediū a q̄ moueaꝛ esse faciliter diuisibile. Ex quo infert aristo. conclusionem principaliter intentā. que talis ē.

Conclusio secunda. licet motus alicuius proiecti videatur esse vnus et continuus propter continuitatem mobilis ꝛ tēporis. non tamen est vnus et cōtinuus simpliciter. Probatur. quia hmōi motus est a pluribus et diuersis motoribus. consequēter se habentibus et non simul ipsum proiectuʒ mouentibus. ergo ille motus nō ē similiter vnus et continuus. ꝛ hoc ad sensū patet in aqua mota ab aliquo lapide incidente. Ibi enim patet successio motus ad motum ſm diuersas partes aque. ideo esse apparent diuersi circuli. etiam ibi apparet quomō vna pars aque aliam mouet. alia non mouente. et quomodo vna pars mouetur alia nō mota. et similiter est in aere quantum ad corpora proiecta per aerem. licet non sit ita sensibile nobis propter maiorem aeris subtilitatem. Ex hijs sequiꝛ q̄ motor primꝰ ē vnꝰ. qꝛ alias primus motus nō esset vnus et esset a pluribus motoribus.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā conceditur antecedēs ꝛ negeꝛ cōsequentia. qꝛ virtus motiua primi mouentꝭ excedit resistentiaʒ ipius medij. ideo mouet ipm mediū et sibi virtutē mouendi attribuit. Ad secundam dictū est q̄ primum mouens mouet medium sibi ppinquū quousq̧ deficit virtus mouendi. Ad tertiā negeꝛ consequētia. qꝛ rotunda vel acuta facilꝰ diuidunt mediū q̄ lata. iō facilius mobilia sūt a medio. Ad quartā dicitur q̄ hoc nō est mirabile scienti materiam ppter causas dictas. quia aer et aqua nō sūt simpliciter corpora grauia. nec sunt simpliciter leuia. ideo faciliter ab eo mouentur ad latus. quāđe et primū mouens est magne virtutis in mouēdo. ideo pōt tanta velocitate mouere medium sibi ppinquū. qui a velocitas sui motus recipit in mediū sibi ꝛ nitum et puenit diuisionē eius. iō medium sic motum velociter et vnitum bene potest corpus multum graue mouere et sustinere. et p hoc motꝰ aeris eradicat arbores. ꝛ magna edificia corruere facit. Seqꝛ textꝰ. Qm̄ aūt i hijs q. ꝛc.

Queritur decimosextο vtrū primū mouens sit omnino impartibile et nullam magnitudinē habēs. Arguit primo quod nō quia primū mouēs est in circūferentia primi mobilis. sed forma que est in materia quantificatur ad quantificatoem sue materie. ergo mouens primū habet magnitudinē. Secundo sic. mouens primū habet orbē. ergo habet magnitudinē. Tertio sic. mouēs primū est infinite virtutis. ergo est diuisibile. Ad oppositum est Aristoteles in vltimo capitulo huius octaui.

Pro responsione sciendū ē primo quod postquam Aristo. ostendit quod primum mouens est infinite virtutis. quia mouet tempore infinito. et quod virtus infinita nō potest esse in magnitudine finita. et etiam quod motus proiecti nō est vnus. quia est a diuersis. Consequēter et finaliter i hoc vltimo ex his cōcludit finaliter intentum suum in hoc libro: scilicet cōditiones primi mouentis.

Sit ergo conclusio prima. primū mouens est vnū. Probatur cōclusio. quia prius probatū est quod in his que sunt potest esse aliquis motus sempiternus et cōtinuus. quare de facto ita est. sed motus sempiternus et cōtinuus semper vnus est. ergo est aliquis motus semper vnus. sed motus est vnius magnitudinis: quia impartibile mouetur. etiam ~~impartibile est~~ ab vno motore. quia diuersitas motorum impedit vnitatē motus. vt patuit de motu proiectorum. ergo motus semper vnus existens qui est motus primus est ab vno motore qui est primus. ergo motor primus siue imobilis existens siue motus moueat est vnus.

Conclusio secunda. licet iam probata sit. tamē eam adhuc reiterat phus. que talis est quod primus motor est imobilis. Patet quia omne quod mouetur mouetur ab alio. ergo cum nō sit procedere i infinitū in motoribus et in motibus. vt patuit prius. necesse ē deuenire ad aliquod mobile primū motū a motore imobili.

Ex hac conclusione infert Aristo. primo quod ille motor necessitari nō potest vt moueat. patet quia omne quod necessitatur mouetur a necessitante. sed quia motor primus est imobilis. igitur. Secundo infert quod ille motor est infatigabilis. patet quia fatigatio nō accidit nisi quia motor mouetur. quia huic quod variatur de dispositione in dispositionem accidit fatigatio. cū ergo motor primus nō moueatur: sequitur quod mouet sine fatigatiōe.

Tertio infert quod mouere per motu sempiterno ergo motus primus qui est ab eo est sempiternus. patet. ex quo nō mouetur semper est in eadem dispositiōe. ergo si hic nūc moueat semper mouere potest. quia in perpetuis nō differūt ēē et posse: hoc est nō distant. sequitur propositum. Infert ergo quod solus motus primus est regularis: aut saltē inter oēs est maxime regularis. quod probat Aristo. quia aliqua mouētia mota aliquā possunt mouere sub eadem dispositiōe et ita vt videbitur possunt mouere motu regulari. patet. quia ex hoc quod primus motor semper est manens in eadē dispositiōe semper mouere pōt equaliter. et cū mobile suū non suscipiat aliū motum a circulari. quia si alteretur alteretur ad aliū motū. et quodāmodo mutaretur ex dispositiōe in dispositiōem. et sic non posset mouere motu semper cōtinuo. ergo mobile suum nō suscipit aliū motū. ergo semper pōt equaliter moueri. igitur primus motus est maxime regularis. Et si obijciatur cōtra tertiū et quartum correlaria. quia prius probauit Aristo. motum primū esse cōtinuū et sempiternū et regularē ergo nūc superflue probat ipm. Ad hoc dicēdū est quod in motu duo oportet cōsiderari. scilicet durationē eius per infinitū tēpus. et hoc prius probatū est ex infinitate primi motoris. quia ex quo est virtutis infinite ē causa infinitatōis motus. Aliud est cōsiderare. scilicet cōtinuā reiterationem circulatōis. et hoc habet motus primus ex imobilitate primi motoris. et istud nūc probat Aristoteles.

Conclusio tertia. motor primus ē in circūferentia primi mobilis. Patet sic. quia primus motus est circularis. ergo primū mobile est circulare siue circularis figure. circularis autem magnitudinis non sunt nisi duo principia. scilicet centrum et circūferentia. a centro enim ad circūferētiam ducuntur linee. et sic vnum se habet vt primū principiū. reliquū autem vt terminus. ergo oportet motorē primū esse in centro aut circūferentia. sed rationabilius est ipm esse in circūferentia. quod probat Aristo. quia propinquiora primo moueri velocius mouētur. quia prius et fortius suscipiūt impressionem mouentis. et sic extrema circūferētie ipsius primi mobilis velocius mouentur. igitur est ibi primus motor primi mobilis. Sed obijceretur contra

quia motor primꝰ est impartibilis nullā habens magnitudinē. ergo nō habet determinatum situʒ in corpe ergo nō est in circūferētia primi mobilis. Rñdetur ꝙ primꝰ motor debet esse in circūferētia primi mobilis nō per determinatiōem sue substātie: sed per efficaciam sui motus. nam ibi primo influit motū celi. ⁊ ibi. s. in circūferētia primi mobilis primo incipit motus. ⁊ sic rōnabilius est ꝙ sit in celo ꝙ̄ in terra. ⁊ adhuc in oriēte ꝙ̄ in occidente. Non sic tamē ꝙ assignet᷑ alicui determinate parti existēti ipius primi mobilis quia pars que nūc est in oriente postmoduʒ est in occidente. sed debet intelligi ꝙ ꝫm sitū orientis primo aspicit primuʒ mobile influendo sibi motum. vt in secūdo celi et mundi dicit᷑ de dextro ⁊ sinistro.

Cōclusio quarta. motor ꝑmus

est omnino impartibilis ⁊ nullā habens magnitudinē quā informet liceʒ habeat magnitudinē qua vtitur. Probat᷑ prima pars conclusionis dupliciter. Primo qꝛ virtus omnis in magnitudine existens per se nō mouet localiter nisi pellēs aut trahēs aut vtroqꝫ modo se habens. Quod aūt sic mouet non mouet nisi motū. ergo variat᷑ de dispositōe in dispositōem. ⁊ ꝑ ꝯñs nō potest mouere motu semper regulari vno ⁊ cōtinuo quoꝝ opposita sunt demonstrata de primo motore. Ex his pateʒ solutio dubitatōis quā hic mouet Aristo. an. s. aliqd̓ mouens motū mouere possit motu vno ⁊ simpliciter cōtinuo. Respōdet ꝙ non. quia tale mouēs ex quo motū est liceʒ videat᷑ esse vnū est tamē quodāmodo plura. quia variat᷑ de dispositōe in dispositōeʒ. ergo nō potest mouere motu simplicit᷑ vno ⁊ ꝯtinuo. vt patuit in motu ꝓiectoꝝ. liceʒ aer videatur esse vnū mouens vel aqua tamen ibi sunt plura mouētia ꝓpter facilem diuisionem ipius aeris vel aque. ⁊ sic solū motus qui est a motore imobili simpliciter vnus est ⁊ cōtinuus. Secundo ꝓbat᷑ ista cōclusio. quia si primꝰ motor haberet magnitudineʒ aut esset finita: aut infinita. Non infinita. vt patuit in tertio huiꝰ. nam ꝑcedentes libros in ordine ad istū phi appellant phisicos. qꝛ cōsideratio motꝰ in octauo quodāmodo cōtracta est. nec habet etiam finitaʒ magnitudinem. qꝛ cum moueat tempe infinito oportet ꝙ sit virtutis infinite. modo virtus infinita nō potest esse in magnitudine finita. ergo ⁊c̄. Ex quo sequit᷑ ꝙ est indiuisibilis. q̄a nihil est diuisibile nisi quātum. Secunda pars cōclusionis pateʒ quia motor primꝰ habet primū mobile quo vtit᷑ tanꝙ̄ instrumento ad explicatōeʒ formaꝝ naturaliū in materiā generabiliū ⁊ corruptibiliū ad ꝯꝫuatōeʒ ipaꝝ. ⁊ ꝑ hoc soluit᷑ secūda rō an̄ oppositū.

Ad rationes ante oppositum:

due prime solute sunt. Ad tertiam dicit᷑ ꝙ motor primus nō est infinitꝰ infinitate quantitatis diuisiue ꝫ infinitate virtutis que seq̄tur formaʒ. ideo ꝑfectissimꝰ ⁊ simplicissimus est. Et ita finit peripatheticoꝝ ꝑnceps Aristoteles cōem cōsideratōem de rebꝰ naturalibus quā tradit in libro phisicoꝝ siue de phisico auditu in primo et in vniuersali totius nature initio qd̓ deꝰ est ꝑ oīa beatus.

Et sic est finis libroꝝ phisicoꝝ.

Sequit᷑ liber de celo ⁊ mūdo.

De natura scientia fere plurima videtur circa corpora ⁊ magnitudines. ⁊ hoꝝ existēs passiones ⁊ motus.

Circa initium primi libri de celo ⁊ mūdo. Querit᷑ primo vtruʒ scientia naturalis sit circa corpora ⁊ magnitudines. Arguit᷑ ꝙ nō. naʒ mathematica ē circa corpora ⁊ magnitudiēs. ḡ sciētia naturalis nō est circa corpa ⁊ magnitudines. ꝯña pateʒ. q̄a diuerse scientie versant᷑ circa obiecta diuersa. ¶ Secūdo arguit᷑. multa cadūt sub cōsideratōe sciētie naturalis q̄ nō sunt corpora neqꝫ magnitudines vt aīa. nā materia ꝑma. motores orbiū. infinitū. vacuū. ḡ scia naturalis nō ē circa corpa ⁊ magnitudines. imo circa multa alia. Ad oppositū est phus in ꝑncipio huiꝰ libri de celo ⁊ mūdo sic dicens. De natura sciētia fere plurima videtur circa corpa ⁊ magnitudines ⁊ hoꝝ existēs passiones ⁊ motus. Ideo primo videbit᷑ de quesi.

imperij in phisicis

to. Secūdo declarabūtur aliqua dubia.

Quantū autem ad primū sciendū est primo ꝙ vt hʒ phus in phemio phisicorū tūc opinamur scire vnūquodq cū causas cognoscimus primas ⁊ pma pncipia vsq ad elemēta. Et q phs manifeste ostēdit i sciētijs esse pcessum ordinatū quādo pcedit a primis causis et principijs vsq ad proximas cās: q sunt elemēta cōstituētia essentiā rei. ⁊ hoc est rationabile. Nam pcessus sciētiarū est opus ratōis cui⁹ pprū est ordinare Jdeo in omi opere ratōis aliquis ordo inuenitur fm quē pcedit ab vno in aliud. Et hoc patʒ tam in ratiōe practica cui⁹ cōsideratio est circa ea que nos facimus. ꝙ in ratōe speculatiua cui⁹ cōsideratio est circa ea q sunt aliūde facta. s. a natura. Jn cōsideratiōe autē practice ratiōis inuenit pcessus de priori ad posterius fm q̄druplicē ordinatiōeʒ. Primo fm ordinē apphensionis put practicus. vt artifex primo apphendit formaʒ domus absolute: ⁊ postea inducit eam in materia. Secūdo fm ordinem intentōis fm ꝙ artifex intendit totā domū pficere ⁊ ppter hoc facit quicqd opat circa ptes. Tertio fm ordinem compositōis put prius dolat lapidē vel ligna ⁊ postea cōponit adinuicē ad cōstructionē parietis ⁊ totius. Quarto fm ordineʒ sustentatiōis artificij put artifex facit fundamentū supra qd cetere partes domus sustēent. Et similiter inuenit quadruplex ordo ratōis in cōsideratōe ratōis speculatiue cōformiter ad ordinem rationis practice. Prim⁹ ordo est fm quē ratio speculatiua pcedit a cōiorib⁹ ad min⁹ cōia. ⁊ hic ordo ratiōis corrūdet primo ordini rōnis practice: qui dicebat ordo apphensiōis. Uniuersalia enī cōsiderant fm formā absolutā. particularia vo fm applicatōem forme ad materiā. sicut dicit phus in hoc primo. ꝙ q dicit celū dicit formā. qui aūt dicit hoc celuʒ dicit formā in materia. Secūdus ordo est fm quem totū prius cadit in cōsideratōe ꝙ partes. et hoc loquēdo de partibus fm materiaʒ que sunt partes indiuidui. ⁊ iste ordo correspondet ordini intentiōis quo prius intendit totum ꝙ pars. Tertius ordo est fm quem ratio pcedit a simplicibus ad cōposita inꝙtuʒ cōposita cognoscūtur per simplicia sicut per principia. ⁊ hic ordo comparat tertio ordini queʒ dicimus cōpositionis. Quartus est fm quem necesse est ratiōem prius cōsiderare partes principales: sicut cor[illegible] in corpore animalis perfecti ꝙ partes minus principales. ⁊ iste ordo correspōdet ordini sustentatiōis. Unde vt habet sanctus Thomas iste quadruplex ordo in pcessu sciētie naturalis inuenitur.

Pro quo sciendu est secundo ꝙ in scientia naturali primo determinant cōmunia. ⁊ hoc in libro phisic. cuʒ determinat de ente mobili in cōmuni cōsiderato. inꝙtuʒ mobile est. Jn alijs autem libris applicant cōmunia ad ppria ⁊ specialia subiecta motuum specialiū. Et quia subiectū motus est corpus vl' magnitudo. quia nihil mouet nisi quantū. vt dicebat septimo phisic. Jn corporibus ergo necesse est tres alios ordines attendere. Unuʒ fm quem totū vniuersum corporeū prius cadit sub cōsideratōe ꝙ sue partes. Alium vo fm quem corpora simplicia prius cadunt sub cōsideratōe ꝙ composita siue mixta. Tertium autem fm quem inter simplicia corpora necesse est de priori cōsiderare. scʒ de celesti corpore per qd omnia alia firmant. Et hec tria in hoc libro aguntur. in quo tradunt quedā pertinētia ad corpus celeste sicut in secūdo libro. quedam etiam ptinētia ad alia simplicia corpora sicut patet in tertio ⁊ q̄rto. in quib⁹ determinat de elementis. Jn primo autem hui⁹ determinatur de pertinētibus ad totam vniuersum et de ipso toto vniuerso in se cōsiderato. Modo iste liber est prim⁹ post librū phisicoꝝ. int omes libros phie naturalis. Propter qd etiam in principio hui⁹ libri incipit phus a diffinitione corporis: ad qd applicant omnia que in libro phisicoꝝ in cōmuni tradita sunt Et ex hoc clare patʒ ordo hui⁹ libri ad pcedentes ⁊ sequētes phie naturalis. Patʒ etiam ordo libroꝝ partialiū hui⁹ libri. Naʒ in primo agitur de toto vniuerso ⁊ de ptinentibus ad ipm. Jn secundo vo agitur de perfectissima eius pte. s. de corpore celesti ⁊ de ptinentib⁹ ad ipsum. Jn tertio vo ⁊ q̄rto libris agit de grauib⁹ ⁊ de leuib⁹ simplicib⁹ inꝙtuʒ mobilia sunt ad vbi. Jn tertio fm opinionem antiquoꝝ. Jn q̄rto fm opinionē ppriam. Patet etiaʒ q̄re hic liber vocat de celo ⁊ mūdo. ⁊ q̄re hic agit de corpib⁹ simplicib⁹.

alias. 6°

Sciẽdũ est tertio. ꝙ aliter ⁊ alit̃ considerat phus naturalis et mathematic⁹ corpa et magnitudines: nã phisicus considerat corpa ⁊ magnitudines inquãtũ sũt termini corpoꝝ naturaliũ mobiliuȝ diuersis motibus. sed mathematicus considerat corpa de genere quantitatis ſm se abstrahẽdo ab omni materia sensibili. inquantũ .s. sunt magnitudines cõmensurabiles abstrahẽdo ab omni motu ⁊ mutatiõe. ideo pȝ ꝙ sub alia rõne formali considerant hmõi corpa a phisico. et alia a mathematico.

Quibus notatis sit conclusio resp̃ofiua ad quesitum. Scientia naturalis versa[tur] circa corpa ⁊ magnitudines ⁊ horũ existentiã passiões et motus. Probat̃ h̃ conclusio. rõne text⁹. nam res naturales sũt corpa ⁊ magnitudines ⁊ que ad hec ptinẽt sed scientia naturalis est de rebus naturalibus. ergo scientia naturalis est circa corpora ⁊ magnitudines.

Dubitat̃ primo de subiecto attributionis huius libri. Et ad hoc respõdet Alexander quẽ videt̃ insequi sanct⁹ Thomas ꝙ totum vniuersum est subiectum in hoc libro. q: in h lib. determinat̃ de corpib⁹ simplicib⁹ ſm ꝙ sunt partes cõstitutiue totius vniuersi. et confirmat dictũ suũ. q: hic liber intitulat̃ de celo ⁊ mundo. Alter vo phus noĩe Jambicus videñs ꝙ inter corpa simplicia p̃mũ ẽ corpus celeste. ideo dicit ipm eẽ subiectũ huius libri. ⁊ ꝙ ð alijs corpib⁹ simplicibus solũ agitur hic ex consequẽti. p: ꝙ to ab ipo celo continent̃ ⁊ influentias ei⁹ recipiũt. istud dicit Simplicius qui ẽ de Jambice opinione vel saltim per accidens p: quanto notitie ipsorũ corpoꝝ assumunt̃ ad manifestandũ ea que de corpe celesti hic dicũt̃ Sed hoc videtur irrationabile. q: phus fecit speciales libros de alijs corpib⁹ simplicibus grauibus et leuibus. modo ð hijs que ex consequẽti vel solũ p accidens i aliq̃ scientia considerantur non est moris apud Aristo. speciales facere libros. ideo Simplicius dicit ꝙ in hoc libro agitur de omnibus corporibus simplicibus ſm ꝙ conueniunt in cõmuni ratione corporis simplicis. Sed omissis omnibus istis opinionibus. Respõdetur cum Alberto qui in hoc passu cõmunius tenetur ꝙ in hoc libro agitur de corpe mobili ad vbi inquantum ẽ tale. licet enim elementa sint generabilia ⁊ corruptibilia h tamen non habent inquantuȝ mobilia sunt ad vbi ⁊ habet idem Alber. q: motus localis ſm se est entis perfecti nihil varians: nec de substantialibus rei. nec ð hijs q̃ substantiam rei absolute consequuntur. sed p̃cise ſm motũ localem mobile transmutatur de loco ad locum. ideo corpus mobile tali motu absolute ⁊ in vniuersali consideratuȝ est vnius potentie et vnius scientie et vnius diffinitionis. non quid logice tm̃. sed phisice. analogice tamẽ conueniẽns spẽis corporibus simplicibus. Ideo non est sic intelligendum. ꝙ talis diffinitio sumat̃ ab aliq̃ vna forma substantiali aut accidẽtali in existente omnibus corporibus mobilibus ad vbi. Et ex hoc patet quare iste liber immediate sequitur librũ phisicorũ. q: scilicet potentia ad motum localem est simplicior: prior ⁊ vniuersalior q̃ sit potentia ad quemcũ ꝙ aliũ motum. vt dicit albertus. Patet etiam quare in hoc libro non agitur de corporibus mixtis. quia scilicet non habẽt motum localem. nisi per naturam elementi predominantis. Patet insuper ꝙ in hoc libro agitur solum de elementis inquantũ sũt grauia vel leuia et localiter mobilia. et nõ inq̃tum sũt calida frigida humida vel sicca.

Dubitatur secundo circa textũ. quare phus dicit fere in textu. Respondetur ꝙ causa est. vt dicit sanctus Thomas. quia paulopost dicit textus natura constantium quedam sunt corpora et magnitudines vt sunt inanimata corpora. quedã vero sunt habentia corpora et magnitudines vt animata corpora. corpus enim animatũ magis est id ꝙ est ſm animam q̃. ſm corp⁹ ideo potius dicitur habens corpus vel magnitudinem q̃ ꝙ sit corpus vel magnitudo. Alia vero sunt principia istorum sicut st̃ anima et materia. Et adhuc preter ista quedam considerantur in scientia naturali que conueniunt corporibus et magnitudinibus vel ſm rem et veritatem vt motus et temp⁹ vel ſm opinionem vt vacuum et infinitum. ideo phus dicit fere. quia non omnia h cõsiderata sunt corpora et magnitudines. Et si queratur quid intelligit phs p passiones

et mot⁹. Dicit. s. Thomas. q̄ p passiones itelligit alterationes et alios mot⁹ cōsequētes alteratiōꝫ fm q̄s aliq̄d mutaꝛ de substātia rei. ꝫ p mot⁹ intelligit mot⁹ locales q̄ int alios sūt pfectiores et priores. dicit tn̄ Alb. q̄ p passiōes intelligit ꝓprietates corporū q: sciētia nō solū considerat subiectū. ꝫ etiam ꝓprietates. Sed p mot⁹ intelligit operationes q̄ nō sūt sine motu. Et q: scia nō solū cōsiderat subiectū et ꝓprietates. ꝫ etiā principia subiecti. Jō subiūgit phs. s. q̄ scia naturalis ē circa principia ~~elemēti~~ substātie et corporis mobilis. Et p hoc ptꝫ q̄ phisicus cōsiderat corpus de genere substātie. q: solū tale ē primū subiectū mot⁹. mathematic⁹ vo cōsiderat corpus de genere quantitatis cum tali corpore de genere substantie. capiendo tn̄ p formali corp⁹ de genere q̄ntitatꝭ.

Rationes ante oppositū sunt solute. Sequitur in textu. Continuū q̄d ē igiꝛ ē qd̄ diuisibile ē in semp diuisibilia.

Queriꝛ secundo: vtrum mundus sit pfectus. Et arguiꝛ q̄ nō illud nō est pfectū cui pōt fieri additio. ꝫ mūdo pōt fieri additio. ḡ nō ē pfect⁹. Secūdo arguiꝛ in mūdo cōtingūt plures defect⁹ puta monstra et petā. ꝫ defect⁹ est ꝯ rōnē pfecti. ḡ mūdus nō ē pfectus. Ad oppositū ē phs in pmo cap. primi tractatus hui⁹ libri.

Sciendū est pmo q̄ philosoph⁹ intendit in isto libro determinare d̄ toto vniuerso corporeo. et de ptibus pncipalib⁹ ei⁹ q̄ sūt simplicia corporea. s. celestia et elementa iō pmittit diffinitiōꝫ cōtinui qd̄ ē genus ad corpus. et postea posita diffinitiōe cōtinui subiungit diffinitiōꝫ corpis. ex q̄ cū ꝓbatione ei⁹ infert pfectōnē vniuersi corporei. q̄ tamē pfectio etiā ptib⁹ toti⁹ cōuenit vniuersi cōsimili mō.

Pro quo sciendū est secundo q̄ cōtinuū diffiniꝛ qd̄ ē diuisibile in sp diuisibilia. et hec diffinitio cōtinui sumiꝛ ex ptib⁹ cōpatis ad totā que et sic hn̄t rōnē materie vt dicit. 2 phisicoꝝ. et hec diffinitio cōis est phisico. q: cōsideratio naturalis versaꝛ circa materiā. ꝫ q: cōsideratio logici circa speciē et formā versaꝛ. iō logic⁹ aliter diffinit cōtinuū diffinitiōe formali dicēs. Cōtinuū est cuius ptes copulaꝛ ad aliquē terminū cōeꝫ q̄ vo termin⁹ cōtinui ē q̄si forma ipi⁹ i vtra q̄ diffinitiōe d̄ꝫ intelligi q̄ntū p genere.

Sciendū est tertio: q̄ phūs cōseq̄nt diffinit corp⁹. Corp⁹ ē qd̄ ē vndiq̄ diuisibile h̄ est ex oi pte siue fm oēm dimēsiōꝫ quā diffinitiōꝫ ꝓbat phs tali rōe. q: corpus diuidiꝛ tripliciter fm tres dimēsiōes. qd̄ aūt diuidiꝛ fm tres dimēsiones diuidiꝛ fm oēs ḡ corpus ē vndiq̄ diuisibile. Maior ē manifestat phs q̄si p diuisionē. manifestū ē eni q̄ magnitudinū q̄dā diuidiꝛ ad vnā ptē. et hec d̄ linea. q̄dā ad duas. et hec d̄ superficies. q̄dā vo diuidiꝛ fm tres et talis ē corpus. Sꝫ minorē illius rōnis ꝓbat phs. s. q̄ pter tres dimēsiōes nō sit alia dimēsio p hoc q̄ tria hn̄t rōnē et sint oia. q: hn̄t rōnē cuiusdā totalitaꝭ. ita vt ternarius nūer⁹ sit nūer⁹ ois et tot⁹. ḡ qd̄ diuisibile ē fm tres dimēsiones diuisibile ē fm oēs. q̄ aūt ternarius sit nūer⁹ ois et totus ꝓbat phus ex dicto Pitagoris. dicētiū totū et oīne eē determinata tribus scꝫ principio medio et fine.

Ubi sciendū est quarto: q̄ hoc idē. s. q̄ nūer⁹ ternari⁹ sit nūer⁹ ois et totus ꝓbat phs ex hiis q̄ cultu diuino seruata sūt apud antiq̄s. Antiq̄ eni in legib⁹ suis q̄s oēs naturaliter acceperūt constituerūt sacrificādū eē diis numero ternario. s. igne thure. et orōe. ꝯstituerūt q̄ h̄ fiedū trib⁹ vicib⁹. s. mane vespe et meridie. et fm tria pūcta emisperii. vn̄ quedā ex legibus p̄cepit deū adorare ad orientē. et h̄ fuit lex Pitagore et cōsonat legi nostre. ꝫ alia lex p̄cepit deuꝫ adorare in meridie. et hec fuit gesti pmo. et huic ꝯsonat lex mahometi. q̄dā vo alia lex p̄cepit adorare deū in occidentē et hec fuit moysi. Et hoc ꝓbat phs ex cōi mō loq̄ndi q̄ eo q̄ cōis ē oībus videꝛ ex eo sūpsisse pncipiū. cū eni sunt duo solū nō vtimur noīe ois. ꝫ dicimus ambo. ita q̄ primū circa q̄ vtimur noīe ois est nūerus ternarius. quare sequiꝛ q̄ nūer⁹ ternari⁹ est nūer⁹ ois et tot⁹. q̄ oia sūt adinuicē ꝓpinq̄ aut idē. Et si patet minor illi⁹ rōnis q̄. s. pter tres dimēsiones nō sit alia dimensio. et cum corp⁹ diuidaꝛ fm tres dimēsiones sequiꝛ q̄ diuidiꝛ fm oēs.

Sciendū est quinto: q̄ hec tria omne totum et perfectū nō differunt ad inuicem fm speciem. hoc est fm formalē rōnē q: quodlibet illoꝝ q̄ndam integritatem importat. sed in aliquo differunt hoc est i ma

prima

teria et subiecto inquātū de diuersis dr̄. nā ōme attribuit̄ discretis ꝛ cōtinuis q̄ faciliter diuisibilia sunt. sicut sunt cōtinua humida. sicut nos dicimus ois hō ꝛ ois aqua. ꝟ totū indifferenter attribuit̄ oībus cōtinuis. ꝛ etiam q̄nꝙ discretis. ꝑfectū vero indifferenter attribuitur cōtinuis ꝛ discretis ꝛ nō solū ipsis sed etiā formis ꝛ virtutibus. vel aliī posset dici et quasi in idē redit. ꝙ forma dicitur ois ꝟm q̄ ipa vna eēns multiplicata ē in diuersa subiecta. sed dicitur tota siue totū ꝟm ꝙ vnitiua est partiū integraliū. ꝟ dicitur ꝑfecta ꝟm ꝙ dat esse materie ꝛ ipam ꝑficit.

Sciendū est sexto. ꝙ mund⁹ dupliciter potest accipi. Uno mō ꝑ tota vniuersalitate rez. ꝛ hoc mō prima cā de mundo ē. Secūdo mō pōt accipi ꝑ vniuersalitate rez ꝑductaz. ꝛ illo mō intelligētie sunt de mūdo. sed nō prima cā. Tertio mō capitur strictius ꝑ vniuersalitate rerū corporearū et hoc mō magis capit̄ in ꝑposito. 4⁹ mō ꝑ aggregatōe ex elemēt ꝛ elemētat ꝟm quod dicit prio metheor. q: necesse ē hūc mundū inferiorē latiōib⁹ supioꝝ corpoꝝ cōtinuū esse vt tota virtus ei⁹ inde gubernet̄. Perfectū etiā dupliciter accipit. vno mō simplicit̄ exponendo ipm negatiue. s. cui nihil deest. ꝟ cōtinet oēz ꝑfectionē rez. ꝛ ꝟ mō sola prima cā dr̄ ꝑfecta. Secūdo dr̄ ꝑfectū in genere qd̄. s. hz oia q̄ ad ꝑfectōz sui generis requirūt. ꝛ hoc mō mūd⁹ dr̄ ꝑfect⁹ et hō ꝛ cetera habētia oia ad suū eē reqsita.

Tunc sit conclusio prima. Corp⁹ est ꝑfecta magnitudo ꝑbat̄. nā corp⁹ hz tres dimēsiōes. ḡ hz oēs ꝯntia. iā ꝑbata est. q: oē totū ꝛ ꝑfectū idē sūt. ḡ i genere magnitudinū corp⁹ est ꝑfecta magnitudo. Secūdo ꝑbat̄ illō qd̄ ē termin⁹ i ꝑgressiōib⁹ ꝛ a q̄ [illegible] in alia magnitudinē ē ꝑfectā. q: nō f. trāsitus de vno in aliud. nisi ꝑpt aliquē defectū sicut fit trāsit⁹ ex linea in supficiem. ꝛ ex supficie in corpus. ex corpe aūt non fit transitus.

Cōclusio respōsiua mund⁹ tertio mō acceptus est ꝑfectus. Probat̄. nā ōme corpus ē ꝑfectū. ꝟ mūd⁹ tertio mō ē corporeus. ergo ꝑfectus. sed q: hec ꝑfectio generalis ē ōni corpori. nō ꝑbs pōnit vnā aliam ꝑpriam ipi vniuerso. q: in ipis corporibus reperiunt̄ aliq̄ q̄ continēt ꝛ nō cōtinēt̄. vt vltia spa. quedā vero q̄ cōtinēt̄ ꝛ non cōtinent vt terra. q̄dā vō q̄ continēt ꝛ cōtinent̄ vt corpora media. ꝟ quicqd continet. vel continet̄ vel vtroꝙ mō se hz. qd̄ammō ad aliqd̄ terminat̄ ꝛ ē quodāmō multa. et habet aliquid inꝑfectionis. ergo corp⁹ simplex ꝛ ꝑfectū. neꝙ continet. neꝙ cōtinet̄. tale aūt est totū vniuersū. ḡ ꝛc̄.

Dubitatur prio. que sunt partes pncipales vniuersi. Dicēdū ē ꝙ sūt corpora que sibi determinant certū situm i vniuerso cuiusmodi sunt corpora simplicia celum et quattuor elementa. quia mixta ꝟm se non habent situm in vniuerso, nisi ratione simplicium.

Dubitatur secundo. qualiter intelligit̄ dictū Pitagore. s. oia sunt determinata trib⁹. Rn̄det̄ ꝙ sic. q: ꝑfectio vniuscuiusꝙ rei cōsistit. s. i essentia seu substantia tāꝙ in principio. in virtute tāꝙ in medio ꝛ i opatiōe tāꝙ in fine ꝛ vltimo.

Dubitatur tertio: vtruz probatio pbi per quā ꝑbat ꝙ nō sunt nisi tres dimensiones sit efficax. q: scz numerus ternarius est numerus ois ꝛ tot⁹. Et vī ꝙ nō, naz ex eodē principio possem⁹ cōcludere ꝙ non sint nisi tria elemēta ꝛ tres digiti i vna manu. Ad hoc respondet Simplici⁹ ꝙ pbus in isto passu nō ꝑcedit demonstratiue. ꝟ probabiliter ꝛ hic mod⁹ est sufficiēs post demōstratiōes suppositas in alijs sciētijs. q: determinare de dimēsionibus inquātū hmōi spectat ad mathematicū. s. ad geometraz. sicut ꝑbat Ptholomeus. q: impossibile est plures lineas ꝑpendiculares quā tres concurrere in eodē puncto hoc est sibiinuicē intersecare ad angulos rectos sperales Supposita igit̄ demonstratiōe a mathematico vt. mr pbs in ꝑsenti passu testimonio ꝛ signis antiquoꝝ. Dicitur vlterius ꝙ ꝑpter affinitatez numeroꝝ ꝛ magnitudinū pbs vtit̄ numeris ꝟm morē Pitagoricoꝝ qd̄ nusꝙ in suis libris alibi inuenit̄ facere.

Ad rationes ante oppositum: Ad primā dr̄ ꝙ vniuerso nihil pōt addi qd̄ ptineat ad ei⁹ ꝑfectiōez ꝑ rōnē. Ad secūdā dicebat̄ 2. phisicoꝝ ꝙ mōstrā sūt pctā in



ordine ad naturā particularē z nō ad vniū salez siue ad totū vniuersum. Seqꝫ tert⁹ de his aūt q̄ fm spēm ip̄i⁹ partib⁹ z c̄.

Queritur tertio: vtrum vnius corpis simplicis sit tm̄ vnus mot⁹ simplex fm naturā. Arguitur primo contra supposi tū. q: celū est corpus simplex. z tn̄ nō moueꝫ naturaliter siue fm naturam eo ꝙ mouetur ab intelligentia. ergo non cuiusl. bet corpo ris simplicis est aliquis motus simplex fm naturam. Secūdo arguiꝫ mot⁹ celi com positus est ex tardo z veloci. nā ptes ꝓpinq polis tardius moueꝫ partibus remotiori bus polis. eo ꝙ in equali tp̄e minus spaciū ptransiunt. ergo motus celi nō est simplex. tamen celū est corp⁹ simplex. ergo non cuiusl liber corpis simplicis est motus simplex.

Tertio arguitur ois mot⁹ cōposit⁹ est ex partibus q̄ntitatem habentib⁹. g̃ null⁹ mo tus est simplex sed composit⁹. Ultimo ar guitur contra q̄situ. Ignis est corpus. sim plex tn̄ moueꝫ pluribus motibus. q: moueꝫ motu sursum z motu circulari. g̃ vni⁹ cor poris simplicis non est tn̄ vnus mot⁹ sim plex. In oppositum est pħs in tertio cap. huius primi libri.

Pro rn̄sione ad quesitū sciēdū ē prio. ꝙ postq̄ pħs oñdit vniuersū eē pfec tā rōe sue corporeitatis. z rōne sue vniuer salitatis rōne corporeitatis. q: hꝫ tres dimē siones. rōne vniuersalitatis q: extra ipm ni hil ē. ꝗ oia cōplectiꝫ. Iterum quia in tertio phi sicorū antiq̄ dixerunt infinitum eē extra qđ nihil est. ideo posset aliq̄s suspicari z dicere ipm vniuersū esse infinitū. ideo huic opinio ni occurrens pħs concludit ꝙ p̄ter determina tā pfectionē vniuersi considerandū est an ip sum vniuersū infinitū sit fm magnitudinē vel finitū. z quia hoc fieri non pōt nisi p̄mi tus sciaꝫ ptes ex q̄bus integraꝫ ipm vniuer sum z etiā nūer⁹ earūdē partium. ideo p pri⁹ pħs determinat de ipis principalib⁹ parib⁹ vniuersi z de nūero earū. que q̄dē principa liores ptes sūt ipa corpora simplicia. nā aīa lia z plante z cetera talia sūt secūdarie par tes que magis ptinent ad bene eē ei⁹ q̄ ad primariē ei⁹ integritatē.

Sciendū est secundo: ꝙ ad sciē dū numez z distinctionē principaliū partiū vniuersi scꝫ simpliciū corpoꝝ p̄mittit pħs aliq̄ circa numez z distinctioꝫ motuū locali um. q: motus localis est prim⁹ oim motuū z ideo ex distinctōe z nūero motuū localiū cō uenientius arguitur distinctio corpoꝝ. et de hac distinctione motuū localiū videbitur in sequenti cap. et questione.

Sciendū est tertio. Cum pħo ꝙ oē corpus physicū mobile est fm locum fm sui naturā. s. ꝗ ois magnitudo naturaꝫ. puta supficies z linea considerata put sunt termini corporū naturaliū. ita tamē ꝙ cor pora per se mouentur. alie vo p accidens. z hoc capiēdo corp⁹ put corpus ē de genere substātie. Et hoc ē qđ dicit pħs. oia phisica eē corpa z magnitudines fm se ipa mobi lia esse dicūt⁹ fm locū. Et ad ei⁹ pbationē adducit pħs diffinitiōeꝫ nature ex q sic ar gumentaꝫ. Corpora naturalia sunt q habēt naturā. sed natura est principium motus in eis in quibus est. ergo corpora naturalia ha bent principium sui motus in seipis: sed q̄ cūꝗ mobilia sūt q̄cūꝗ motu sūt etiā mo bilia localiter. licet non econuerso. eo ꝙ mo tus localis prior est omniū motuū. oia g̃ cor pora naturalia. naturaliter mobilia sūt mo tu locali.

Sciendū est quarto: ꝙ corpo rū naturaliū q̄dā sūt mixta z q̄dā simplicia. vt dꝫ. 2. phisicoꝝ. z cū mot⁹ sit act⁹ mobilis z actus ꝓportionetur suo pfectibili. oportet ipsos motus proportionari ~~omnibus~~ mo bilib⁹. ꝗ corpoꝝ simpliciū dꝫ eē motus loca les cor que. s. naturaliter cōueniūt ipis sūt simplices. z motus mixtoꝝ mixti. iō si corpa mixta interdū reperiantur moueri aliq̄ motu simplici. vt lapis mouetur deorsū. hoc tamē nō ē fm naturā ꝓpriā. ꝗ fm naturā elementi predominantis in ipis. Et hoc modo sanct⁹ Thomas distinguit motus simplices a mo tibus mixtis. s. ex parte corporum mobiliū ita scilicet vt motus simplex dicatur qui est alicuius corporis simplicis. Albertus tamē aliter distinguit et de hoc videbitur in seq̄n ti questione.

Sciendū est quinto: ꝙ vt hab3 sanctus Thomas. corpus simplex est quod habet principium alicui⁹ mot⁹ naturalis i seipso fm naturā propriam. sicut patet de ig ne qui ē simpliciter leuis z de terra que ē sim pliciꝫ grauis. et de spēb⁹ coꝝ sicut flāma di

suis sicut motus / corpori simplici et mot⁹ cor. per. mixti corporib⁹ mixtis

citur species ignis. ⁊ etiam sicut sunt media elementa quoꝝ aer habet maiorē affinitatē cū igne et aqua cū terra. Sꝫ corp⁹ mixtus est ꝙ ſm ſapīm non habꝫ pricipiū alicuius motus simplicis. Vel aliter possꝫ dici ꝙ corpus simplex ē qḋ n̄ ē resolubile in partes diuersarū rationū hoc est specierū. ita ꝙ cōpositū est ex materia ⁊ forma simplicibus. sic ꝙ forma eius non gerit in se virtualiter pfectiones aliarū formarū specificarū. cuiusmodi est forma elemēti vl̄ vniuersi que simplex est ſm essentiā vel virtutē. Materia etiam elementi vel alicui⁹ corpis simplicis nō est resolubilis in plures materias. ⁊ cū mot⁹ seq̄tur formā q̄ñ est effectus nature ⁊ forma pn̄cipaliter est natura. sequit ꝙ corpis simplicis hoc est habēns simplicē formā ⁊ materiam vnus est motus simplex.

Conclusio responsiua. vni⁹ cor

poris simplicis nō est nisi vnus motus simplex ſm naturā ꝓpriam. Probaſ. q: vni⁹ corporis simplicis nō est nisi vna ꝓpria forma ⁊ simplex. ſ effectus cōsequiſ formā vt dictū est. q: motus est effectus nature. ⁊ forma pn̄cipaliter est natura. ergo vni⁹ corpis simplicis nō est nisi vnus motus simplex. Et notāter dicebaſ ſm naturā ꝓpriam. quia idē corpus simplex bene mouet diuersis motibus. vno modo ſm naturā ꝓpriam ⁊ alio modo ſm naturam cōmunē. vt pbat vltima ratio ante oppositū. Videmus em̄ aquā quādoꝗ ascendere ſm naturā cōmunē ad replendū vacuū. Et si queraſ an sit eadē natura ꝓpria ⁊ cōmunis. Respōdeſ ꝙ in eodē est eadem ſm rem differens ſm rationē. q̄a alia ratōe diciſ propria ⁊ alia diciſ cōmunis ſm diuersos respectus. Nam inq̄tum ordinaſ ad esse ꝓpriū ⁊ ad cōseruationē ꝓpriā ro dr̄ natura ꝓpria. inq̄tum vo ordinaſ ad bonū ⁊ esse toti⁹ vniuersi dr̄ natura cōis. ⁊ sic vna ⁊ eadem natura ~~cōis~~ diciſ ꝓpria ⁊ cōmunis ſm diuersas rationes.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā diciſ vt alīs dicebaſ in phisic. celum habet in se principiū passiuū sui mot⁹. vt habet Albert⁹ in pn̄ti passu. dicens naturalissime celū moueri aīa motrice. ideo in corpe celesti nō ponunſ organa quib⁹ anima moueat ipm corpus celeste. sicut i corpe aialis ponunſ nerui ⁊ musculi quib⁹ aia mouet corpus ꝓpriū. Ad hoc autē ꝙ motus dicatur naturalis sufficit ꝙ sit a pn̄cipio intrinseco passiuo. sicut parꝫ in motu grauiū ⁊ leuiū. Ad secundaꝫ diciſ ꝙ illud non impedit motū celi esse regularē. q: pars formaliter dicta celi in hoc tempe non mouetur velocius q̄ꝫ in alio. quia ptes celi non moueṅſ in actu: ſ solum in potentia. ⁊ ideo in tali motu nō est diuersitas actualis: ſ solum potētialis. vt dicit sanctus Thomas. que non repugnat simplicitati motus. Ad tertiaꝫ dicitur ꝙ motus diciſ simplex. q: non est compositus ex veloci et tardo ſ quia est alicui⁹ corpis simplicis ⁊ nō quietis ~~est~~ indiuisibilis. nō

Anima soluta est in corpore questionis.

Sequiſ in textu. Omnis autem motus ſm locum ⁊c̄.

Queritur quarto vtrum vnius

~~corpis~~ tm̄ sint tres mot⁹ simplices. Arguitur ꝙ non. nam tm̄ sunt due magnitudines simplices. s. recta ⁊ circularis. ḡ tm̄ sunt duo motus simplices. tenet ꝯn̄a. nam ex numero magnitudinū simpliciū cōcludit pħs numerum corpoꝝ simpliciū. Secūdo sic. tot sunt motus simplices: quot sunt corpa simplicia. ſ quinꝗ sunt corpa simplicia. s. celuꝫ ⁊ quattuor elemēta. ergo sunt quinꝗ mot⁹ simplices. In oppositum est pħus in tertio capitulo hui⁹ libri.

Pro rn̄sione ad quesitum scien

dum est primo ꝙ postq̄ pħus ostēdit ꝙ omne corpus phisicū mobile est ſm locuꝫ. ⁊ ꝙ vnius corpis simplicis est vnus mot⁹ simplex ſm naturam ꝓpriam. cōsequenter in eodem capitulo philosophus ponit distinctionem motus localis. dicens ꝙ omīs mot⁹ localis quē vocamus lationeꝫ. aut est rectus. aut circularis. aut mixtus ex his. sicut ē motus obliqu⁹ illoꝝ qui hac vel illac feruntur. Quā distinctionē ꝓbat pħus. naꝫ mot⁹ simplices nō sunt nisi duo. s. motus rectus ⁊ circularis qui ꝓportionaliſ dicunſ ad magnitudinem rectam ⁊ circularē. Quia ergo nō sunt nisi due magnitudines. sequiſ ꝙ nō sūt nisi duo motus simplices. s. rectus ⁊ circularis. Sed arguit sanctus Thomas cōtra hanc distinctionē. q: trāscendētem in aliud gen⁹ scibile nō ꝯtingit demōstrare. vt diciſ primo posterioꝝ. ḡ incōueniēs est per diuisionem magnitudinū ꝑtinentiū ad mathematica

[illegible]

ricos aliqd ɔcludi circa motus ptinẽtes ad phisicos. Ad hoc dicẽdũ est cũ ipo. s. Thoma. ꝙ scia que se hz ex additiõe ad aliã vtitur principijs ei9 in demõstrãdo. sicut geometria vtitur principijs arismetrice. qꝛ magnitudo addit positiões sup nũex. Unde pũct9 dicitur vnitas posita in esse. Silr aũt corp9 naturale addit materiã sẽsibilẽ sup magnitudinez mathematicã. Jdõ n̄ ẽ incõueniẽs si naturalis in suis dimõstratõib9 vtatur pricipijs mathematicis. n̄. n. oĩno ẽ aliud gen9 phisicũ a gñe mathematico. sed aliquid addit phisicuz supra genus mathematicũ. Sed iterũ obijceretur forte contra ꝓbatiõnẽ. nã videtur eẽ falsum ꝙ solũ sunt due magnitudines simplices. vt recta et circularis. nam elica videtur esse vna linea simplex. quia oĩs ps ei9 est vniformis. et tñ linea elica nec est recta nec circularis. ḡ nõ tantũ sunt due magnitudines simplices. Ad hoc dr̄ ꝙ si elica consideretur quantũ ad eius originẽ nõ est linea simplex. s. recta et circularis. causatur eñ elica ex duob9 motibus imaginatis: quoꝝ vnus est linee circumeuntis columnã. alius ẽ puncti moti p lineã rectam. si eñ vtrũqꝫ motus sit et regulariter pficiatur constituitur linea elica p motum puncti in linea mota. sic ḡ relinquitur ꝙ solũ sit due magnitudines simplices. s. recta et circularis. Unde in antiq̃ translatione Auerrois mot9 rectus dicebatur equalis. Uñ simplicitatem motus aliqui volunt attendere ex parte dimensionũ. ita ꝙ motus simplex q̃ ẽ dimẽsionis simplicis recte. s. vel circularis. sꝫ vt in pcedenti q̃stiõe dicebatur ~~tertio~~ simplicitatem motus attẽdit ex simplicitate mobilis fũdatus in dicto philosophi dicẽtis in p̄senti cap. ꝙ corpoꝝ simpliciũ motus sũt simplices cõpositoꝝ vero compositi. Alij vero simplicitatẽ motus accipiũt ex simplicitate motoris.

Alij vero vt moderni dicunt ꝙ mot9 rect9 ẽ simplex ẽ q̃ est a medio vel ad medium sine participatione circularis motus. Sꝫ circularis simplex ẽ q̃ est sine participatiõe ascensus et descensus. Et iste opiniones non contradicũt inter se. qꝛ oẽs ista se concomitantur. s. simplicitas dimensionum mobilis et forme motoris.

Sciendũ est secundo. ꝙ cuz dicitur ꝙ motus circularis est q̃ ẽ circa mediũ. intelligit de medio mũdi qd̃ est centrũ grauitatis terre. tota enim que mouetur circa medium sui nõ mouetur proprie circulariter. imo motus eius ẽ cõpositus ex depssiõe et eleuatiõe.

Sed obijceretur cõtra illud qd̃ dictũ ẽ. nã sm hoc videretur ꝙ nõ oĩa corpora celestia moueantur circulariter. nam sm Ptholomeuz planete mouentur in ecentricis et epiciclis. et hic mot9 nõ ẽ circa mediũ mundi. s. circa cẽtruz grauitatis terre. sꝫ mot9 epicicli q̃ est circa cẽtrũ ipius epicicli qd̃ est circa circũferentiam orbis. centrũ aũt ecentrici est extra centrum mundi. et de hoc lati9 videbitur. Dicendũ est ḡ cũ doctore sancto. ꝙ phs nõ fuit huius opiniõis. sꝫ estimauit ~~et ad min9 nihil dicere in cõtrariũ~~ ꝙ motus corpoꝝ celestium est circa centrum grauitatis terre vt eũ ponebant astrologi sui tpis. Ptholomeus aũt inuenit motus ecentricoꝝ et epicicloꝝ ad saluandum ea que apparent in corporibus celestib9. que forte tñ possent aliter saluari concedendo tamẽ istos mot9 adhuc necessariũ ẽ oĩa corpa celestia moueri circa centruz mũdi sm motum diurnũ q̃ est supme spere secum reuoluens totũ vniuersũ. Et si dicatur vltra ꝙ motus circularis non est simplex. quia ptes celi circulariter moti ascendũt et descendunt. qꝛ planeta cũ est in auge plus distat a medio mũdi q̃ cũ est in opposito augis. ergo ascendit et descendit. ḡ motus celi nõ est simplex. Dicitur ad hoc ꝙ ascẽsus et descensus ꝓprie loquẽdo solũ capiũtur in istis inferioribus. s. infra cõcauũ orbis lune. Diceretur etiã ad formã obiectiõis ꝙ licet aliq pars determinata alicuius orbis q̃nqꝫ plus accedat ad mediũ mũdi et q̃nqꝫ plus recedat. tñ totus orbis sm extremales superficies equaliter semp distat a medio mundi. Et sic apparet ꝙ motus circularis est circa mediũ mundi. et motus rectus simplex est a medio vel ad mediũ. a medio si sit mot9 leuium. et ad mediũ si sit mot9 grauiuz. Et notanter dicitur ꝙ mediũ mundi est mediũ grauitatis terre et nõ magnitudinis. qꝛ cũ terra sit aquis discooperta sm aliquã partez sit ad vitã animantium tuendã. et alia pars sit aquis cooperta. pars discooperta continue calefit a sole et rarefit et leuificatur et ascendit. et ideo nõ est idem mediũ magnitudinis et grauitatis.

Quibus notatis sit cõclusio responsiua ad quesitum. Tm̃ sunt tres mot9 simplices. nã oĩs mot9 simplex vel est rectus

vel circularis. si circularis. sic est circa mediū mūdi. si rectus hoc ē dupliciter. vel est a medio. ⁊ sic est mot⁹ sursū. vel ē ad mediuꝫ. ⁊ sic ē motus deorsū. ꝑ tm̄ tres sūt mot⁹ simplices. Hoc aūt ē cōsonū prius dictis de ꝑfectione corpis q̄ cōsistit in trib⁹. ꝑ bn̄ ē ꝙ mot⁹ simplices diuidūt in tres. Hec tm̄ rō ꝑfecta ē ⁊ nō necessaria. q: solū dat q̄ndā adaptatiōeꝫ. ⁊ sic pꝫ responsio ad quesitū.

Ad rationes ante oppositum.

questiōis. Ad primaꝫ dr̄ ꝙ in genere supiori nō sūt. nisi duo mot⁹ simplices vt rō ꝓbat i genere tm̄ min⁹ generali repiunt tres. Ad vltimā dr̄ ꝙ i spāli sūt q̄nq; mot⁹ simplices ʒ in generali reducūt ad tres distinguendo eos in ordine ad mediū Sequit textus.

Si quidem igitur est mot⁹ simplex qui in circuitu corporis ⁊c̄.

Queritur tertio. Vtrum preter

q̄ttuor elementa ponēdū sit aliqd̄ corp⁹ simplex circulariť motū ab ipis realiter distinctū qd̄ essentia q̄nta a phis nūcupať. Arguiť ꝙ non. q: aer moueť motu circulari vt apparet in motu comete. etiā ignis circulariter moueť. ꝑ ꝓpter motū circularē nō opꝫ ponere corp⁹ simplex aliud a q̄ttuor elemētis. Secūdo nō oꝫ ponere tot mixta q̄t sīt mot⁹ mixti. q: mot⁹ mixti i ifinitū pn̄t variari. ꝑ nō ē necesse ponere tot simplicia corpora q̄t sūt mot⁹ simplices. ꝑ ꝓpt motū circularē nō opꝫ ponere quintū corp⁹. Tertio arguiť ꝙ pter q̄ttuor elemēta sint ponenda plura corpa simplicia. nā duo sunt mobilia motu recto. s. sursū ⁊ deorsū ꝑ erūt duo mobilia motu circulari. ꝑ erūt plura ꝙ q̄nq;.

Quarto arguiť. sicut pter q̄ttuor elemēta ponēdū ē corp⁹ mobile motu circulari ꝙ ē cā trāsmutatiōis iferioꝝ corpoꝝ. ita ponēdū ē aliqd̄ corp⁹ q̄escere qd̄ sit cā ꝑmanētie in reb⁹. ꝑ erūt plura quā q̄nq;. Ad oppositū est phs in. 2. cap. hui⁹ primi.

Pro respōsiōe sciendū est prio

ꝙ postꝙ phs pmisit quedā necessaria ad iuestigandū verā distinctiōeꝫ ⁊ nūeꝝ corporū simpliciū que sūt primarie partes vniuersi. ꝯñr ꝓpo incipit ad ꝓpositū argumentari ostendendo prio. ex natura ⁊ distinctione motuū simpliciū corp⁹ celeste eē alteꝝ a q̄ttuor elementis.

Sit igitur cōclusio prima preter

q̄ttuor elementa ponēdū ē q̄ntū corp⁹ simplex qd̄ est celū distinctū a q̄ttuor elemēt et circulariter motū ʒm naturā qd̄ a phis q̄nta essentia solet nūcupari. Hec ꝯclusio ꝓbať i textu. q̄nq; rōib⁹. pria ē. mot⁹ circularis ē mot⁹ simplex. ꝑ alicui⁹ mobil' simplicis. ⁊ꝫ ꝯña q: motui simplici corrñdet corp⁹ simplex et ecōtra. nā ⁊ si mixta q̄nq; motu simplici moueāt. hoc ē ʒm naturā elemēti in eis pdn̄antis mot⁹ aūt circularis nō ē alicui⁹ q̄ttuor elemētoꝝ prio ⁊ p se. q: q̄ttuor elemēta naturaliter recte mouenť. ꝑ ē alicui⁹ alteri⁹ corpis a q̄ttuor elemētis. ⁊ sic ponēdū est q̄ntū corpus simplex circulariter motū. Et si obijciť. q: duoꝝ corpm bn̄ est vn⁹ mot⁹ simplex ʒm naturā vt terre ⁊ aq̄ ē mot⁹ deorsū. ꝑ nō cuiuslibet corpis simplicis ē vn⁹ mot⁹ simplex ⁊ ꝓpri⁹. Rn̄deť ad hoc ꝙ mot⁹ locales nō couenīūt elemētis ʒm ꝙ calida ⁊ frigida sūt. ʒm q̄s q̄litates inter se distinguūť vt pꝫ ex. 2. d̄ generatōne. ʒ sibi cōueniūt ʒm grauitatē vel leuitatē. ⁊ q: in grauitate ꝯueniūt aq̄ et terra. iō ʒm h ec quodāmō dicūť vnū corp⁹ ⁊ quodāmō moueť vno motu Et sil'r diceret de aere ⁊ igne cōuenientib⁹ in leuitate. Verūtn̄ aqua ⁊ terra differūt in grauitate. q: terra grauis est simpliciter. aq̄ vo ʒm q̄d et in ordine ad supiora elemēta. ⁊ sic grauitas aq̄ differt specie a grauitate terre. iō hec magnitudines sūt principia mouēdi ad diuersa loca specie distincta. Et sil'r diceret de leuitate aeris ⁊ ignis. ¶ Si obijciať etiā contra hāc rōnē vt obijciebať in secunda rōne añ oppositū. Dicit ꝙ mot⁹ cōpositus nō corrñdet corpi mixto ʒm gradū mixtionis q̄ttuor q̄litatū primaꝝ qb⁹ etiā nō cōueniūt mot⁹ locales inquātū hmōi. ʒ ʒm diuersas ꝓportiōes in grauitate ⁊ leuitate.

Et si itex obijcieť. q: ʒm illā rōnem videtur ꝙ essēt plura corpora simplicia. q: sicut motus sursū et motus deorsū dicunť simplices ita etiam motus qui sūt ad alias positionū differentias. s. ad dexterū ⁊ ad sinistrū. ante ⁊ retro. Rn̄deť ꝙ cū corpa simplicia sint essentiales ptes vniuersi oꝫ ꝙ mot⁹ simplices ipis corporibus simplicibus naturales attendanť ʒm cōditiōem vniuersi. qd̄ cum sit spicū vt postea ꝓbabitur. oportet ꝙ motus eius attēdanť p cōpatōeꝫ ad mediū qd̄ ē im

mobile. q: ois mot⁹ sup aliq̄ imobili fūdat. ſ̄m habitudinē ad mediū nō attendit̄ nisi simplex diuersitas in motu ſ̄m q̄d contingit moueri a medio. ad mediū ⁊ circa medium. dextrū aūt ⁊ sinistrum añ ⁊ retro solū considerantur in animalibus ⁊ in celo ⁊ nō ponūtur in motu elementoꝝ. vt postea ꝓbabitur in secūdo hui⁹. ⁊ c. Pro secūda rōe ad cōclusiōẽ suppōnūt̄ tria q̄ꝝ duo habet̄ i litera. et tertiū ē ad sensū manifestū. Primum est ꝙ mot⁹ cōueniēs alicui corpori cōtra naturam cōtrariat̄ motui cōuenienti sibi ſ̄m naturā. Secūdo ē ꝙ tm̄ vnū vni ē cōtrariū q̄d est intelligendū ſ̄m idē q: nihil differt idē ſ̄m diuersa pluribus ꝯtrariari vt vnū viciū reliquo vitio ⁊ virtuti cōtrariat̄. tertiū est q̄d ē ad sensū manifestū. s. ꝙ est aliq̄d corpus motū circulariter. Tunc formatur secunda ratio. q: vel motus circularis conuenit illi corpori ſ̄m naturā. aut p̄ter naturā. si ſ̄m naturam. tunc non potest esse aliq̄d quattuor elementorum vt patet ex prima rōne. ⁊ sic habet̄ intentū. si p̄ter naturā tunc contrariat̄ motui q̄ sibi conuenit ſ̄m naturā. ⁊ ita si tale corpus sit ignis cōtrariabit̄ motui sursum ignis. cui etiā cōtrariat̄ mot⁹ deorsū. ḡ nō tantū vnū vni opponit̄ q̄d est cōtra aliā suppositionē. ⁊ pari mō ostendet̄ ꝙ nō sit aliquod aliud a quattuor elementis ꝙ sibi ꝯueniat ille mot⁹ ſ̄m naturā. ⁊ sic habetur intētū. Tertia rō ad ꝯclusionē motus circularis est prior motu recto. nam circularis ꝑfectior est eo. nam linea circularis ꝑfectior est recta. Quia circulari nihil ṗt addi recte finite aliq̄d ṗt addi. si vo fuerit infinita ē impfecta. q: caret fine et ꝑfectione. ⁊ sic motus circularis ē prior recto. s mot⁹ prior naturaliter est prioris corporis. cum ḡ mot⁹ simplex sit naturaliter alicui⁹ corpis simplicis q̄d nō dicitur aliquod elementoꝝ. seq̄tur ꝙ motus circularis ē naturalis alicui corpori dignori ⁊ priori ip̄is elementis. Et si obijciatur ꝯtra hanc rōnem. nam linea recta habet principium medium ⁊ finem in q̄bus ꝯsistit ꝑfectio vniuscuiusq̄ rei. ḡ nō ē impfecta. Dicitur ad hoc ꝙ aliquid sit ꝑfectum particulariter oportet ꝙ habeat principium mediū ⁊ finē in seipo in quib⁹ ꝯsistit ꝑfectio vniuscuiusq̄ rei. Sed ad rōnē ꝑfecti simpliciter requirit̄ ꝙ non sit aliquid extra ip̄m. et hic modus ꝑfectiōis reperitur in primo corpore quod est aliorū corporum ꝯtentiuum. Et sic linea circularis dicitur ꝑfecta. quia nihil sibi pōt addi. linea vo recta dicitur impfecta. Et si arguitur iterū de diametro circuli etiam nihil pōt addi. ⁊ tamē est linea recta. ergo non cuilibet linee recte ṗt aliquid addi. Dicitur ꝙ diametrum pōt recipere additionem inquantum linea recta potest recipere additionē. licet ex pte mediū in quo est nihil possit addi sibi. Pro quarta rōne supponūtur duo. Primū est ꝙ ois motus simplex conueniens alicui corpori ꝯuenit sibi aut ſ̄m naturam aut p̄ter naturam. Secundum est ꝙ mot⁹ ꝯueniēs alicui p̄ter naturā ꝯuenit alteri ſ̄m naturā. Tunc arguit̄ sic manifestum est aliq̄d corp⁹ moueri circulariter. vt patet de supma regione aeris. et etiam de corporibus celestibus. vel ḡ ſ̄m naturā vel preter naturam mouetur non primum quia aer sicut ignis ſ̄m naturam propriam mouetur recte. ergo preter naturam mouetur circulariter. et per consequens oportet ponere aliud corpus ab igne quod ſ̄m naturā mouetur circulariter. tale autem corpus non est aliquod quattuor elementorum. ergo p̄ter quattuor elementa ponendū est q̄ntū corp⁹. Quinta ratio. solus motus circularis est ꝑpetuus. vt p₃ ex octauo phisicoꝝ. ergo corpori moto circulariter naturaliter ꝯuenit. Tenet ꝯsequentia. q: vt habet text⁹. q̄d p̄ter naturam est trāsit citissime. et hoc est q̄d d̄r. ꝙ nullū violentū ꝑpetuo durat. sed nullum elementoꝝ ſ̄m naturā mouet̄ circulariter. ergo preter quattuor elementa ponendū ē q̄ntum corpus circulariter motum ſ̄m naturam q̄d segregatum est a corporibus inferiorib⁹ ⁊ q̄litatib⁹ ip̄oꝝ. ⁊ tanto habens honorabiliorē naturā quāto plus elōgatū est ab hijs elementis situ ⁊ ordine. Et quo p₃ p̄mū celū inter cetera corpora celestia fore nobilissimū. q: ē ꝯtinēs oia ⁊ a nullo cōtinet̄. ⁊ iō suo mō excedit alia. sicut forma excedit materiā. q: ꝯtinēs h₃ ratiōnē forme ⁊ ꝯtētū materie. vt dicebatur. 4. phisicoꝝ.

Ad rationes ante oppositum.

Ad p̄mā dicitur ꝙ nec ignis nec aer mouet̄ circulariter ſ̄m naturā. sed preter naturam. ṡ est supra naturam ⁊ nō contra. nam nata sūt obedire corporibus superioribus. Secunda ratio soluta est. Ad tertiam dicitur ꝙ duo sūt m. bilia motu recto gener. subal

mobatur q̄ q̄ quattuor ele habet aliq sibi natura rectu

terno distincta: sed sunt plura specie distincta. similiter sunt plura mobilia motu circulari sm̄ speciē determinatā. sed omnia cōueniūt in hoc ꝙ mouētur circa mediū mūdi motu diurno. Ad quartā dicit ꝙ phus naturalis ex motu circulari deuenit in cognitōem corporis celestis: ideo non posuit corpus quiescens. sed posuit primū mobile qḋ per motum suū maxime vniformez est causa ꝑmanentie rerū. ⁊ posuit ꝙ motus solis sub obliquo circulo ⁊ alioꝝ planetarū est causa generationis ⁊ corruptiōis ꝑ accessum ⁊ recessum ad nos. vt videbit in secūdo huiꝰ. ⁊ in libro de generatōe. Theologi autē ꝓpter alium finē posuerūt corpus imobile qḋ celum empirreum vocauerūt. sed de hoc non est sermo apud phos. Sequit in textu. Quoniaz autem hec supponūtur ⁊c̄.

Cōclusio secunda. q ipossibile est eē aliquod corpus infinitum partiū dissimilium ptibus existentibus finitis fm nūerum. Patet nam si eēt infinitum fm numerū oporteret alterā eaꝝ aut plures eē infinitas magnitudine. quia ex finitis multitudine n̄ resultat. nisi finitum : sꝫ non est possibile aliquam partium primo ↄponentem aliquod mixtum infinitam eē magnitudine quod probatur quadrupliciter. Primo sic. nam si eēt possibile aliquam partiū taliū eē infinitam magnitudine vel eēt grauis vel leuis. ergo haberet grauitatē vel leuitatē infinitā qđ in p̄cedenti reprobatū est. Secūdo sic q: tūc haberet locū naturalē infinitū qđ nō potest dici. nā vt prius dictū est. locus deorsum finitus est & determinatus. ergo et locus sursum q: sicut vnū oppositoꝝ finitū ē ita & reliquū & p cōseqūs loc⁹ intermedius finit⁹ ē. Tertio si loca naturalia grauiū & leuiū eēnt infinita tunc mot⁹ sursū & deorsum eēnt infiniti qđ ē impossibile. nam si sic mobilia nunq̄ essent mota ad sua loca sꝫ qđ ē impossibile factū eē impossibile ē fieri. sic q nō ē possibile dealbatū eē nō contingit dealbari. sicut qđ impossibile ē iterū eē in eoꝝ tpū impossibile ē ire. ergo impossibile ē loca naturalia eē infinita

Quarto oē corpus hꝫ distentionē in oēs partē. si ergo aliqua ps mixti eēt infinita ipa haberet distentionē in oēm ptem sui & sic occuparet oēm locū. & sic alie ptes non possūt in ipso manere Et sic q non est possibile aliqđ corpus omoȝenū eē infinitū. Forsitā tū dicerent al quia q nō ē possibile aliqđ corp⁹ quāntatiuū vnū & cōtinuū eē infinitū sūt tamē infinita discreta & diuisa vt posuit Democritus infinita corpa Athomalia & Anaxagoras infinitas ptes carnis & ossis. Contra hoc replicat phs. q: si illa ponant nihil phibet hmōi corpa sic diuisa adinuicē cōiūgi quo facto ex ipis fiet vnū infinitū. & sic p̄cedit rō sicut prius.

Conclusio tertia. impossibile ē aliquod corpus similiū partiū eē infinitū. ptꝫ nā si sic haberet motū naturalē. vel ergo sursū ꝫ moueret vel deorsū aut circulariter. n̄ sursū nec deorsū. q: tūc haberet leuitatē aut grauitatē qđ p̄us ē iprobatū nec circulariter q: ipossibile ē aliqđ corp⁹ circulariter motum eē infinitū vt prius dictū ē. Unū nihil dicit corp⁹ circulariter motū eē infinitū & dicere celum eē infinitū sꝫ pbatū est celū nō eē infinitū q: tpe finito cōplet suā reuolutionē. ergo nō ē infinitū. Itē si eēt aliqđ corpus tale ifinitū eēt mobile. q: oē corpus ē mobile vt pbatꝫ ē in hoc libro. q: hꝫ naturā. & natura ē principiū mot⁹ & quietis. vel ergo naturaliter moueretur vel violenter si violēter necessario haberet aliquē motū sibi naturalē. q: mot⁹ violēt⁹ ↄtrariat naturali. si ergo haberet motū naturalē oporteret habere locū sibi naturalem q: locus naturalis ē terminus mot⁹ natural' vt patuit. 4. phisicoꝝ. Sꝫ ipossibile ē loca naturalia eē infinita vt pbatū ē. ergo ipossibile ē corpus omiomerū eē infinitū.

Ex hijs sequitur ↄclusio respōsiua. q ipossibile ē corpus sensibile eē actu infinitū siue sit omiomerū siue anomiomerum

Ad rationes ante oppositum. Ad primā negat assūptū. q: nō ↄtingit dare mai⁹ corp⁹ toto vniuerso. Et ad cōfirmationē geometricā dr: q geometra & mathematicus abstrahūt a motu sensibili vt alias dictū ē. iō capit lineā infinitā nō actu. q: imaginatio nō caperet se quātā quātitate indeterminata & nūq̄ capit tantū quin possit capere maiorē. nec pp̄terea sequit q ponat lineā actu eē infinitā. Sil'r diceret ad secundam. q si ignis n̄ habeat finitū p̄fixū sui augmēti. repugnat tā sibi actu eē infinitā. nūq̄ enī est tātus q̄n possit eē maior vt q̄dā volūt & videt autoritas p̄tedere.

infinitaz

ethereogeneus

sequit in textu. Et aũt oino ipossibile ⁊c̃.

Queritur duodecimo vtrum ex parte actõis ⁊ passiõis cõcludi possit aliqđ corp⁹ sensibile nõ esse infinituz. Arguit ꝙ nõ. nã si eẽt aliqđ corp⁹ infinitũ haberet virtutẽ actiuã ⁊ passiuã. g̃ eẽt actiuũ ⁊ passiuũ. ⁊ ꝑ ꝯñs si poneret aliqđ corpus infinitũ nõ ꝓpter hoc tolleret actio aut passio. g̃ ex parte actõis ⁊ passionis non p̃t cõcludi nulluz corpus esse infinitũ. Secũdo sic. virt⁹ motiua primi motoris est finita cum mouet corpus finitũ ⁊ tp̃e finito. g̃ ex p̃te actõis nõ p̃t ꝓbari nullũ corp⁹ infinitũ. In oppositũ est p̃hs in capitulo vltimo text⁹.

Pro responsione sciendũ ẽ primo ꝙ postꝙ õndit p̃hus euident nullũ corpus sensibile eẽ actu infinitũ rõne sũpta ex p̃te mot⁹ local. ꝯñter idẽ õndit ex p̃te actõis ⁊ passiõis q̃ oẽz motũ ꝯsequũt ⁊ postremo i vltimo cap̃lo hui⁹ tractat⁹ ad h̃ adducit q̃sdam rõnes logicales ex sīb⁹ ꝓcedẽtes.


Pro quo sciendũ est secundo ꝙ oĩe corp⁹ sensibile aut est actiuũ aut passiuum: accipiẽdo actiuum ⁊ passiuum extensiue nomĩe. aut mouẽs ⁊ mobile. q: omne corp⁹ sensibile necessario h̃z virtutẽ actiuã aut passiuaz aut vtrãq3. ⁊ si ẽ ad corp⁹ actiuũ necessario agit in corp⁹ finitũ aut infinitũ. ⁊ si est passiuuz necessario patit a finito aut infinito. Ostenso g̃ ꝙ infinitũ non p̃t pati a finito nec finitũ ab infinito: nec infinitũ ab infinito. ꝯñter cõclusum erit ꝙ nulluz corpus sensibile p̃t esse actu infinitũ.

Cõclusio prima. corpus infinitum non p̃t pati a finito. Probat. nã si nõ sit ita det oppositũ. ⁊ sit infinitũ patiẽs. a. et finitũ agens. b. ⁊ tp̃s in quo sit actio sit. g. qđ quidẽ tp̃s oportet eẽ finitũ. nam ois actio necessario h̃z finẽ. capiat g̃ ps finiti agẽtis b. q̃ sit d. ⁊ cũ virt⁹ ptis sit minor v̓tute tot⁹ sequit ꝙ illa ps. d. mouebit. in tp̃e. g. minus mobile q̃ sit. a. det g̃ illa ps ipi⁹. a. mota ab ipo. d. in tp̃e. g. ⁊ sit. e cum g̃ ipm. d. ad. b. habeat ꝓportõem capiat in ipo. a. ps q̃ se habeat ad p̃te. e. sic se h̃z. b. ad. d. ⁊ sit illa ps. z. Tũc arguit sic. sic se h̃z. b. ad. d. ita se habet. e. ad z. g̃ ꝑ locũ a trãsmutata ꝓportõe sicut se habet. d. ad. e. sic se h̃z. b. ad. z. s. d. mouet. e. i tẽpore. g. g̃. b. mouet. z. in eodẽ tp̃e. et in equali tp̃e. b. finitũ mouebit. a. et. z. scz finitũ ⁊ infinitũ totũ ⁊ p̃tẽ. qđ ẽ impossibile. g̃ impossibile est infinitũ pati a finito.

Conclusio secũda est. s. impossibile ẽ finitũ ab infinito pati. Probatur. q: si nõ sic det oppositũ. ⁊ sit agens infinitũ. a. ⁊ finitũ patiẽs. b. et tp̃s sit. g. ⁊ capiat ps infiniti agẽtis. a. q̃ sit. e. q̃ cũ sit minoris virtutis q̃ totũ nõ mouebit i tp̃e. g. totũ. b. mouebit g̃ p̃tẽ ipi⁹. b. sit g̃ illa ps. d. q̃ habebit ꝓportionẽ ad totuz cũ sit finitũ. capiat g̃ in ipo. a. alia ps q̃ se habeat ad p̃tẽ. e. iam acceptã sicut se h̃z. b. ad. d. tũc ꝑ locũ a trãsmutata ꝓportõe qđ iam cõclusũ est sup̃ illa ps secundo accepta in. a. mouebit ipm. b. i tp̃e. g. q̃re finitũ eq̃li tp̃e mouebit ab infinito ⁊ finito a toto et p̃te qđ est impossibile. igit finitũ nõ potest pati ab infinito.

Conclusio tertia. infinituz non p̃t pati ab infinito. Probat. q: si non det oppositũ: et sit ifinitũ agẽs. a. ⁊ infinitũ patiẽs b. et tp̃s. g. capiat g̃ ps infiniti patiẽtis q̃ sit d. cũ g̃ infinitũ agens magis cõualescat supra p̃tẽ ipius. b. q̃ totũ: sequit ꝙ ipam mouebit in p̃te tp̃is. g. sit igit illa ps tp̃is. z que cũ tp̃s finitũ sit habebit ꝓportõem ad totũ tp̃s. capiat g̃ alia ps i ipo patiẽte infinito. b. q̃ se h̃z ad p̃tẽ. d. iã acceptã. sicut se h̃z totuz g. ad p̃tẽ. z. cõcludet g̃ ꝑ locũ a trãsmutata ꝓportõe ꝙ sicut. d. mouet a toto. a. i p̃te temporis ipi⁹. z. ita illa secũda ps ipi⁹. b. mouebit ab ipo toto. a. in toto tempe. g. g̃ inequali tp̃e infinitũ mouebit finitum ⁊ infinitũ. impossibile est g̃ infinitũ pati ab infinito.

Quare sit ꝯclusio responsiua. s. ꝙ ex p̃te actõis ⁊ passiõis sufficiẽt cõcludit nullũ corp⁹ sensibile esse actu infinituz. q: si eẽt aliqđ infinitũ tale nec eẽt actiuũ nec passiuũ. mõ oẽ corp⁹ sensibile ẽ actiuũ vl passiuũ. Et i rõib⁹ harũ ꝯclusionũ sp supponit ꝙ v̓t⁹ ptis mior ẽ v̓tute toti⁹. supponit etiaz ꝙ ois actio fit i tp̃e finito. q: tp̃s infinitũ ñ h̃z finẽ. ⁊ oportet oẽm actõem h̃re finẽ. nã ipossibile ẽ fieri qđ ipossibile ẽ factũ eẽ. supponit etiã ꝙ oẽ finitũ ad finitũ h̃z ꝓportõez. Et ꝑ h̃ p3 rñsio ad q̃situ. igit ⁊c̃. Deinde p̃hs ꝓbat hãc cõclusionẽ rõnib⁹ logicis. Prima si eẽt aliqđ corp⁹ sensibile actu infinitũ vl moueret circulariter vl recte. non primũ. q: mot⁹



circularis ē circa mediū. mō in infinito nō ē dare mediū sicut nec extrema. nec moueret̄ recte. q: oē mobile motu recto naturalr̄ mobile ē ad aliquē locū. et violēte ad locū oppositū. et cū loc⁹ sit equalis locato si eēt mobile motu recto oporteret eē duo loca īfinita. et cū locus nō sit sine locato seq̄r q̄ eēnt duo infinita corpa qđ ē īpossibile. Secunda rō. oē corpus mouet̄ ab alio, siue naturalr̄ siue violente. ꝫ virt⁹ mouentis sp̄ dꝫ excedere resistentiā mobilis. ergo si eēt corp⁹ infinitū virtus mouentis eēt infinita. et cū eēt aliud ab eo sequeret̄ q̄ iā essent duo infinita. Nā q̄ virtus infinita nō possit esse finiti corporis. nec finita īfinitiā pbatū ē. 8. phisicorū. Sꝫ q: ad hāc rationē posset aliq̄s dicere q̄ aliq̄ mouent̄ a seipis. et ita si ponam⁹ aliqđ corpus infinitū poterimus dicere q̄ a se pomouebit̄. q̄re nō oportebit duo eē īfinita. ꝯ hoc ponit pħs tertiā rōnē. q: oē qđ mouet̄ a seipo aiatū ē. ꝫ oē aiatū finitū est. q: hꝫ determinatā figurā et determinatā pportionē partium ad totū. ergo īpossibile ē aliqđ corp⁹ infinitum eē aial aut aiatū et p ꝯñs mouens a seipo.

Et q: etiā ad has rōnes posset aliq̄s dicere q̄ nō est aliqđ corp⁹ vnū vere cōtinuū īfinitū. ē tñ aliqđ corp⁹ īfinitū cōstitutū ex athomis p vicinitatē adinuicē queadmodū pbauerūt Democrit⁹ et Leusipp⁹. Jō adhuc cōtra hoc ōndit pħs q̄ nō ē possibile ĭlo mō ponere corp⁹ īfinitū. q: fm democritū illa athomalia sūt eiusdē et vni⁹ generis et nature positiōe ordine et figura dūtaxat differētia ꝫ eorū q̄ sūt eiusdē nature idē ē mot⁹ toti⁹ et ptis vt vni⁹ similis ignis et toti⁹ ignis. q̄re si vnū illorū athomaliū sit leue totū cōstitutū ex illis athomalibus erit leue. et p ꝯñs nullū erit graue et si vnū sit graue totū erit graue. et sic nullū erit corpus leue. Itē vbi nō ē assignare mediū nec extrema ibi nō ē assignare sursū aut deorsū. q: deorsū ē mediū et sursū extremū. Sꝫ in toto cōposito ex athomis et vacuitatib⁹ si sit infinitū nō erit in eo assignare mediū nec extrema. iō nec sursum nec deorsū. et p ꝯñs nihil erit graue aut leue q: graue ē qđ mouet̄ deorsū. et leue qđ mouet̄ sursū. ergo nō pōt poni corpus īfinitū quēadmodū posuerūt illi antiq̄. Sic ergo ex oibus istis patꝫ intētio. p. in hoc tractatu. vtꝫ qđ nullū ē corpus īfinitū sēsibile. Ex q̄ infert̄ p̄t q̄ nec mathematicū siue intelligibile. q: nō sūt corpa mathematica nec itelligibilia fm esse existētia pter sensibilia. igit̄ et c̄.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā concedit̄ q̄ si eēt aliquod corpus sensibile infinitū oporteret ipm habere virtutē infinitā. q: hoc ē īpossibile. q: ad positiōꝫ virtutis naturalis infinite sequūt̄ contradictoria. ideo īpossibile ē aliquod corpus sensibile eē infinitum actu. Ad secundā conceditur assumptū ꝫ dicatur q̄ prim⁹ motor nō est agens naturale simpliciter. Sꝫ p itellectū et voluntatē. iō nō oportet q̄ agat fm vltimum sui posse. hic aūt ē sermo đ virtute actiua naturali vel passiua et de agēte naturali. Seq̄r in textu. Omnia āt nec p̄les.

Queritur tredecimo. vtrū si essent plures mundi terra vni⁹ naturalr̄ moueret̄ ad terrā alteri⁹.

Arguit̄ q̄ nō. q: si essēt plures mundi terra vni⁹ mūdi adhuc haberet naturalē iclinatiōē eā quā ante habebat scꝫ naturalē ad mediū huius mundi. ergo si essent plures mundi adhuc inclinaret̄ naturaliter terra ad terram huius mundi. Secūdo arguit̄. si terra huius mundi casu posito naturaliter moueretur ad medium illi⁹ mūdi sequeretur q̄ naturaliter ascenderet qđ ē impossibile. ptꝫ ꝯña. quia nō pōt vere moueri naturaliter ad medium alteri⁹ mundi. nisi naturaliter pcedendo a medio hui⁹ mūdi accedendo ad extremū. et hoc ē ascēdere.

Ad oppositū ē pħs in tribus primis capitul̄ hui⁹ tractatus.

Pro responsione sciēdū est primo q̄ postq̄ pħs pbauit totū vniuersū corporū nō eē infinitū fm magnitudinē h̄ ꝯñr ōndit ipm nō eē infinitū fm multitudinem pbando q̄ nō ē nisi vn⁹ mundus. et hoc triplici rōne. q̄rū prima sumit̄ ex pte inferiorū corporꝫ. Secunda ex pte superiorū. Tertia ex pte vtrorūq̄. Pro prima rōne pmittit q̄tuor suppositiōes. Prima ē. q: oē corp⁹ naturale inferi⁹ naturalr̄ mobile ē et etiā violēte. naturaliter quidē. q: hꝫ in se naturā. violente quidē. q: quodlibet tale p virtutē fortioris agentis trāsmutari pōt a sua specie cū corruptibile sit. ergo et a proprio loco. Secunda suppositio est q̄ oē corpus naturaliter quiescens in aliquo loco est mobile naturaliter ad illū locum et econtra. et si violente

quiescit etiā violente mobile ē.rō ē q: quies est finis mot⁹.iō ꝓportionari dñt mot⁹ ꝛ q̇es. Tertia suppositio ē ꝙ si aliq̇s motus cōueniat violente alicui corpori cōtrarius ē sibi naturalis. Quarta ē si essent plures mūdi ex quib⁹ cōstitueret̃ vnus mund⁹ cōuenirent in specie et virtute cum corporib⁹ ex q̇bus constituitur alius mundus. Qđ ꝓbat pħs dupliciter. primo: Nisi ita eēt tūc isti plures mundi solo nomine conuenirent sicut et partes corū.ꝛ ita ꝓpṫ hec nō deberēt dici plures mundi.sicut sidus celeste ꝛ bellua marina nunq̄ dicunt̃ duo sicut plures canes. et tamen illi qui posuerūt plures mundos dixerūt eos vniformiter se habere in noīe mūdi. Secūdo q: mot⁹ simplicium corpoꝝ ex q̇bus cōstituit̃ alius mund⁹ finiti sūt ſm speciem.nō enī sūt nisi tres vt oñsū est.ꝛ ita si essent plures mundi oporteret etiā corpa alteri⁹ mundi habere vnū vel plures illoꝝ motuū q̇ cōueniūt corpib⁹ huius mūdi.sed q̇ꝝ corpoꝝ ē idē mot⁹ ſm specie illa sunt eadē ſm specie et virtute.igit̃ si essent plures mundi corpa vnius mundi essent vni⁹ speciei ꝛ nature cū corporibus alterius mundi vt terra vni⁹ cū terra alterius ꝛ sic de alijs.

Conclusio responsalis.

si essent plures mundi terra vni⁹ naturaliter moueretur ad mediū alterius.ꝛ ignis vni⁹ ad ignē alterius.ꝛ sic deinceps.pꝫ q: si eēt ita terra vnius mundi cū terra alterius est eiusdē specie ꝛ virtutis cum terra alteri⁹ sed corporū eiusdē speciei motus naturalis est ad eūdem locum naturalem.ergo terra vni⁹ mundi ad mediū alterius naturaliter moueretur q: mediū vnius mundi ē locus natural' alterius mundi. Itē si eēnt plures mundi t̃ra vnius mundi moueret̃ ad mediū alterius mundi vel violente vel naturaliter.nō violente.q: naturaliter mouet̃ recedendo a medio huius mundi vt habet̃ ꝑ secundā suppositionē.ſ videm⁹ ꝙ natura terre hui⁹ mundi nō ē moueri recedēdo a medio hui⁹ mūdi ḡ nec a medio alteri⁹ mūdi.cū eēt eiusdē speciei ꝛ nature cū terra hui⁹ mūdi.q̄re seq̇t̃ ꝙ terra naturalit̃ moueret̃ ad mediū alterius mūdi. Uel argueret̃ sic.Terra hui⁹ mundi naturalit̃ q̇escit in medio.ergo etiā terra alterius nata est quiescere alterius naturaliter in medio hui⁹ mundi cum sint eiusdem nature.ḡ ꝑ secūdā suppositōꝫ naturalit̃ moueret̃ ad mediū hui⁹ mūdi.sic ḡ si eēnt plures mundi.terra vni⁹ naturalit̃ moueret̃ ad mediū alteri⁹ Et q: hoc ē īpossibile. q: ex ħ sequeret̃ ꝙ terra ascēderet vt ꝓbat secunda rō ante oppositū.ḡ ꝛc̄. Et sic argueret̃ đ igne ꝙ naturalit̃ descēderet q̄ sūt īpossibilia.

Conclusio secunda.

nō sūt plures mundi.ꝓbat̃.q: terra hui⁹ mundi naturalit̃ moueret̃ ad mediū alteri⁹.ꝛ sic naturaliter ascēderet qđ ē īpossibile.ꝛ tñ si eēnt plures mūdi terra vnius naturalit̃ moueret̃ ad mediū alteri⁹.ḡ nō sūt plures mūdi. Sꝫ cōtra obijciūt q̇dā ꝑ ħ.terra vni⁹ mūdi tātū distat a medio alteri⁹ ꝙ nō possꝫ ad eū moueri. Sꝫ ad hāc obiectionē r̄ndet pħus ꝑ ħ ꝙ cū mot⁹ naturalis cōueniat mobili a pn̄cipio intrinseco nō pōt ab eo remoueri naturaliter ꝑ distantiā localē. Sꝫ iuxta .2m.cap. tertiū oīj̄ciūt.q: q̄uis terra vni⁹ mundi eēt eiusdē speciei cuꝫ terra alteri⁹ mūdi.ꝛ ita de alijs differret tñ numero ꝛ ita vt dicunt illa terra moueret̃ ad diuersa loca nūero. lꝫ eēnt eiusdē speciei.ꝛ ita nō seq̇t̃ ꝙ terra vni⁹ moueret̃ ad locū terre alterius. Sꝫ ad hoc r̄ndet pħs.q: huic terre nō contingit mutatio naturalis ſm ꝙ hec.ſ ſm ꝙ terra.ꝛ iō q̄lꝫ terra habet inclinatiōēꝫ naturalē ad eūdē locū nūero ad quē ꝛ illa t̃ra. Itē remouet pħs obiectionē dicentis ꝙ mot⁹ corpoꝝ nō sūt ad determinata loca. Contra qđ arguit.q: oīs mot⁹ naturalis ē ex quodā termio in q̄ndā terminū determinatū.q: oīs motus naturalis ē de cōtrario in cōtrariū q: motui circulari nullus ē mot⁹ contrarius. R̄ndet ꝙ licet totali motui circulari nō sit ali⁹ totalis motus cōtrari⁹ tñ in motu circulari reperit̃ q̇dā oppositio q̄ attēdit̃ ſm termios diametri.ꝛ sic oīs naturalis mot⁹ ē a determiato ī determinatū terminū. Qđ ꝓbat inductiōe ꝛ signo. Inductiōe sic.q: sanatio ē ex egritudine i sanitatē.ꝛ augmētatio a puitate i magnitudinē.ꝛ sic in oī motu naturali. A signo sic arguit̃.q: si mot⁹ nō haberet determinatū terminū tūc eēt infinitus ꝛ cū mot⁹ natural' sit velocior in fine q̄ in principio. ꝛ sic motus naturalit̃ in infinitū velocitaret̃ ꝛ sic eēt infinita velocitas vel tarditas. q̄ sūt īpossibilia igit̃ ꝛc̄. Sꝫ iuxta tertiū ca. ponit pħs opinionē dicētē grauia a leuia ñ naturalit̃ moueri ad loca determiata.q: credide

runt corpa moueri p quādā extrusionē et violentiā et hoc mō corpa nō habere loca determinata ad q̄ simplr mouea . Cōtra h arguit phs tripliciter. Primo sic. q: seq̄ret q̄ maior terra tardius descēderet q̄ minor. q: facilius ē violēte pellere minus corpus q̄ maius. Secūdo seq̄ret q̄ terra descēdēs nō velocius descēderet i fine q̄ in pncipio. cuius oppositū manifestū ē ad sēsū. Pz tn̄ q: oia q̄ moueā p extrusionē q̄nto lōgius sūt a pncipio extrudē te tāto tardius moueā. Tertio oia corpa naturaliter ferūā ad illū locū a q̄ violēte recedūt. s elemēta violēte recedūt a determinatis locis vt terra a medio mūdi. g elemēta naturalit ferūā ad determiata loca et n̄ p extrusionē. Et si q̄ra vñ ē q̄ motus naturalis velocior ē in fine q̄ in pncipio. Rñdet. s. Tho. q̄ cā ē q: mobile q̄nto plus accedit ad locū generabilē et pprium in q̄ ē virtus et cōseruatiua et generatiua eius. tāto plus confortatur et fortificaā virtus motiua eius. iō velocius mouea. Hoc ergo istabat ondere. q: nihil refert quedā eē falsa q̄ tn̄ nō sūt impossibilia. ergo sunt que concernunt vltimam rationē q̄ sumitur ex pte inferioz corpoz. Secunda rō ad cōclusionē q̄ sumiā ex pte. s. celi est. q: motus primus. s. superioris corpis. s. celi ē sempiternus. g a motore infinite virtutis q̄ necessario inumerabilis ē. g ē vnus nūero. q: multiplicatio indiuiduoz sub vna spē nō ē nisi p materiā. g ē vnicus pmus motor. g ē vnicū primū mobile. et p pns est vnicus mundus.

Et si obijciatur. q: motor celi mouet celū sicut amatū et desideratū. mō nihil phibet vnū et idē amari et desiderari pluribus. g si sit vnus motor ifinite virtutis nō seq̄ā q̄ sit vnū motū ab eo. Diciā ad hoc q̄ lz idē a pluribus appetaā et desideraā. hoc tn̄ nō pt eē equaliter. s fm magis et minus. et vbicūq̄ repeciunā aliq̄ q̄ se habent ad vnū fin ordinē magis et minus oportet q̄ inter ea sit vnum primū et ob hoc cū celū sit id qd̄ mouetur a primo motore oportet q̄ celū sit vnū. et p pns mundus sit vnus. Tertio arguitur ad cōclusiōez ex pte oim corpoz in cōi. q: sicut sunt tria corporalia elementa ex quibus iste mundus cōstituitur. scilicet corpus graue. corpus leue. et centrum. ita oportet esse tria loca ipsorum elementorum quorū vnus sit circa mediū. alius qui est locus extremus alius qui est locus medius qui sit corpis leuis. sed si essent plures mundi terra huius mundi non esset in medio huius mūdi. imo esset sup celū et supra ignem ergo terra non supponeretur omni corpori. nec celum esset supereminens omni corpori. nec ignis corpus mediū nec in medio existens. et sic patet q̄ non est nisi vnus mundus. Et si queratur qua vnitate est vnus iste mundus. Dicitur q̄ est vnus vnitate ordinis contiguationis quia vltima vnius corporis sūt simul cum vltimo alterius corporis. est etiam vnus vnitate virtutis formalis. quia cōtinens se habet ad contentum sicut formale ad materiale.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā cōcediā assumptū et negaā pseq̄ntiā. imo si essent plures mundi terra huius mundi naturaliter inclinareā ad mediū huius mundi et ad mediū alterius. et q: hoc est impossibile. iō per hoc cōcludiā q̄ non sūt plures mūdi. Sequitur in textu.

Primum autem diuidendū quō ingenerabilia et generabilia &c.

Queritur decimoquarto. vtrū possibile sit esse plures mundos.

Arguitur q̄ sic. quia in omnibus habentibus formam et materiam alia est ratio forme fm se et in vniuersale considerate. et alia est ratio forme et in materia. sed celum siue mundus habet formā in materia. ergo alia est ratio celi fm se et huius celi: et iō dicit phs. cum dico celum dico formam sed cū dico hoc celum dico formam in materia. s quorūcūq̄ ē alia ratio forme fm se. et alia rō forme in materia possunt esse plura indiuidua sub vna specie ergo possunt esse plures mundi. Secundo arguitur. mundus iste non constat ex tota sua materia. ergo possunt esse plures mūdi. añs ptz. quia extra hunc mundū est aliqd̄ corpus quod sic ostendiā. q: si esset aliquis in cōuexo vltime spere huius mundi. vel posset extendere brachium suum extra vel non. si sic. ergo extra celum est locus. et cum i omni loco sit natum esse corpus sequiā q̄ extra hunc mūdū ē corpus. ergo hic mundus n̄ pstat ex tota sua materia. si vero n̄ possit extēdere brachiū hoc est propter aliquod corpus resistēs. g quodcūq̄ dicatur mundus hz materiā

extra se. Tertio arguit᷑. mūdus iste fact⁹ ē a prima causa infinita. ꝫ potētia infinita nō totaliter terminat᷑ ad hūc mundū finitū. ꝫ ra‑tionabile est primā cām facere plures mun‑dos vt magis manifestet᷑ infinitas sue potē‑tie. Quarto arguit᷑. quāto aliqd est nobili‑us tāto est maioris virtutis. ꝫ mūd⁹ est no‑bilior q̄libet re naturali hic existēte ⁊ tn̄ quo‑libet res naturalis hꝫ virtutē faciēdi plura indiuidua. ꝫ a fortiori mund⁹ hoc est forma mūdi poterit pficere pl'a īdiuidua. Quin‑to arguit᷑. meli⁹ est meliora m'tiplicari q̄ mi‑nus bona. ꝫ mūdus est ens optimū. ꝫ ꝑ ↄse‑quēs melius est esse plures mūdos q̄ plura aīalia vel cetera hmōi. Ad oppositum est phus in vltimo capl'o hui⁹ tractat⁹ dicens. Itaqꝫ neqꝫ sunt plures celi neqꝫ fuerūt neqꝫ cōtingit fieri plures. sed vnū solum ⁊ perfe‑ctum est illud celum.

Sciendum est primo ꝙ postq̄ȝ phus pbauit ꝙ non sunt plures mūdi ↄse‑quēter ōn̄dit ꝙ nō pn̄t esse plures. q: illud re‑stabat ōn̄dere eo ꝙ nihil refert quedam esse falsa nō tamē impossibilia.

Sciendū est secundo ꝙ oīs for‑ma in materia existēs q̄ruȝ est de se cōīcabil' est plurib⁹ nō p̄t tn̄ cōīcari nisi in altero duo‑rum modorū. s. vel q̄a talis tota materia na‑ta est informari eā forma ⁊ non est ↄp̄hensa aliꝗ̄ vno indiuiduo vni⁹ speciei. vel si sit cō‑prehensa: illud tn̄ indiuiduū est corruptibile ⁊ dissolubile. ⁊ sic ꝑ corruptionē ipius pote‑rit generari alterū. Ideo dicit phus ꝙ si eēt vn⁹ nasus ↄposit⁹ ex oībus carnib⁹ ⁊ oībus ossib⁹ ex q̄b⁹ posset ↄponi nasus ille eēt disso‑lubilis. ⁊ si in eo esset simitas nō eēt nisi vn⁹ simus. nec possent plures esse. Ōn̄so igit᷑ ꝙ mūd⁹ iste cōstat ex tota sua materia qd̄ ostē‑detur pbando ꝙ extra celū non sit neqꝫ esse possit aliqd̄ corpus neqꝫ sensibile neqꝫ mi‑xtū. neqꝫ ꝭm naturā neqꝫ p̄ter naturā. neqꝫ eti‑am aliqd hn̄s habitudinē ad corp⁹. q: cor‑pora sensibilia sunt materia hui⁹ mūdi sup‑posito etiā hoc ꝙ iste mūdus sit ingenit⁹ ⁊ i‑corruptibil'. necessario sequit᷑ ꝙ nō est nec p̄t esse nisi vn⁹ mūdus. Et ꝑ pbanōe hui⁹. s. ꝙ extra celū nō sit corp⁹: notat phus qt modis dicit᷑ celū. dicēs ꝙ tribus modis. Primo mō dr̄: celū supma circulans spera circulant᷑ mo‑ta. Secūdo modo dr̄: celū aggregatū ex om‑nibus aliis circulariter motis q̄ infra supre‑mā sperā ↄtinent᷑. Tertio modo magis cōīt‑er ꝑ aggregatōe ex oībus corporib⁹ taȝ cir‑culariter motis q̄ recte. ⁊ hoc mō celū idē ē qd̄ mūd⁹ siue totū vniuersuȝ. ⁊ hoc mō capi‑tur cū dr̄: extra celū non eē corpus.

Pro quo sit ↄclusio p̄ma. extra celū circulant᷑ motū nō ē aliqd̄ corp⁹. Pro‑bat᷑ ↄclusio. q: vel esset simplex vl' ↄpositū. Non simplex. q: vl' eēt circulant᷑ motū vl' re‑cte motū. Nō circulant᷑. q: corp⁹ circulariter motū nō est natū egredi suū locū. vt patuit 8. physicorū. q: si egrederetur aut ascēderet aut descēderet. nō p̄t ascēdere neqꝫ descēde‑re nec naturalr̄ nec violēte. vt pbatū est prī‑us. ꝫ non p̄t egredi a suo loco. ꝫ extra celum non est aliqd̄ corp⁹ circulant᷑ motū. tenet cō‑seq̄ntia. q: ibi eēt naturalr̄ vl' violēte. si na‑turaliter cū idē sit loc⁹ naturalis corporū eius‑dē speciei. corpa ꝫ mūdi circulant᷑ mota na‑turalr̄ mouerent᷑ ad locū illi⁹ corpis moti ex‑tra celū. ⁊ sic corp⁹ circulant᷑ motū recederet a ꝓprio loco ⁊ ascēderet ⁊ descēderet. Neqꝫ p̄t dici ꝙ sit ibi violēte. q: cū ibi tūc natū est esse aliqd̄ corp⁹ ꝭm naturā ⁊ nō circulariter motū. vt ōn̄suȝ est. ꝫ recte motū qd̄ statim ꝓ‑babit᷑ esse impossibile. ꝫ non p̄t eē aliqd̄ cor‑pus extra celū circulant᷑ motū. Neqꝫ etiā re‑cte motū. q: ibi eēt ꝭm naturā: vel p̄ter natu‑ram. Nō primū q: loca naturalia grauiuȝ et leuiū simpliciū sunt in hoc mundo. cū ꝫ cor‑porū eiusdē speciei sit vn⁹ ⁊ idem loc⁹ nume‑ro: sequit᷑ ꝙ extra celū nō est aliqd̄ corp⁹ sim‑plex recte motū ꝭm naturā. Nec extra natu‑ram. q: tūc ibi esset natū esse aliqd̄ corp⁹ ꝭm naturā. q: vbicūqꝫ ē aliqd̄ corp⁹ simplex ex‑tra naturā illic natū est eē aliqd̄ corpus ꝭm naturā. modo extra celū non p̄t esse corp⁹ cir‑culariter motū ꝭm naturā vt pbatū ē. ꝫ nul‑luȝ corp⁹ p̄t ibi eē extra naturā simplex. Ex quo sequit᷑ ꝙ neqꝫ mixtū. q: ista nō hn̄t locū nisi ꝭm naturā simplicis in eis p̄dominātis. Et sic patȝ vniuersalr̄ nullū ibi eē corp⁹ ⁊ per ↄn̄s ꝙ celū ↄstat ex tota materia. ⁊ ꝙ mate‑ria celi siue mūdi sunt corpa sensibilia.

Conclusio respōsiua. nō possūt esse plures mūdi. Patȝ. q: mūd⁹ ↄstat ex sua tota materia: vt pbatū est. ⁊ est ingenitus et incorruptibilis: vt postea pbabit᷑. ꝫ non est neqꝫ fuerūt neqꝫ esse poterūt plures mundi.

Ex prima cōclusiōe sequit̃ ꝙ extra celum nō est locus neq̧ vacuū: neq̧ mot⁹ neq̧ tempus. Qz nō sit locus p3. q2 reperiret̃ locus sine corpe. Ex quo sequit̃ ꝙ neq̧ vacuū. quia vacuū est loc⁹ nō repletus corpe: vt dicebatur q̄rto phisicoꝝ. Ex quo sequit̃ ꝙ neq̧ motus q2 nihil mouet̃ nisi corp⁹. Nec etiā tp̄s. q2 tēpus non est sine motu. Ex quo vltra infert tex⁹ ꝙ entia q̄ sūt extra celū nō sunt nata eē in loco. sequit etiā ꝙ sunt imobilia. Ad videndū tm̄ qualit̃ extra celū entia esse dicātur.

Sciendu3 est ꝙ extra potest capi tripli. Uno mō positiue: vt illud est p̄prie extra locū qd̄ est in alio loco. vt dr̄ extra domu3 q̄ est in vico. Alio mō priuatiue. s. p eo qd̄ nō est in aliquo loco in quo natū est esse. τ istis duob⁹ modis capiēdo extra nihil ē extra celū. Tertio mō capit̃ negatiue. vt illud dr̄ extra locū qd̄ nō est in loco neq̧ aptū natum est esse sic ꝙ ɔtineat̃ et circūscribat̃ loco. τ hoc mō extra celū sunt aliq̄ entia. Et illud p3. q2 in vniuerso sunt q̄dā entia non circūscripta nec nata loco circūscribi. ḡ extra celu3 hoc mō sunt aliq̄ entia que vt dicit textus sunt inalterabilia. impassibilia. imobilia optimā vitā τ p se sufficientissimā hñtia quā pficiunt in toto eterno. a qb⁹ cūctis deriuatū ē eē τ viuere. his q̄dē clarius τ his obscuri⁹. Ratio primi q̄re sunt inalterabilia est ista q2 extra celū nō est mot⁹ neq̧ tēpus. ḡ sunt imobilia. impassibilia. τ insenescibilia. q2 tēpus seniū inducit. S3 spāliter pbat p̄hus de primo illoꝝ entiū. s. ꝙ sit primū imobile. q2 mouens imobile dign⁹ est τ pri⁹ mobili moto. ḡ si illud supremū ens eēt mouēs motū nam nō esset primū. Itē oīs mot⁹ est rōne carētie alicui⁹ boni. modo primū mouēs eternū cu3 sit optimū nullo bono caret: neq̧ alicui malo subiacet. ḡ est penit⁹ imobile. Ratio secūdi est. q2 hmōi entia hñt vitā intellectualē cu3 sint incorporea τ prima. modo primi ē regere τ ordinare alia: qd̄ est officiū intellect⁹. ergo habent optimā vitam. Ratio tertij ē. quia cū sint incorpea non indigēt aliquo ad cōseruatiōnē sui esse: neq̧ cōsecutionē operis que intellectualis est. ḡ habent vitā sufficientissimā τ nullo indigentē. Ratio q̄rta est. nam cu3 hec entia sint imobilia: incorruptibilia: τ incorporalia: duratio eorum excedit duratōem vite celi. τ cum duratio celi sit carens fine: sequit̃ ꝙ hmōi entia a fortiori pficiūt suam vita3 in toto eterno. Et cū apud grecos seculū τ eternū idem sunt: seculū tamen dicit̃ vno modo sm̄ quid. τ sic duratio hominis que est tēpus fo. sm̄ centū annoꝝ seculum homis dicit̃. Alio modo accipit simpliciter. τ hoc modo est duratio carens principio τ fine. Entia tamen de quib⁹ est sermo excedūt seculū hoc cum duratōe celi. nō sm̄ extensionē a priori in posterius sed q2 est duratio tota simul simpliciter τ indiuisibiliter comp̄hendēs sub se totū tempus lapsum a principio vsq̧ ad finē. Ratio quinti est. q2 a perfectissimo in omnib⁹ alijs deriuat̃ perfectio. ergo cum talia sint pfectissima ab ipsis deriuant̃ perfectiōes omnib⁹ alijs: que sunt esse τ viuere. Ratio vltimi est. quia nō omnia hec inferiora sunt eque ppinqua istis entibus. ideo his quedā clarius: his quedam obscuri⁹ pfectiōes iste elargiunt̃.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā cōceditur totus primus p̄cessus. τ ad maiorē secundi p̄cessus dicit̃ ꝙ veritatem habet solum in his que non constant ex sua natura: vl̃ que sunt generabilia τ corruptibilia cuiusmodi nō est mūdus. Ad secundam dicit̃ ꝙ nō extenderet brachiū non propter resistentiam extrinseci corporis: sed propter resistentiā ptiū vniuersi: quarū quelibet nata est a celo mediate vel imediate cōtineri. Ad tertiā negat̃ cōsequētia. q2 sapientie diuine nō cōgruit facere plures mūdos. nec in hoc minus manifestat̃ eius bonitas: imo plus dum ille fuerit pfectus. Ad aliā dicit̃ ꝙ maioris virtutis est facere vnū perfectū q̄ multa impfecta. Ad vltimā dicitur ꝙ ad summū ptinet ꝙ sit vnū. nā3 vnitas est quedā bonitas. nam accidit quācūq̧ rem perdi cū a bonitate recedit. Ideo simpliciter loquēdo non est verū ꝙ meli⁹ plus debeat multiplicari alijs. Et hec de q̄stione.

Sequitur textus. His autem determinatis dicamus post hoc vtrū ingenit⁹ aut ge. τc̃.

Queritur decimoquinto vtru3 totalis mūdus sit genitus et corruptibilis.

Arguit̃ ꝙ sic. quia omne cōpositu3 ex materia τ forma est generabile. mūdus est huiusmodi. ergo τc̃. Secūdo arguit̃. generatio est pgressio rei de potentia ad actu3. ḡ

mundus pcessit in esse de potentia ad actum. ergo mūdus genitus est. ɔña pbaf. q: mundus cōpositus est ex potentia et actu. mō in eodem potētia pcedit actū. ergo mūdus prius fuit in potētia q̄ in actu. ꝛ ꝑ ɔñs pcessit de potētia in actū. Tertio arguif auctoritate fidei nostre: que ponit mundū incepisse ꝛ desiturū fore. non q nullo modo postea sit sed ꝛ alio modo ꝛ alio statu. vt dicit Dionisius. In oppositū est phus in primo caplo vltimi tractat⁹ hui⁹ libri.

Sciendum est primo q postq̄ phus demōstrauit totū vniuersū finitū esse magnitudine ꝛ multitudine cōsequēter inquirit an finitū sit duratiōe et eternitate. Et circa hanc questionē phus sic pcedit. nā primo ponit opiniones antiquoꝝ phoꝝ cōtrarias sue opinioni et veritati et eas improbat. deinde questionē determinat fm opinionē ppriā ꝛ veritatē. Et huiusmodi pcedendi triplicem ratōem assignat ~~opinionū ɔtrariaꝝ~~. Prima est quia ratōes cōtrariarū opinionū sunt dubitatiōes. modo dubitatoꝝ solutio ē veritatis quesite manifestatio ꝛ inuētio. Secunda ratio est. q: per hoc magis credibilia sunt illis dicenda qui pᵃudierūt solutiones rationū ex quib⁹ dubitatio emergebat de veritate quesita. Tertia ratio est. quia oportet phos sufficiēter verū inqrere ꝛ iudicaturos nō ~~phibere~~ se inimicos neqꝫ emulos de quorū opiniōibus dijudicandū est ne odio opiniones cōdemnare videanf: qd tamē cōtingeret si opiniones assererēt falsas esse anteq̄ rationes earū ponerent ꝛ soluerent. Et istis de causis in hac questiōe ꝛ in omnibus alijs phus semp ptractat opiniōes antiquoꝝ anteq̄ fm opinionē ppriā determinet veritatē.

recitando opiniones contrarias

prebere

Sciendum est secūdo q vt dicit phus antiq qui fuerūt ante ipm de hac questione in hoc cōueniūt. q posuerūt mundū fuisse genitū. ꝛ q determinato principio temporis incepit per generatōem. qui autē antiqui tripliciter diuersificati sunt. Nam Orpheus ꝛ Hesiodus quos insecut⁹ est Plato dixerūt mundū incorruptibilē esse. Alij vo dixerunt mundū corruptibilē sicut ꝛ quodlibet aliorū generatorū. ita tamē q postea nō regenerabaf. ꝛ hui⁹ opiniōis fuit Democritus: ponens mundū a casu fuisse genitū per cōcursum athomoꝝ ꝛ aliquādo per segregationem eorūdē esse corruptibilē. Alij vo dixerunt mundū vicissim generari ꝛ corrumpi ita q illa vicissitudo semp durauit et durabit. ꝛ hui⁹ opiniōis fuit Empedocles: dicēs per litem ꝛ amiciciā mundū generari ꝛ fieri: vt al's dictum est. Ad h̄ etiā fuit Eraclit⁹ ponens aliquādo ignē exurere totum mundum ꝛ postmodū generari per ignem. q: posuit ignem principiū totius mūdi. Contra autem illas opiniōes ponētur tres conclusiones.

Cōclusio prima est q irrationabile est dicere mundū fuisse genitū ꝛ tamen esse incorruptibilē. Probatur. quia qd rationabiliter dicif habet veritatē in omnib⁹ vel in pluribus. sed in nullis videmus q aliqd sit genitū qd non corrūpatur. ergo talis positio est irrationabilis. Secūdo si mūdus sit genitus: tūc incepit esse ex aliqua materia pcedente fm aliqd tempus esse mūdi in qua materia erat in potentia ad aliter se habere. Cum ergo in mūdo sit aliqua materia ꝛ eadem ex qua factus fuit: sequitur si mūdus fuerit genitus ipa est in potētia ad aliter se habere. g̃ ē corruptibilis. Nec valet illud qd dicit Xenocrates et aliqui platonis discipuli: volentes sustinere Platonē. dicentes q licet Plato posuit esse genitum mundū: non tamen ex aliquibus que per tempus fuerūt anteq̄ sit ipe mundus. Sed sicut in geometricis descriptiōibus descriptores prius describūt aliquas ptes ꝛ postea alias. nō quidem q ipis pfuerunt anteq̄ ex ipis constituatur figura: sꝫ vt magis explicite ꝛ causa doctrine ostendāt illa q̄ circa huiusmodi figuras demōstrare volunt. Ita dicunt q Plato cum aliquos de natura mundi et partium eius vellet instruere generabat ipis totū mūdum ex partibus. primo partes accipiēdo. ꝛ inde ex ipis cōstituendo totū: vt magis explicite ostenderet quid partib⁹ cōueniret fm se ꝛ quid ratione cōpositionis: put scꝫ sunt in toto cōstituto. nō q vellet huiusmodi partes fm tempus pfuisse anteq̄ mundus constitueretur ex ipis. Contra istum Xenocratem arguit phus q non est simile in descriptiōibus geometricis et in cōstitutione mūdi ꝛ suis partibus. quia idem accidit ipis descriptiōibus siue simul accipiātur partes in

figura constituta: siue non. Siue enim accipiantur simul linee siue nō: dicim⁹ huiusmodi partes esse lineas et angulos. sed idez nō accidit de partibus mundi: si simul accipiantur vt sunt in toto cōstituto τ si non simul accipiantur. imo vt ipse Plato dicit in Timeo. elementa que erant inordinata āte costitutionē mūdi facta sunt ordinata scōstitutiōe. impossibile modo est idem simul esse ordinatū et inordinatuz. Ergo fm opinionem Platonis oportet dicere partes ex quibus mund⁹ est prefuisse antequam mundus ex ipsis constitueretur in esse. quare stat illud auxilium esse inutile. quia isti discipuli cōmunicabāt cū Platone in sua positione. Uerum est tamen quod aliqui docti et magni viri dicunt Platonem non intellexisse positionez suam vt verba sonant: sed voluit mundūz genitum esse hoc est habere esse a prima causa omnium. Quicquid tamen sit in hoc vt decet phus capit verba: et impugnat ad litterā fm quod verba sonant.

Conclusio secūda. dicere mūdū vicissim generari τ etiam corrūpi per hoc quod congregātur et segregātur elemēta per amiciciam et litem: est irrationabile. Probatur. quia generatio τ corruptio sunt mutatiōes in substantiam. modo per talem motuz congregationis τ segregatiōis non fit in ipsis elementis imediate mutatio in aliquo actu ali sed duntaxat in situ τ ordine. ergo propter hunc modum non est cōueniens dicere mundūz generari aut corrūpi. Unde vt habet phus hoc simile esset dicere sicut cum dicimus si ex puero fieret vir puerum corrumpi τ mundu generari.

Conclusio tertia. irrationabile est dicere mundū sic corrumpi quod postea generari non possit. Patet. quia fm sic ponentes mundus est genitus ex materia que antequam fieret mundus erat in potentia ad fieri et esse mundi. Cum ergo per corruptionem mundi non corrumpat huiusmodi materia: sed maneat. sequit quod per corruptionez mundi ipa adhuc erit i potētia ad esse τ fieri mūdi vt prius. τ per cōsequens incōueniens est mundum dicere esse genitum et postea corrumpi: et quod iterum generari non possit. Et sic patet quod opiniones antiquorum de generatione et corruptione mundi sunt irrationabiles.

Ex quo patet conclusio responsiua. scilicet quod mundus est ingenerabilis et incorruptibilis. Et hec conclusio latius plus probabitur postea. Uerūtamen per generatōem hic solū intelligit philosoph⁹ generationem phisicam et proprie dictam: presupponentē materiam primaz subiectum: quod etiam presupponit alterationem. et hoc modo ponere mundūz esse ingenitū non repugnat nostre fidei: imo cōfirmat. quia cum fides dicat mundū esse genitū accipit generatiōem cōmuniter pro simplici emanatione que nullo subiecto presupposito ab agente infinito est imediate.

Ad rationes ante oppositum.


Ad primam negatur consequētia. quia maior solum habet veritatez de materia prima notum admixta. Ad secundam negatur minor: si intelligatur de potentia phisica. Et ad probationem dicitur quod celum est compositum ex potentia semper actui cōiūcta. modo id quod subsumitur: scilicet quod in eo dem potentia precedit actum tempore hoc habz veritatem de potentia phisica non semper actui cōiuncta. Tertia soluitur in fine tertie conclusionis. Sequitur in textu. Quia autem non solum vnus est sed et impossibile fieri τc.

Queritur decimosexto vtrū omnis potentia terminetur ad maximuz. Arguitur quod nō. quia nō est dare maximū pondus quod fortes potest portare. ergo impossibile est potentiam aliquaz terminari ad maximuz. Antecedens patet. quia si detur maximuz pondus. vel ergo virtus fortis excedet grauitatem ponderis: vel non. non potest dici quod non. quia a proportione minoris ineqlitatis nō fit actio. Si dicat quod excedat: vel excedit indiuisibilit: vel diuisibiliter. Nō indiuisibiliter. qz excessus in indiuisibili non est excessus. quia indiuisibile additum indiuisibili non facit maius. Si diuisibiliter tunc diuidatur illud in quo excedit per medium: et addatur illi pōderi aliquid correspondēs medietati illius excessus. tūc sequitur quod fortes potest illud portare quare prius nō erat da

bat maximū pond⁹. ꝛ cū adhuc virt⁹ fortis excedat grauitatē pōderi diuisibilit poterit iterū diuidi excessus ꝛ addere fm medietatē pdicto pōderi ꝛ sic in infinitū. seqͥt ꝙ potētia nō ē determinata ad maximū. Secūdo arguit. potētia visiua auditiua ꝛ cetere tales nō terminant ad maximū. imo ad minimū. ḡ nō ois potētia finiat ad maximū. Ad oppositū ē pħs i.2.cap. hui⁹ tractat⁹.

Pro solutione sciendū est primo ꝙ postq̄ pħs mouit q̄stionē de duratōe mūdi. an. s. sit genitus vel igenit⁹. corruptibilis vel incorruptibil. ꝛ de illa posuit opiniōes antiquoꝝ eas iprobādo. pn̄r anq̄ veritatē determinet fm opinionē ppriā distinguit aliqua multiplicia. q: multiplex indistinctum parit confusionem nisi in vna significatione capiatur. iō distinguit pħs multiplicitatē hoꝝ noim. s. geniti ꝛ igeniti. corruptibil ꝛ incorruptibil. Et q: in rōib⁹ eoꝝ spālit corruptibilis ꝛ icorruptibilis claudūt possibile ꝛ impossibile. iō etiā ea distinguit.

Sciendū est secūdo p hmōi determinatiōe ꝙ in generatiōe sūt duo. s. inceptio essendi ꝛ determinat⁹ mod⁹ icipiēdi q̄ ē p generationē q̄ d: trāsmutatio naturalis. cū ḡ d: ingenitū. in potest dicere negationē in mō incipiendi vel ipius inceptiōis. si primū vel dicit illā negatiōez fm potentiā et actū simul vel fm actū tm̄. si primū sic ē prima significatio igeniti fm quā illud d: ingenitum qd nunc est et prius nō fuit. s nō icepit p generationē naturalē. ꝛ hoc mō diceret mot⁹ igenit⁹. q: motus non est motus nec mutatō. Si aūt neget actū incipiendi ꝛ nō potentiaz sic ē secunda acceptio fm quā d: ingenitum qd nōdū ē s pōt eē. vt puer nasciturus cras. Si vo inceptionē neget sic est tertia significatio. fm quā d: ingenitū qd non ē aut pōt eē p generatōnē nec alio mō. sic ꝙ qnq3 sit ꝛ qnq3 nō sit. ꝛ sic capit in pposito. Et opposito mō distinguit genitū corruptibile ꝛ incorruptibile. ꝛ hoc mō impossibilia ꝛ necessaria ingenita dicunt. Dicitur tn̄ impossibile dupliciter. vno mō simpliciter vt diametr. ē simeter. alio mō fm q̄d vidē ē ꝙ nō facile. ꝛ fm hāc determiatōnē posset distingui tertius mod⁹ igeniti. s in titulo q̄onis mote de generatione mundi accipit impossibile simpliciter. Ex qb⁹ faciliter sari pnt modi geniti per oppositū ad modos igeniti. Silr ē faciliter capi pnt modi incorruptibil distinguēdo tres modos ex pte desitiōis ꝛ mōi desinendi. sicut deriuan sūt tres modi igeniti ꝛ ex pte iceptiōis ꝛ mōi incipiēdi. ꝛ per oppositū capiat mōi corruptibilis.



Sciendum ē tertio. ꝙ circa modos possibilis ꝛ ipossibilis debet attendi determinatio eo ꝙ possibile ꝛ impossibile dicūtur. vno mō simpliciter ꝛ absolute. vt. s. illd dicatur impossibile qd fm se tale est vt possit esse verum. et impossibile quod fm se tale est vt non possit esse verum. Secūdo mō dicitur possibile ꝛ impossibile non simpliciter sed alicui ꝛ secūdū hoc attenduntur secundum potentiam actiuam vel passiuaz ꝛ reperiuntur in rebus naturalibus. ꝛ hoc modo accipiuntur magis phisice. vt scilicet agens vel patiens aliquod dicat potēs vl impotens. q: pōt in aliud vel nō pōt. Unde potentia actiua vt dicitur in textu ē principium trāsmutandi alterū vt alterū est. Passiua vo transmutandi ab altero vel inquantum ab altero. Ad videndū aūt quid dicatur possibile aut impossibile in ordine ad aliq̄z potentiā actiuā dicit pħs ꝙ oportet capere maximum in qd potest illa potentia. ꝛ illud est possibile respectu talis potentie. et omne illud quod est infra tale maximū ꝛ extra ē d impossibili. Et si obijcitur cōtra hoc qd dicit pħs ꝙ aliqd maximū possibile est alicui. ꝛ oē minimū cōtrarū infra illud erit possibile. ita ꝙ quicq̄d pōt in maius pōt in min⁹ p secundā rōnem ante oppositum. non seqͥt ꝙ si quis videat aliquod maius ꝙ ille minus videat. Ad hoc rndet ꝙ istud maximū pōt capi in re vel in virtute. si in re tunc talis excellentia attēdit in potentia actiua. si in virtute tūc maximū dz attēdi ex pte virtutis ꝛ potētie ꝛ nō rei. si eni aliq̄s pt pati ex paruo pōt pati a magno. Sz ecōtra ē in potētia actiua. si enim agat nō seqͥt ꝙ q̄ possit agere in paruū ꝙ possit agere i magnū. sed bn̄ potest econtra. Potest tamē vniuersalit dici ꝙ ois potentia terminatur ad maximū.

Albertus tamen deducit illud de potētia actiua. vbi dicēdū est ꝙ noiales assignāt multos modos terminoꝝ dicēdo ꝙ potētia actiua terminatur intrisece seu positiue ꝛ extrisece seu negatiue. Et similr ꝓcedat d pq

tentia passiua. Unde terminus intrinsecus actiue est maximũ in qđ põt. Sed terminus extrinsecus est minimũ in qđ nõ pt sic ꝙ inter ea in q̄ non pt illud est minimus. Et terminus intrinsecus potentie passiue est minimus in qđ pt. q: ab illo pati pt et a nullo minori. Sed terminus extrinsecus est maximũ a quo nõ pt pati sic ꝙ inter ea a qđ nõ pt pati hoc est maximũ. Et ista vera sũt licet a pħo nõ ponant̄ sed a sophisticis sunt adinuēta. Dicebāt etiā potentiā primo terminari ad resistentē. deinde ad instantem. tertio ad actũ. quarto ad velocitatē ⁊ tarditatē. Sed hec non sunt vera. q: potētia eēntialiter respicit actũ ⁊ per ipm cognoscit̄ cōplete ⁊ actus per obiectũ.

Ex quibus patet cõclusio. oīs

potētia terminat̄ ad maximũ vel ex parte rei: vel ex pte virtutis. Probat̄. q: potētia actus ⁊ obiectũ pportionaliter se hñt. nõ quicūꝙ actus: sed actus vltimus ⁊ maximus illius potētie cui actui non pportionat̄ qđ cũ ꝙ obiectuz: sed solũ vltimũ ⁊ maximũ. g̃ potētia non terminat̄ nisi p maximũ. si em̃ potētia possit in centum libras nõ cognoscet̄ in quinquaginta. et ita est in singulis. nã cuiuslibet rei eē cognoscitur in cõpleto termino.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primã negat̄ antecedēs. ⁊ ad pbatõem dr ꝙ oportet virtutē diuisibilē excedere põdus. Et cũ dr vltra ꝙ diuidat̄ talis excessus ⁊ fiat additio tali ponderi nõ oportet ꝙ adhuc possit ipm portare. q̄a quicũꝙ excessus est excessus in determinata pportiõe a q̄ si deficiet non poterit portare. Ad secundã dr vt prius dictũ est ꝙ in potentia passiua sumit̄ maximũ ex parte potētie ⁊ nõ ex parte rei.

Sequit̄ i textu. Determinatio autem his dicendum quidē deinceps ⁊c̄.

Queritur decimoseptimo vtrũ

ex pte sempiterni possit demõstrari oē incorruptibile esse ingenitũ ⁊ oē ingenitũ eē incorruptibile. Arguit̄ ꝙ nõ. quia falsuz nõ est demõstrabile. sed falsũ est oē incorruptibile eē ingenitũ vt pz in aīa rõnali ⁊ de celo q̄ incorruptibilia sunt: ⁊ tñ fuerũt genita. silr aliqui hoīes sunt facti incorruptibiles ⁊ fuerũt geniti. g̃ falsũ est oē incorruptibile esse ingenitũ. In oppositũ est pħus in tertio ⁊ quarto capitulis huius tractatus.

Sciendum est primo ꝙ postq̄z

pħus exposuit significationē geniti ⁊ corruptibilis de quibus patuit in q̄stione pcedenti: cõsequēter argumētari incipit ad hãc q̄stionem ppositam. an scz mũdus sit genitus ⁊ corruptibilis: ostēdēdo prius ꝙ nullũ ingenituz est corruptibile: ⁊ ꝙ nullũ incorruptibile est genitũ sed oē genitũ est corruptibile ⁊ ecõtra. Et debēt termini accipi in sua ppria significatiõe: put scz dicunt̄ de his q̄ sunt. nã pprie accipiēdo ingenitũ ⁊ incorruptibile ea q̄ sũt simplr impossibilia ⁊ non entia dicerent̄ simpliciẽ non genita. Debet g̃ accipi ingenituz p eo qđ nũc est nec prius verũ fuit ipm dicere non esse. ⁊ incorruptibile p eo qđ nũc ē et posterius non erit verũ dicere ipm non esse. Et q̄uis incorruptibile simplr possit q̄damõ dici sempiternũ: dz tñ capi p eo qđ sp est.

Sciendũ est secundo ꝙ veruz

falsum possibile et impossibile: ⁊ necessariũ dicũtur duplr scz simplr ⁊ ex suppositiõe. vt verũ est simplr triangulũ habere tres: sed falsum est supposito ꝙ triangulus esset q̄drāgulus. silr falsũ est simplr diametrũ esse simetrũ. i. cõmensurabilē lateri q̄drati. sed falsuz est ex suppositiõe te stare dũ tu curris. vñ falsuz ⁊ impossibile simplr nõ idem sunt. falsuz em̃ est te stare q̄n non stas. nõ aũt est impossibile ⁊ ideo si ex aliquo falso sequit̄ aliqđ impossibile oportet illud falsum esse falsũ simplr. cuz ergo impossibile sit aliquid eē ⁊ aliquid non esse simul si ex aliquo hoc inferat̄ oportet illud falsuz esse simpliciter.

Sciendum est tertio ꝙ vt prius

dictũ ē possibile dr sm aliq̄d determiatũ. vt si aliq̄d possit esse et nõ esse necesse est ꝙ possit accipi aliqđ primũ tēpus respectu ipius eē: sic ꝙ in priori tempe esse nõ possit ⁊ etiā respectu ipius non esse sic ꝙ ampliori tpe nõ potuit nõ esse. nam si nõ sit ita detur oppositum. scz ꝙ aliq̄d possit eē ⁊ nõ eē ⁊ nõ sit determinatũ tps p qđ possit esse nec p qđ possit non esse: tūc sequit̄ ꝙ habebit potentiam ad esse tpe infinito ⁊ nõ esse tpe infinito. ⁊ cũ non possint eē duo tpa infinita alias duo tpa essent silr quoz vnũ nõ esset pars alterius seqtur ꝙ aliquid habebit potentiā ad eē ⁊ non eē in eodē tpe qđ est impossibile. Impossibile est igit̄ ꝙ si aliquid habeat potētiã ad esse vel nõ eē ꝙ non detur tpus determinatũ ⁊ finitũ in quo possit esse ⁊ qđ possit non esse.

Unde licz aliquid idem habeat potentiā ad esse ꝛ non esse tamē nihil est in potentia ad esse ꝛ nō esse simul.

Sit igitur ꝯclusio prima. omne sempiternū est ingenerabile ꝛ incorruptibile Probaꝛ. q: sempiternū est qđ semꝑ est. illud aūt qđ pōt non esse est corruptibile. ꝛ cuz illud tpus sit determinatū vt dictū est sequiꝛ ꝙ corruptibile qn̄qꝫ non erit quare si aliqđ sit sempiternū ꝛ corruptibile: sequiꝛ ꝙ idez simul erit ꝛ nō erit. qđ est impossibile. oportet ḡ ꝙ omē sempiternū ē incorruptibile. Silr etiā argueret de ingenito. q: sicut corruptibile dicit illud qđ pt nō esse postꝙ̄ fuit: ita genitū dicit qđ pōt nō esse postꝙ̄ fuit ꝛ ita genitū nō semꝑ est. cum ḡ sempiternū semꝑ sit: sequiꝛ ꝙ omē sempiternū est ingenitū. Sic ḡ pꝫ ꝙ omē sempiternū est incorruptibile et ingenitū. Ex quo pꝫ ꝙ sempiternū ingenitū ꝛ incorruptibile couertunꝛ.

Conclusio secunda. nullū sempiternū est corruptibile. Pro cui' ꝓbatione pmittit phus oppositionē aliquoꝝ adinuicem. capit eīn semꝑ esse ꝛ semꝑ nō esse q opponunꝛ cōtrarie. ꝛ capit nō semꝑ ens ꝛ semper ens q opponunꝛ ꝯtradictorie. ꝛ nō semper nō ens qđ opponiꝛ ꝯtradictorie ad semper nō ens. Ex quo sequiꝛ ꝙ inter semꝑ ens ꝛ semꝑ nonens est mediū. s. nō semꝑ ens et nō semꝑ nōens. cuicūqꝫ ḡ nō couenit semꝑ ens neqꝫ etiā semꝑ nonens: oportet ꝙ illud sit nō semꝑ nōens aut nō semꝑ ens. ꝛ illud ē ꝙ qn̄qꝫ est ens ꝛ qn̄qꝫ nōens ꝛ genitū ꝛ corruptibile. quare genitū ꝛ corruptibile nō est semꝑ ens neqꝫ semꝑ nōens. ꝛ sic nō est sempiternū. ꝛ ꝑ ꝯns nullū sempiternū est corruptibile. Et ponit phus argumētū in lrīs: vt sit. a. semꝑ ens. b. semꝑ nōens. d. nō sꝑ ens. ꝛ. g. nō semꝑ nōens. Tūc arguiꝛ sic. cuicūqꝫ nō iest. a. neqꝫ. b. illi necessario insunt. g. ꝛ. d. ß aliqđ est cui nō inest neqꝫ. a. neqꝫ. b. scꝫ illđ qđ qn̄qꝫ est ꝛ qn̄qꝫ nō est. ḡ illi insūt. g ꝛ. d. ß illud qđ qn̄qꝫ est ꝛ qn̄qꝫ nō est: est genitum ꝛ corruptibile. ḡ nullū genitū ꝛ corruptibile est neqꝫ. a. neqꝫ. b. ß omē qđ est. a. vel. b. est sempiternū. ergo nullū genitū ꝛ corruptibile est sempiternū.

Conclusio tertia. omne ingenitum est incorruptibile ꝛ ecōtra. Probaꝛ. q: omē sempiternū est incorruptibile. ß oē ingenitū est sempiternū. ḡ omne ingenitū est icorruptibile. ꝛ eodē modo arguiꝛ ꝙ oē incorruptibile est igenitū. Vel sic arguiꝛ. nullū sempiternū est genitū aut corruptibile. ß oē igenitū est incorruptibile ꝛ sempiternū. ḡ nullū ingenitū est corruptibile. ß nullū corruptibile est incorruptibile ꝛ ingenitū. Et sic pꝫ q̄lr ex parte sempiterni oē ingenitū esse incorruptibile ꝛ ecōtra. Verūtamē oīa debent itelligi de potētia prime cause ordinata. s. ßm ordinē quē posuit in reb'. q: de potētia prime cause absoluta aliqđ genitum qđ incepit eē per potentiā naturalē: ꝛ nō solum per simplicem emanationē: potest perpetuari. Et silr si eēt aliqđ ingenitū posset desinere de potētia prime cause absoluta.


Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicit anima rōnalis ꝛ celū incepcrūt esse ꝑ simplicē emanatōēz ꝛ nō ꝑ generatōem naturalē. ideo pūt bñ e perpetuā durationem a pte illius ex pte sui. q: nō sunt genita generatiōe ꝓprie dicta. Si aūt aliquis homo vel aliqđ genitū naturale perpetueꝛ hoc est in potētia prime cause absoluta ꝛ nō ordinata ꝛc̄. Sequiꝛ in textu. Palam autem q: ꝛ si genitū aut corruptibile nō ꝛc̄.

Queritur decimooctauo vtruz genitū ꝛ corruptibile couertanꝛ: ꝛ silr ingenitū ꝛ incorruptibile. Arguiꝛ ꝙ nō. q: aliquid est corruptibile qđ nō est plus generabile. puta ea q̄ iam facta sunt corruptibilia ꝛ nō plus sunt generabilia. q: iam sunt corrupta. ḡ nō omē corruptibile est generabile. et silr ꝓbaret ꝙ nō omē incorruptibile sit ingenerabile. Secundo arguiꝛ sic auctoritate fidei ponētis aliqđ genitū posse perpetuari ꝛ aliqđ ingenitū posse corrūpi. In oppositū ē phs in penultimo capi. hui' pmi libri.

Sciendū est primo ꝙ postꝙ̄ ex pte sempitni phs ondit ꝯ Platonē oē ingenitū eē incorruptibile ꝛ eē incorruptibile eē ingenitū. q: vtrūqꝫ ꝯuertiꝛ cū sempitno. ꝯsequēter ondit ꝙ etiā genitū ꝛ corruptibile cōuertunꝛ ad inuicez. Et ß primo ondit supponendo ex pri' habitis ꝙ ingenitū ꝛ incorruptibile couertunꝛ. deinde idē ꝓbat absolute nulla suppositōe pcedente.

Sciendū est secundo ꝙ ꝑ geni-



tum in ꝓposito intelligit id qđ habet potentiam ad esse postꝙ nō fuit. siue illa potentia iam sit reducta ad actū ita vt id de facto sit siue nō. Nam per hoc ꝙ talis potentia reducta est ad actū nō est destructa: ꝫ actui suo cōiuncta q̄ per prius erat distans ab actu. et ꝑ talem vnionē dicit̄ ꝑfecta. Vnde de illo qui actu currit dicere possum⁹ ꝙ potest currere. ꝛ ita in ꝓposito illud dicit̄ genitū qđ hꝫ potentiā ad esse ꝛ nō esse ordine quodā. ꝛ sil'r illud đ corruptibile qđ habet potentiā postꝙ fuit ad nō esse siue etiam illa potentia sit iam sub actu siue ad actū. Sic igitur genitū ꝛ corruptibile in hoc cōueniunt ꝙ vtrūqꝫ habet potētiam ad esse. ꝛ cū hmōi potentia ad esse nō possit esse tempe infinito ad esse neqꝫ etiam ad nō esse tempe infinito: vt prius ꝓbatum est. quia sequeret̄ ꝙ idem haberet potentiā ad esse ꝛ nō esse simul: qđ implicat cōtradictionē. sequit̄ ergo ꝙ quodlibet istorū habet potentiā ad esse tempe finito ꝛ nō eē tpe finito. ꝛ p cōsequēs vtrūqꝫ habet potentiam ad q̄nqꝫ esse ꝛ q̄nqꝫ nō esse. ꝛ sic ambo cōueniūt in illo tertio: qđ est quādoqꝫ esse et quādoqꝫ non esse.

His notatis sit conclusio respōsiua. corruptibile ꝛ genitū cōuertūtur. Ista cōclusio probat̄ sic. quia si aliquid est corruptibile: vel illud est genitū vel ingenituꝫ. qa quodlibet cum quolibet vel eius oppositū stat: si genitū habet̄ intentū. si ingenitū cum ad ingenitū sequat̄ incorruptibile. vt supponitur ex prius dictis. sic probat̄: sequitur ꝙ idem est corruptibile ꝛ incorruptibile. et eodem modo probaret̄ ꝙ omne genitū est corruptibile. Patet ergo ꝙ genitū ꝛ corruptibile cōuertunt̄ inter se. Secūda ratio. semꝑ ens ꝛ semꝑ nōens cōtrarie opponūtur. ꝙ nt ca est dare mediū cum neutrū ꝯsequat̄. ꝙ scꝫ nec est semꝑ ens nec semꝑ nonens: sed quādoqꝫ ē ens ꝛ quādoqꝫ nō est ens. Et cū tam genitū ꝙ corruptibile sit quādoqꝫ ens ꝛ q̄nqꝫ nōens: sequit̄ ꝙ omne corruptibile est genitum ꝛ ecōtra. Et si quis obijciat q: nō sequit̄ ꝙ si aliquid sit mediū inter duo ꝯtraria ꝙ illud sit vnū ꝛ idem numero. cum inter duo ꝯtraria repeniūtur plura media que non cōuertūtur adinuicē neqꝫ sunt idem. vt inter albū ꝛ nigrū mediant rubeū fuscuꝫ viride ꝛ croceū: quorū vnū nō est alterum. Respondet̄ ꝙ genitum ꝛ corruptibile non semper cōuertūtur data rat. quia semper mediāt inter semper ens et semper nōens. sed etiaꝫ quia cōuertuntur cum illo tertio qđ est quādoqꝫ ens ꝛ quādoqꝫ nonens. qđ quideꝫ tertium mediat inter semper ens ꝛ semper non ens. ita vt fiat tale argumētuꝫ. q̄cunqꝫ cū eodem tertio cōuertūtur inter se illa cōuertuntur. sed genitū ꝛ corruptibile cum eodeꝫ tertio cōuertūtur. ergo inter se cōuertūtur. Ex ista cōclusione sequit̄ alia respōsiua ad secūdam partem questiōis: que licꝫ ꝓbata fuerit: tamen iterum probat̄. videlicꝫ qđ ingenituꝫ ꝛ incorruptibile ꝯuertūtur. Probat̄ cōclusio. si aliquid esset ingenituꝫ. necessario illud esset corruptibile vel incorruptibile quia quodlibet cuꝫ quolibet vel eius oppositū stat: si incorruptibile habetur intentū. si corruptibile cum ad corruptibile sequat̄ genitum: vt dictum est: sequitur ꝙ idem erit genitum ꝛ ingenituꝫ: qđ implicat cōtradictiōem. oportet ergo dicere ꝙ omne genitū est corruptibile. ꝛ similiter probaret̄ ꝙ ingenitū non corrumpitur. Ex istis cōclusionibus infertur falsitas opiniōis Platonis. dicentis aliqđ genituꝫ cuiusmodi dicebat eē mūdū perpetuari ꝛ esse incorruptibile. ꝛ aliqđ ingenituꝫ cuiusmodi dicebat esse illa ex quibus genitus est mūdus posse corrūpi. Tenēdus est tamē ꝓbus in istis: loquēdo de generatione ꝛ corruptione proprie dictis. loquendo etiam de potentia ordinata: scilicꝫ ponente ordineꝫ ꝛ legem rebus ipsis. Philosophi eniꝫ est inquirere ordinē ꝛ legem rerū quā participāt res a primo: ꝛ non ordinem vel legem quem vel quā prima causa infinita potest facere. quia eius potentia infinita excellit intellectuꝫ cuiuslibet creati.

Ad rationes ante oppositum.

Ad ꝑmā ꝑꝫ solutio. q: illud qđ iaꝫ genitū ē de facto ē generabile. nō q: hēat potētiaꝫ separatā ab actu: ꝫ magis ꝯiūctā actui. ideo ē generabile: put idē est qđ q̄nqꝫ. Si vo capiatur generabile p eo qđ nondū est: ꝫ pt eē tūc hꝫ potentiā sepatā ab actu ꝛ generatōnis et corruptōis. Ad auctoritatē fidei đ vt prius dicebat̄. illa q̄ dicūtur intelligenda sunt hic de potentia ordinata rebus insita: hoc ē dāte ordinē et legē reb⁹ ipsis ꝓductis: ꝛ non de potentia absoluta. Et hec de questiōe.

Sequitur in textu. Dicere itaque nihil prohibere factum esse quod incorruptibile etc.

Queritur decimonono. vtrum omne corruptibile de necessitate corrumpatur. Arguitur quod non. quia omne corruptibile pro quolibet instanti in quo est contingens ipsum non corrumpi. ergo potest non corrumpi. et per consequens dum corrumperetur contingenter corrumperetur et non ex necessitate. Secundo arguit quod bona compositione est compositum non debet de necessitate dissolui. sed corruptibile omni bona compositione est compositum ergo nullum corruptibile de necessitate corrumpetur. Ad oppositum est philosophus in vltimo capitulo huius primi.

Sciendum est primo. quod postquam philosophus probauit quod genitum et corruptibile et etiam ingenitum et incorruptibile conuertantur. consequenter reprobat opinionem contrariam pro hoc quod scilicet ex contraria opinione necesse est aliquod principiorum suprapositorum destrui. et primo ostendit quod per hanc positionem destruitur id quod suppositum est. scilicet quod non contingit simul esse et non esse. Plato enim ponens aliquod factum siue genitum esse incorruptibile et aliquod ingenitum esse corruptibile destruebat ipsum principium et etiam aliquod quo dicitur quod omne habens virtutem essendi necessario habet huiusmodi virtutem respectu temporis finiti et determinati simpliciter aut infiniti simpliciter. immo ponere sicut Plato dicit est ponere aliquod habere virtutem essendi pro tempore ex vna parte infinito et altera parte finito. Item sic dicere est destruere illud principium propositum. quod non contingit habere potentiam ad esse et non esse simul. nam si aliquid sit genitum habet potentiam ad quandoque non esse. et si sit incorruptibile ad semper esse. et cum vnumquodque tamdiu est quamdiu potest esse. si habeat potentiam ad semper esse semper erit. et cum habeat potentiam ad quandoque non esse vt dictum est si ponatur quod aliquando non sit sequitur quod idem erit et non erit. et similiter probatur quod dicere aliquid ingenitum esse corruptibile est destruere illud principium. quia potentia semper precedit actum in eodem. si ergo aliquid sit genitum. ita quod non semper prefuerit habet potentiam ad non esse. si vero sit incorruptibile tunc haberet potentiam ad esse et sic prius haberet potentiam ad esse et non esse simul Et simul argueretur si diceretur quod aliquid sit ingenitum et incorruptibile. Si quis tamen obuiet istis rationibus dicendo illud quod est genitum et incorruptibile habet potentiam ad quandoque non esse pro tempore preterito per quod non fuit. sed non pro tempore futuro per quod fuerit. Et similiter si aliquid ingenitum et corruptibile habet potentiam ad esse respectu preteriti et non futuri. Contra hoc replicat philosophus dicens. quod ad preteritum nulla est potentia. sed solum ad presens vel futurum. quia omne quod est in potentia contingit esse in actu. preteritum autem impossibile est esse in actu. ergo ad preteritum nulla est potentia. Et ita si aliquid sit genitum et concedatur quod habeat potentiam ad quandoque esse oportet quod sit respectu futuri. et similiter si illud incorruptibile habeat potentiam ad semper esse in futuro. et per consequens ad esse et non esse simul. similiter si aliquid sit ingenitum et concedatur quod habeat potentiam ad semper esse oportet quod sit respectu futuri et si illud sit corruptibile habet potentiam ad quandoque non esse respectu futuri et sic habebit potentiam ad esse et non esse simul. Patet ergo qualiter Plato diffiniens illa duo destruit illud principium. Sed iterum posset aliquis obiicere. quia licet sit aliquid ingenitum et incorruptibile. et ita habeat potentiam ad semper esse et non esse nunquam tamen corrumpetur. et ita non sequitur quod simul sit et non sit.

Contra hoc sit conclusio responsiua. scilicet quod omne corruptibile naturaliter de necessitate corrumpitur capiendo hanc propositionem in sensu composito vt sit sensus hec est necessaria omne naturaliter corruptibile corrumpetur secundum quod li necesse dicit necessitatem et natura secundum se sumpta. quia nihil prohibet aliquid quod naturaliter est corruptibile virtute prime cause nunquam corrumpi. probatur hec conclusio. quia si aliquid est corruptibile aut necessario corrumpetur vel non si primum habetur intentum. Si non. sed contingenter et poterit non corrumpi. ponatur ergo quod nunquam corrumpatur. tunc sequitur quod aliquid existens a natura perpetuo est frustra. Probatur. 2. si aliquid sit corruptibile potest quandoque non esse. si vero non corrumpatur necessario possibile est quod nunquam corrumpatur

patur. ponaꝛ ergo q ita sit. tūc erit sp. ergo hz potentiā ad sp eē quia vnūquodqꝫ est quādiu pt eē. cū igitur habeat potentiā ad sp esse et sēp sit et etiā habeat potentiā ad quandoqꝫ non eē si ponaꝛ q nō sit aliquando. tunc sequiꝛ q possibile erit idem esse et non eē simul. Itē arguitur ad cōclusionē rōne naturali. q: oē corruptibile cōpositū est ex cōtrarijs et silr generabile q: taz generatio q corruptio sūt termini alterationis que est de cōtrario i cōtrariū. sed oē compositū ex contrarijs necesse ē qnqꝫ corrūpi. q: ɔ̄ria i seiucē agūt et sei ucē destruūt. ergo necesse est oē corruptibile qnqꝫ corrumpi. Ex his ptꝫ intētio phi cōtra Platonē. nā phs istis rōibus probat q impossibile est aliquid esse genitum generatione phisica et naturali et esse icorruptibile naturaliter quorū oppositū sensit Plato vt dicit phus. Verūtn̄ dicunt quidam Platonē non sic intellexisse mundum sic esse incorruptibilē sicut ea que in se habent necessariam causā corruptionis. sed Plato voluit mundo designare dependentiam sui eē ab alio. q: necessitas eēndi nō inest ei a seipo. s a prima cā. s quicūqꝫ fuerit intellect⁹ Platonis n̄ aufert aliqd a pposito. q: phs obijcit cōtra vba ipius. Vn̄ dicit manifestū eē q ipossibile ē q idē qđ ē corruptibile quandoqꝫ n̄ corrumpi. q: si nūqꝫ nō corrūpiꝛ nō corrumpeꝛ et ita erit incorruptibile. phs eni ipugnat platonē vt verba sonant. ideo vult dicere phs q licet mundus dependerit et dependeat a prima causa. s cū illa dependentia stat q ē ingenitus et incorruptibilis vt phauit octauo phisicoꝝ. Iste tn̄ rōnes tā hic q ibi debēt intelligi naturaliter et hoc nō repugnat. imo magis oppositū repugnat. fidei

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicitur q oē corruptibile in instanti in quo corrumpitur cōtingenꝛ corrūpiꝛ. et cū in faꝛ. ergo vbū corruptibile de necessitate corrumpiꝛ. ɔ̄na non valet. q: arguitur sm quid ad simpliciter. multa eni sūt necessaria in vniuersali que sunt contingentia in pticulari. ibi etiam est fallacia compositionis arguendo a sensu diuiso vero ad sensum cōpositum falsum. Ad secundam dicitur q res sic se habent ad esse sicut ad bonum. q: eē est qđdā bonum. et ad malū sicut ad non esse. et ideo res que habent compositionē bona simplr. s ez indissolubilē. s res cui⁹ eē est p mixtū potentie ad nō eē. non sunt cōposite bona cōpositione simpliciter sed solū in suo genere et tales simplr sūt generabiles et corruptibiles. Et hec de qōne et de primo de celo et mūdo.

Sequitur liber secundus.

Quod quidē igitur neqꝫ factū est oē celuz: neqꝫ cōtingit corrumpi queadmodū quidam dicunt ipsum et cetera.

Irca iniciuz secundi libri de celo et mūdo.

Queriꝛ primo. Utrū celuz sit sempiternū et imortale motū motu sempiterno sine fatigatiōe et pena. Arguiꝛ q nō. q: celū hz materiā. ergo n̄ ē sēpiternū. Secūdo arguiꝛ. Celū n̄ viuit cū n̄ hēat aiam. ergo celū nō ē imortale. Tertio null⁹ mot⁹ ē infinit⁹ vt phaꝛ. 6. phisi. ergo celū n̄ moueꝛ motu sēpitno. Ultio arguiꝛ. mot⁹ celi ē successiu⁹. ois aūt successio i motu prouenit ex aliq resistentia. sed omnis resistentia causat dolorē et fatigatiōz mouētis ergo celū moueꝛ cū dolore et fatigatione. In oppositū ē. p. i pro tractatu h⁹ scđi.

Sciendum est primo q postqz phs in prio lib. determiauit de toto vniuerso in q ondit quedā eē corpa mota circulariter et quedā mota motu recto. ɔ̄nr in h scđo incipit determinare de corporib⁹ circularit motis q sūt pfectiora corporib⁹ recte motis. Et pmo agit de ipis qtū ad substantiam corꝝ. et ita in pposito celuz accipiꝛ p aggregato ex oibus corporibus circulariter motis.

Pro quo sciendū est secundo q fatigatio sic solet diffiniri. Fatigatio ē diminutiō potētie actiue cognitiue ppꝛ diuturnā actionē restaurabilis p qetez. et ponꝛ ibi diminutio tāq gen⁹. et ponꝛ potētie actiue q: potētia passiua nō fatigaꝛ. et ponꝛ cognitiue ppꝛ potētiā naturalē q nō fatigaꝛ vt ignis nūq fatigaꝛ i calefaciēdo. & insup ppꝛ diuturnā actionem. q: si diminuaꝛ potētia pura. p egritudinē aut senium nō ppꝛ hoc diceꝛ fa

tigatio. τ eadē ō cā dr restaurabilis p q̄etez ná senuū ē duminutio potēne. τ tñ nō dicit fatigatio. qr nō restauraf p q̄etē. fatigatio. n. accidit ꝓpt̄ inclinatiōez naturalē ad aliquē aliū motū cōtrariū motui. cuius potētia est fatigata τ principiū.

Quibus notatis sit cōclusio p̄ma. celū ē sempiternū. hec cōclusio vt ōz in textu. satis ꝓbata ē rōnibꝰ τ signis in q̄ oñsū est ꝙ celū ē ingenitū τ icorruptibile τ ēt mundꝰ. iō ꝓ nūc dimittit̄ vlterioꝛ ꝓbatio eiꝰ

Conclusio secunda. celū est immoꝛtale ptꝫ qꝛ celū ē sēpitnū. ḡ ē imoꝛtale. Uerū ꝓprie loquēdo sēpiternitas refert ad eē τ imoꝛtalitas ad opꝰ vitale qd̄ q̄dem opus vitale est quidā motus ipi celo.

Conclusio tertia. Responsiua Motus celi ē finis oim alioꝝ motuū τ nō est alius motꝰ finis eiꝰ. Pꝫ qꝛ oē cōtētum se habet ad cōtinēs sicut ad finē. qꝛ firmat ad ipm. ꝫ ipfectū se hꝫ ad ꝑfectū sicut ꝯtētū ad ꝯtinēs. ḡ ipfectū se hꝫ ad ꝑfectū s. ē ad finez suū. ꝫ solꝰ motꝰ circularis ē ꝑfectus qꝛ in eo solum finis coniungitur cum principio. omnis autē motus recti sunt imperfecti. qꝛ i talibus finis non coniungitur principio. τ q̄ñ sunt in suis finibus terminantur quiete. ergo motus celi est finis omnium motuū. Et cum motus circularis sit continuus τ ꝑpetuus ipius celi vt oñsum est in p̄io libro. sequitur ꝙ motus celi etiā sit finis oim motuum. Sic igit̄ ptꝫ ꝙ motus celi est sēpitemꝰ τ hoc satis ꝓbatū est in octauo phisicoꝝ.

Ex quo sequitur ꝙ celum est immoꝛtale. pꝫ qꝛ motus celi est opus vitale ipius celi. eo ꝙ opus vite est mouere seipsū. ḡ si capiatur celū sub aīa eius dicitur mouere se. et mediante eius motu dicitur esse cā ois vite i istis inferioꝛibus.

Conclusio quarta celuz mouet̄ sine doloꝛe et fatigatione. pꝫ qꝛ nō hꝫ naturalē inclinationē ad aliquē aliū motū cum non sit graue vel leue. ḡ mouet̄ sine doloꝛe τ fatigatione. Et ꝑ istā infert falsitatē opinionū quoꝛūdā dicētiū de cā ꝑmanētie celi in suo loco. q̄dā eni dixerūt celū eē naturalit̄ graue. ꝫ dicebāt ad hoc ꝙ conseruet̄ in suo situ idiget quodā gigāte vt cōseruetur in situ suo: τ hūc vocabāt Athlātē stantē supra duas colūnas eū sustinētes ne grauitate sua caderet deoꝛsū. Aliꝫ vo istā opinionē sustinentes dixerūt ꝙ ꝑ illū Athlātē dicit̄ intelligi materia hoꝝ inferioꝝ que ē ita cōpssa vt amplius compaimi nō possit. τ sustiet celū ne cadat deoꝛsū. qꝛ cadere nō possꝫ sine penetratiōe dimensionū. Et si p isti p Athlantē intellexetūr p̄mā causam q̄ ꝓducit celū τ conseruat ipm nūc aliq̄d diuinū contiet τ ē vera sua positio. si vo ipi intellexerūt vt verba sonāt friuola coꝝ opinio ē τ satis reprobata ē per hoc ꝙ iam ꝓbatū ē ꝙ celum ñ ē graue nec leue. Alia fuit opinio ipiꝰ Empedoclis ponentis celū ꝑmanere in suo loco per velocitatē sue circulationis ꝑueniētis eius motum deoꝛsum. Sed contra hō arguit phs. quia licet quādoꝙ ita accidat ꝙ aliq̄d a suo motu naturali ipediat̄ ꝓpter velocitatē motus oppositi. irrōnabile ē tamē dicere aliquid ꝑpetuū destitui ab eo qd̄ ē sibi naturale. τ id qd̄ ē sibi violentū ꝑpetuo i esse. qꝛ ea que sūt a natura vt in pluribus isūt. τ ea que isūt cōtra naturā vt in paucioribus. Alia fuit opinio Platonis ponētis celū eē animatū. τ aiam eius sic detinere ipm cōtra suā naturalē inclinationē. ꝫ hec positio nō pōt stare ex pte coꝛpis: qꝛ impossibile ē aliqd̄ coactū in tali coactione durare perpetuo. Secūdo ex pte aie. qꝛ cuz aīa mouet celū contra naturalem inclinationem ñ mouet ipm sine doloꝛe τ tristicia. et cū motꝰ celi sit continuus τ ꝑpetuus sequeret̄ ꝙ esset in cōtinuo doloꝛe τ perpetua tristicia τ sic talis aīa nunꝙ posset vacare speculationi. et eēt miserabilioꝛ aiabꝰ brutoꝝ q̄ q̄nꝙ q̄escūt: videlicet in somno. Et sic positio Platonis sustineri nō pōt. Uerūtñ phs nō cōtradicit positioni Platonis. eo ꝙ ponit celū eē aiatū. qꝛ hoc etiā ponit phs vt patebit ifra. sed q̄tū ad hoc ꝙ Plato posuit aiam celi ꝑ q̄ndam coactionē τ viꝫ mouere celū τ detinere ipm in loco violenter in quo est. Uerūtamen aliꝫ dicunt ꝙ Plato non intellexit hanc positionem vt verba sonant eo modo q̄ phs rephēdit ipm. sed voluit exꝑmere ꝙ natura ꝫm quā cōtingit talis motꝰ est ei ab alio De cā aūt ꝑmanētie celi in suo loco dicendū ē ꝙ ꝑ naturā suā ꝑmanet in suo loco. τ sic mouet̄ in eo. Nec est querēda causa alia quā ꝫm suam naturā ꝓpriā. τ ita motꝰ sursū aut deoꝛsū non potent sibi cōuenire nec ꝫm suā naturā nec preter naturam. ideo opoꝛꝫ

q̄ ſm ſuam naturam in tali loco ⁊ ſitu permaneat.

Ad rationes ante oppoſitum.

Ad primã negat̃ ɔ̃ña: q2 materia celi non ē cõtrarietati nec priuationi admixta. Ad ſecundam d2 ꝙ aliq̄d d2 viuere dupliciter. vt ſufficit ad ꝓpoſitũ. Uno mõ quod hab3 principiũ vite ſubſtantialiter conſtituẽs ipſm et iſto mõ celum non viuit. Alio mõ dicitur aliq̄d viuere q2 recipit quẽdã motũ ⁊ ſpiritu3 vite a ſupiori viuente. et illo mõ celu3 dicit̃ viuere ſuſcipiens motum ab intelligentia viuente. qui quidem motus eſt cauſa vite in iſtis inferioribus. Ad aliã dicitur ꝙ i. 6. phiſicorum ꝓbatũ eſt motũ nõ eſſe infinitũ ex pte mobilis. ſed non eſt ꝓbatũ ꝙ motus non ſit infinitus per reiterationem plurium circulationum. Ad vltimam dicitur ꝙ intelligentia mouet celum tanta velocitate q̄ntam requirit habere in ordine ad ſuum finē ideo cauſa ſucceſſionis ipſius celi eſt intelligẽtie mouentis celum ad nutũ ⁊ voluntatē ⁊ cetera. Sequitur i textu. Quonia3 āt quidã ſūt qui dicūt eē aliq̄d dextrũ ⁊ ſiniſtrum celi.

Queritur ſecundo. vtru3 in omni

corpore repeniantur ſex differẽtie poſitionũ ex natura rei diſtincte. Arguitur ꝙ ſic. q2 ſex differentie poſitionũ ſumunt̃ a terminis dimenſionũ. ſ3 in omni corpore ſūt tres dimenſiones quarũ quelibet terminata eſt duob9 terminis. ergo in omni corpore ſunt ſex differentie poſitionũ. Secundo ſi eſſet inſtantia de aliquo hoc eſſet de corpe inanimato. ſed in tali corpore repeniũtur ſex differẽtie poſitionũ. dicimus enim columnã eē dextram ⁊ ſiniſtrã. et etiã imaginis vnã partē dextram. ⁊ aliã ſiniſtrã. vnam ptē inferiorem aliã ſuperiorē. ġ repeniunt̃ in oi corpe. In oppoſitu3 ē phs in. 2. cap. h9 ſecūdi de celo ⁊ mundo.

Sciendum eſt primo ꝙ poſtq̄3

phus egit de perpetuitate celi. nũc tractat d diuerſitate partium ſitualiũ ipſius celi. ⁊ primo tractat reprobando opiniones Pictagoricorũ. deinde ſm opinionē ꝓpriã.

Sciendũ eſt ſecũdo ꝙ de hmõi

principijs que dicũt̃ differẽtie poſitionũ determinatũ eſt in libro de progreſſu aialium q2 ſūt ꝓprie nature illo2 aialiũ. in aialibus enim maxime videntur differentie poſitionũ exiſtere ſm debitas partes. ita ꝙ aliquibus aialibus. ſc3 perfectis que non ſolũ ſẽſiunt. ſed etiã mouentur motu locali inſunt omnes tales partes. ſ. dextrũ et ſiniſtru3. añ et retro. ſurſum ⁊ deorſũ. Quibuſdã vo animalibus. ſ. iperfectis ⁊ immobilibus inſunt quedã tantũ. ſc3 ſurſũ et deorſũ. añ retro. vegetabilibus et plantis nõ inſūt niſi due. ſc3 ſurſũ ⁊ deorſum.

Sciendum eſt tertio. ꝙ differẽ

tie poſitionũ predicte ſumuntur a terminis dimenſionum nõ abſolute. ſed ſm ꝙ in ipſis reſident ⁊ ſunt quedã principia motuũ. vt patet in animali perfecto in quo repeniunt̃. ſurſum enĩ dicitur illa pars in qua ſituatur pars per quam ſumitur alimentu3 ⁊ incipit motus augmenti ⁊ nutrimenti qđ quide3 extremum eſt dimenſionis que eſt longitudo. ⁊ oppoſitum eius magnitudinis dicit̃ deorſũ. Similiter illa pars in qua incipit mot9 ſenſationis. que quidem ps eſt vnũ extremũ ꝓfunditatis dicitur ante. ⁊ oppoſita ps. ſ. in extremo alto dicitur retro. Similiter dextrã dicit̃ illa pars a qua incipit mot9 localis. lȝ enĩ motus localis diſtinguat̃ in cerebro in q̄ maxime viget ſenſus vt habetur in libro de motibus aialium. Primo tamē explicat̃ motus iſte ĩ latere dextro. quia nuca que ē vicinius cordis ⁊ cerebri a quibus deriuat̃ motus in ceteris ptib9 corpis latiores ⁊ ampliores h3 exitus ⁊ venas verſus lat9 dextrũ q̄ ſiniſtrũ. q2 ibi reſidet maior calor ꝓpter ſitũ cordis qđ ē fons ⁊ origo toti9 caloris i aiali. Et ita dextrũ ē illa ps a q̄ incipit mot9 localis. q̄ qđē ps ē vnũ extremũ latitudinis. ⁊ oppoſitũ extremũ dicit̃ ſiniſtrũ. Et ſic p3 ꝙ in aiali pfecto repiunt̃ oẽs differẽtie poſitionũ. Ex qb9 p3 ꝙ i q̄buſcũq3 ñ repiũtur ꝑncipia alicui9 mot9 ibi nõ repiunt̃ differẽtie poſitionũ diſtincte ex natura rei. ſ3 vbi repeniũt̃ principia augmẽtationis ⁊ ſẽſationis ⁊ mot9 localis ibi repiũt̃ ille ſex differẽtie poſitionũ ex natura rei diſtincte. ſ3 vbi repit̃ ſolũ ꝑncipium actiuum motus augmenti ⁊ decrementi vt in plantis ſolum reperitur ſurſum ⁊ deorſum. et vbi repeniuntur principia motus augmenti ⁊ ſenſationis ſimul et nõ ꝑncipiũ motus localis ibi repeniũt̃ ſurſũ ⁊ deorſũ. añ et retro. ⁊ ñ dextrũ ⁊ ſiniſtrũ vt i alas

libus imꝑfectis q̄ nō mouent motu ꝓgressi
uo. Sꝫ vbi repit principiū motus localis tā
tum ⁊ non principiū alioꝝ motuū vt in ce
lo. q: iste mot⁹ ꝑfectissim⁹ est ⁊ est entis perfe
cti: vt dicebat octauo physicoꝝ. ideo ibi repi
unt ille sex differētie positionū ex natura rei
distincte ꝫm diuersas habitudines ptiū cor
poris ad motū localē. vt declarat in sequen
ti capitulo ⁊ sequēti q̄stione.

Quib⁹ notatis sit conclusio pri
ma. in corpibus inaiatis nō repiunt alique
differētie positionum distincte ex natura rei
in q̄uis hmōi differētie dicant de hmōi inaiat. ꝑ
et respectū ad habitudinē ad nos. Probatur
prima pars. q: hec differētie non sunt ex na
tura rei i aliquo corpe nisi ꝑ quāto in illo re
periunt principia pluriū motuū aut alicui⁹
motus. ꝫ nullū inaiatū habꝫ in se principiū
actiuū alicui⁹ in eo⁹. ḡ prima ps cōclusionis
vera. Secūda ps pꝫ ꝑ secundā rōnē añ op
positū. Unde in corpib⁹ inaiatis hmōi diffe
rentie dicunt esse tripl'r in ordine ad nos: vt
dicit i textu. Primo mō vt illud dicat dextrū
qđ est ad dexterā ptē: ⁊ sinistrū qđ ē ad sini
strā. Secūdo mō dr aliqd dextrū vł sinistrū
ante vel retro ꝑ silitudinē ad ptes nostras:
sicut in statua dicim⁹ dextrū qđ est sil'e dexte
ro hoīs ⁊ sinistruꝫ sinistro. Tertio mō aliqd
dr dextrū ꝑ oppositionē. dicēdo. s. illud dex
trū qđ opponit sinistro nostro: ⁊ sinistrū qđ
opponit dextro. sicut pꝫ in imagine resultan
te in speculo. Et eadē rō est in aliis positiōi
bus. Sed in ipis rebus inaiatis ꝫm se cōsi
deratis nulla inuenit diuersitas taliū partiū.
⁊ hoc pꝫ. q: si compent ad nos ecōtrario q̄
prius illud qđ erat dextrū dicit sinistrum ⁊
ecōuerso. ⁊ sil'r est in aliis positiōib⁹. In re
bus aūt aiatis q̄litercūqꝫ vertant eodē mo
do semp se hñt hmōi ptes. ideo ibi est distin
ctio realis ⁊ ex natura rei: ꝫ non in aliis.

Cōclusio secunda. in omni cor
pore aiato reperiunt differētie positionū ex
natura rei distincte. vt in plātis sursū ⁊ deor
suꝫ ⁊ in aialibus imꝑfectis cū illis duabus
ante ⁊ retro. In aialib⁹ aūt ꝑfectis repiūtur
oēs. Probat ɔclusio quo ad primā partem.
q: oīe aiatū hꝫ in se principiū alicui⁹ mot⁹.
vt plante hñt principiū augmēti ⁊ decremē
ti. aialia vo imꝑfecta cū hoc habēt pricipiū
sensatōis. ꝫ pter illa duo aialia ꝑfecta habēt
principiū motus. ḡ sequit ꝙ in oī corpe aia
to repiunt iste differētie ex natura rei distincte
oēs vel alique. Sed pt aliis querere que
ps in plātis dr sursuꝫ ⁊ que deorsuꝫ. q: i plā
tis solū repiunt ille due. Dicit ꝙ radices di
cunt sursum ꝫm naturā rei. s. plāte. q: in eis
incipit motus augmēti. ⁊ pars opposita. s.
rami dicunt deorsuꝫ ex natura rei. ꝫ ꝫm situꝫ
totius vniuersi rami sunt sursum ⁊ radices
sunt deorsum. q: plus recedūt a loco leuiori
Sꝫ pars q̄ dr sursuꝫ in hoīe ex natura rei. s.
ex natura ipius hoīs dr etiā sursuꝫ ex pte to
tius vniuersi. In aialib⁹ aūt ꝑfectis aliis ab
hoībus mouētib⁹ se de loco ad locū sursuꝫ ⁊
deorsum medio modo se habēt q: sursum in
ipis ꝫm naturā rei nō est simpl'r sursum: nec
deorsum simpl'r deorsum. ꝫ medio mō se ha
bet. Et ꝙ in istis aiatis absolute distinguan
tur differentie positionū patꝫ. q: nō mutant
in ipis ad mutationē cuiuscūqꝫ alteri⁹. qua
liter eni hō disponat ps dextera semp est dex ꝙ
tera: ⁊ sic de aliis ptib⁹. Ex dictis pꝫ ordo
istarū differentiarū positionis adinuicē. sur
sum enī ⁊ deorsum sunt priores differentie
aliis. priores q̄deꝫ ꝫm viam generatōis a q̄
prioritate in istis inferioib⁹ non ɔuertitur
subsistēdi ɔña. q: sursum ⁊ deorsum sunt ex
trema longitudinis. ante ⁊ retro ꝓfundita
tis. dextrū ⁊ sinistrū latitudinis. longitudo
aūt prior est aliis dimēsionibus. ḡ sursuꝫ et
deorsum sunt priores differētie. Itē in aliis
aialib⁹ sursuꝫ est principiū alimēti. ante prin
cipiū sensatōis dextrū est principiū mot⁹ lo
calis. ꝫ in aialibus ꝑfectis motus augmen
ti ꝓcedit motū sensatōis: ⁊ motus sensatio
nis motū localē. ergo ⁊c̄. Item in quocū
qꝫ repiunt alie differētie ibi repit sursū. ⁊ de
orsum. sil'r vbi repiunt dextrū ⁊ sinistrū ibi re
periunt ante ⁊ retro: ꝫ non ɔuertitur. ḡ sursū
⁊ deorsum sunt priores. Ex quo infert text⁹
ꝙ iustū est increpare pitagoricos q̄ attribu
erunt celo dextrū ⁊ sinistrū ⁊ non sursū ⁊ de
orsum ⁊ ante ⁊ retro que sunt tamē priores
ex natura rei ipsi dextro ⁊ sinistro. Nam cum
celum sit perfectissimū: si iste differētie ponē
tes perfectionē in corpe attribuātur aliis cor
poribus rationabile est ꝙ attribuātur celo velu
ti perfectissimo. Item cum celuꝫ sit primuꝫ
corpus rationabile est ꝙ priores differētie
pri⁹ sibi attribuant. vt sunt sursū ⁊ deorsū.
Et ꝙ sursum ⁊ deorsuꝫ sint priores adhuc

phs ōndit q: videmꝰ de aiali ꝑfecto ꝙ dextrū ⁊ sinistrū differūt solū virtute. ẜ sursuz et deorsuz differūt virtute ⁊ figura. ⁊ similiter ante ⁊ retro: ⁊ ita magis differūt iste q̄ttuor ꝗ̄ dextrū ⁊ sinistrū: ⁊ illud attestat̄ q̄ndaz ꝑoritatē in ipis differentijs. Secūdū medium ē. sursū in aiali perfecto dr̄ principium. vn̄ motus localis ē. ꝗ vt dictū ē originez et distinctiōz capit a cerebro. dextrū vo a q̄ motus localis explicat̄: ⁊ ante dicitur illud ad qd̄ est motus localꝭ: ḡ sursū ⁊ deorsū habēt quandam virtutē principij in ordine ad alias. Et sic iuste increpant̄ Pitagorici q: reliquerūt priores differentias ⁊ posteriores attribuebant ꝑfectissimo corpori s. celo. Increpant̄ etiā rōnabiliter: q: attribuebāt dextrū ⁊ sinistrū oibus corporibus. cum tn̄ reperiantur in solis corpibus hn̄tibꝰ in seipsis principiū motus localis. Ex oibꝰ istis p3 in q̄bus corpibus reperiāt̄ iste differentie positionū ex natura rei distincte. ⁊ in q̄bꝰ non. P3 etiā in q̄bus reperiāt̄ oēs. et in q̄bꝰ aliq ⁊ alique nō. in aialibꝰ enī ꝑfectis reperiunt̄ oēs ⁊ in iperfectis q̄ttuor. ⁊ in solis vegetabilibus reperiunt̄ due ex natura rei distincte. Rōnes ante oppositū solute sunt ex dictis. Seq̄tur in textu. Nobis autē q̄m determinatum est prius.

Queritur tercio. vtruz in omni corpore celesti reperiant̄ sex differentie positionū ex natura rei distincte: Arguit̄ ꝙ nō q: i illo solo corpe distinguūt̄ ex natura rei differētie positionū qd̄ ē aiatuz. ẜ celū n̄ ē aiatum. ḡ ⁊c̄. Minor p3. q: si haberet aliquam aiam haberet vegetatiuam ⁊ sic augeret̄ et nutriretur quod i primo reprobat̄. Secūdo arguit̄. sursū et deorsū an̄ ⁊ retro distinguūt̄ in corpe in quo reperiunt̄ non solū virtute. ẜ etiā figura vt dictum est prius. ẜ corpus celeste cum sit spericum habet omnes partes similes in figura. ergo in eo non reperiuntur sursum ⁊ deorsū. an̄ ⁊ retro ⁊ ꝑ consequens nec dextrū ⁊ sinistrū cum sint posteriores aliis. Tertio arguitur. In omni corpore i q̄ reperiuntur dextrum ⁊ sinistrū ex natura rei distincta vna pars mouetur ante aliam. scz dextra ante sinistram. quia vt dictum est prius motus localis incipit a dextro. ẜ in corpore celesti omnes partes simul mouentur ⁊ celū nunꝗ̄ moueri incepit vt probatū est octauo phisicorum. ḡ ⁊c̄. Quarto arguitur Sursum est principiū augmenti. ⁊ ante est principium sensationis vt dictum est prius sed isti motus non reperiuntur in celo. ergo nec eius differentie. Quinto arguit̄. sursum ⁊ deorsum attenduntur ẜm extrema lōgitudinis. ẜ in celo non est longitudo. quia de ratione longitudinis est ꝙ sit maior aliis ⁊ cum celum sit spericum in eo non est dimēsio vna excedens aliam. ergo in celo non est sursum nec deorsum. In oppositum est phs in textu.

Pro rn̄sione sciendū est prio ꝙ postꝗ̄ dictum est prius ꝙ sex differentie positionum reperiantur in celo. Consequenter in isto passu determinatur ẜm quas partes accipiantur. Et ideo intelligendū ꝙ sumūt̄ ẜm extrema dimensionum in quibus distincte virtutes que sunt principia actiua ⁊ passiua plurium motuū inueniuntur. in his. n. que habent principium dūtaxat motus localis in seipīs distinguūtur differentie positionuz ex natura rei ẜm diuersas habitudines ad motū localem. sursū enim in animatis ē principium vn̄ motus localis: dextruz est a quo motus explicatur ⁊ ante est ad qd̄ est motus. Ex quo sequitur. ꝙ licet celuz solum moueatur motu locali. nihilominus i eo possunt reperiri sex differentie positionū ex natura rei distincte ẜm diuersas habitudines ad motū localē ipius. ⁊ ꝑ hoc soluit̄ q̄rta rō ante oppositum.

Sciendū est secundo. ꝙ i aiali ꝑfecto sursum ⁊ deorsum. ⁊ similiter ante et retro nedum virtute distinguuntur. ẜ etiam figura vt dictum est prius. ẜ tamen distinctio in figura minus principaliter facit ad distinctionē harū differentiarum. quia distinctio ẜm virtutem principaliter facit ⁊ sufficit ad hoc ꝙ distinguātur ex natura rei. Unde si homo in quo distinguuntur iste differētie virtute et figura efficeretur sperice figure. dum tamen in qualibet parte hominis retineret propriam virtutem quam habet nunc nihilominus in homine adhuc remanerent iste differentie ex natura rei ẜm diuersas virtutes et per hoc soluitur secunda ratio ante oppositum.

Sciendū ē tertio ꝙ licet in aia-

li perfecto q̄ꝺ ſēꝑ mouet̃ qñ incipit moueri motus eius incipit a dextro. ⁊ ita ꝑs dextra mouet̃ añ ſiniſtrá. ad hoc tñ ꝙ in celo repeniantur ex natura rei dextrū ⁊ ſiniſtrū nō reqritur ꝙ incipiat moueri de nouo ⁊ ꝙ moueat̃ vna pars añ aliá. ſ; ſufficit ꝙ in celo ſit vna ꝑs determinata in q̄ ꝓncipalit̃ reſideat virt⁹ motiua in q̄ inciperet moueri ſi q̄eſceret ⁊ poſtea moueret̃. ⁊ ita ē in celo ⁊ illa ꝑs vocat̃ dextra. ⁊ ꝑ hoc ſoluit̃ tertia rō añ oppoſitū.

Sciendum eſt quarto. ꝙ licet i celo oēs linee ducte a centro ad circumferēciā ſunt equales. neq; vna eſt maior alía. q: celū eſt corpus ſpericū. q: tñ i vnoquoq; genere ipm ꝑfecti⁹ prius ē. ⁊ cū lōgitudo inter dimēſiones ſit prior in celo ~~illo~~ illa linea q̄ ē ꝑfectior pōt dici prior ⁊ ꝑ ꝯñs lōgitudo celi ~~⁊ ꝑ ꝯñs~~. q: vnūqōq; tantū ꝑfectū eſt q̄ntum ē imobile. g̃ illa dimēſio in celo q̄ ē imobilis ſicut ē axis mundi ſuꝑ cui⁹ polos imobiles mouet̃ celū ē ꝑfectior ⁊ ꝑ ꝯñs prior dimēſio ꝯñr ſeq̄t̃ ꝙ ſit longitudo. Uñ nō opꝫ ꝙ longitudo alicui⁹ corpis ſit maior dimenſione latitudinis extēſiue. ſ; ſufficit ꝙ ſit prior ⁊ ꝑ h̄ ſoluit̃ quinta ratio.

Sciendum eſt quinto. ꝙ plato ⁊ Ariſt. dixerūt celū eē aiatū. Et circa hoc q̄dā dixerūt ꝙ intelligentia ſeparata nō poſſet mouere celū imediate. iō poſuerūt Ariſto. ⁊ Plato celū eē aiatū. q: cū intellectus ſit vniuerſaliū. ſi intelligentia moueret celū imediate nō pl⁹ moueret hoc motu q̄ illo. nec hac velocitate q̄ illa ⁊ iō iſti dixerūt aiatū habere virtutē imaginatiuā q̄ determinet motuꝫ vniuerſalē intelligētie ad hūc motū vel illū. Sed hec poſitio ſuſtineri nō pōt. q: vīr⁹ imaginatiua ē virt⁹ ſenſitiua organica. Sꝫ organū ſēſus fūdatū ē in aliq̄ cōplexiōe q̄litatū primarū. a q̄b⁹ denudatū ē ipm celū. ideo in celo nō pōt eē virt⁹ imaginatiua. Nec valet motiuū ꝙ intelligētie nō ſolū cognoſcūt vl'ia et vl'r. ſ; etiā ꝑ ſpecies vniuerſales cognoſcūt ſingularia ⁊ ſingulariter. Aliĳ autem dixerūt vt refert Simplicius celū eē aiatum nō ꝙ habeat aiam rōnalē ſeu itellectualem ſ; q: hꝫ q̄ndā vitā ſcꝫ cōtēplatiuā ꝑ quā conuenit ſibi ſic naturaliter moueri. ita ꝙ aia celi nō eſt aliud q̄ natura corpis celeſtis. ita celū ꝑ aiaꝫ ei⁹ moueat̃ eo mō q̄ cōtingit g̃ui moueri deorſū ⁊ leui ſurſū. Et ſic ſm eos nō haberet principiū ſui mot⁹ actiuū. ſ; paſſiuū tantū. Hoc aūt ē cōtra intētionē Ariſt. q̄ poſuit celū eē aiatū q̄ꝺ nō diceret ſi in ipo haberet principiū paſſiuū ſui mot⁹ quēadmodū grauia ⁊ leuia. Itē in. 8. phiſi. ꝓbās ꝓbat ꝙ deueniēdū ē in ordie mobiliū ad vnū ꝑmuꝫ. q̄ꝺ in ſe habet principiū ſui mot⁹ q̄ꝺ eſt diuiſibile in ꝑtē ꝑ ſe mobilē et ꝑtē ꝑ ſe motā. ſ; h̄ non poteſt eſſe aliud q̄ celum. g̃ ſm intentionē Ariſt. opꝫ celū eē aiatū. Sed tūc dubitat̃. an ipa aia quā opꝫ eē ſpūalē ⁊ a q̄ dicit̃ celū aiatū ſit ſibi coniuncta aut ab eo ſeparata. Ad hoc pōt r̄ñderi ꝙ nō multū refert q̄tū ad modū mouēdi. vtruꝫ moueat̃ a ſubſtantia ſeparata vel coniuncta. Sed quia cū ipm mouet̃ a ſubſtantia coniuncta q̄ dicitur aia ei⁹ ipm celū ē nobili⁹ ⁊ ad iſtā nobilitatē intedentes Plato ⁊ Ariſt. dixerūt celuꝫ eē aiatū. Sꝫ diceret aliq̄s ꝙ celū ꝓpt̃ cōiunctōꝫ aie ñ ē nobili⁹ cū ipa aia ſi ſit ſeparata nobilior ē q̄ cōiuncta. Dicit eñ plato ꝙ bonū aie rōnalis ē qñ ſeparat̃ a corꝑe. cū g̃ mouens ſit digni⁹ ⁊ ꝑfecti⁹ moto ⁊ mot⁹ a mouente magis depēdeat q̄ a moto videtur ꝙ mot⁹ celi nobilior erit ab aia ſeparata q̄ coniūcta videt̃ g̃ ꝙ cū attēderēt ad nobilitateꝫ ipius debuiſſent dixiſſe celū nō eē aiatum. ſ; moueri a ſubſtantia ſeparata. Suſtinēdo g̃ ꝓbabiliter Platonē ⁊ Ariſt. ſine āt. q̄ temeraria acceptione poſſet dici ꝙ aie nr̄e rōnalis q̄tū ad aliq̄d nobili⁹ ē eē extra corp⁹. q̄ in corꝑe q̄tū ad hoc ꝙ mouet ipm corp⁹ cōtra naturalē inclinationē qñ eſt in corꝑe. ſ; q̄tum ad aliq̄d nobilius eſt eſſe in corꝑe. q̄tum ad hoc ſcꝫ. ꝙ ipa exñs in corpore cōſequitur ꝑfectius eſſe ſpecici. Si ergo eſſet aliqua ſubſtantia ſpiritualis coniuncta ipi celo vt forma eiꝰ ꝑ ſe determinata eſſꝫ ad motū celi ſic ꝙ nō moueret ipm celū ꝯ naturalē ei⁹ inclinatōēꝫ ⁊ ex q̄ cū corꝑe celeſti cōſtitueret vna ſpecies. tūc mot⁹ celi ꝑfectior eēt ꝑ hoc ꝙ talis ſubſtāntia eēt cōiūcta q̄ ſeparata. q: actio ſiue mot⁹ q̄ fit ꝑ inſtrumēta coniūctū principali agenti vt ſic ꝑfectior ē q̄ mot⁹ q̄ fit ꝑ inſtrumētū ſeparatū. Et hoc mō poſſent defēdi Plato ⁊ ariſto. ſi intellexerūt celū eē aiatuꝫ hoc ē moueri a ſubſtāntia ſpūali coniuncta ſm eē. Dubiū eſt tñ apud antiq̄s an ſic intellexerūt. q̄l'r ter. unq; aūt intelle

xerint tenendū est ꝙ celū non mouet a substantia intellectuali cōiuncta ſm eē. ſ separata. et qḋ natura celi se habet ad motum eius vt principiū passiuū. naturaliter eniā inclinatiuum ad talem motū et intelligentia separata ſm se se habet ad motū celi vt principiū actiuum et principale. Sed ad videndū qualiter celum pōt dici aiatū. Notādū ē cum Alber. ꝙ aia nostra habet triplicē habitudinem ad corpus. Una est quātū ad esse non ꝙ in esse dependeat a corpore. sed quia naturaliter habet esse in corpore. et hanc habitudinem non habet intelligentia ad celū mouēs ipm. q: nō faciūt vnū ſm esse. Et h videtur Arist. sensisse in octauo phisicorum cum dicit. ꝙ moto celo non mouetur motor eius nec per se nec per accidens. Aliam habitudinē habet ad corpus quātū ad apprehensionem: quia acqrit suam cognitiōē mediante sēsu q̄ est corpus. Et iterum hanc habitudinem non habet intelligēntia mouēs celum. q: non cognoscit mediāte celo. ſ per lumen prime cause diffusum p oēs substātias intellectuales. Tertiā habitudinē hꝫ aia ad corp⁹ q̄tū ad agere siue pati. q: īfluit motum ipi corpi. q̄ ipm corp⁹ agit et operatur et hanc habitudinē ad celū hꝫ intelligēntia ipsū mouēs. nā sicut intellectus noster practicus vtitur corpore ad explicandū formas artis in materia artificiali. ita intelligēntia mouēs celū vtit̄ celo tanꝗ instrumēto ad explicandū formas naturales generabilium. et hoc mō pōt dici celum eē aiatum. q: recipit motum qui est tāꝗ vita ab ipa intelligēntia mouente vt a principio vite: et ita intelligentia vnitur ipi celo. non sicut forma materie. sed duntaxat sicut motor mobili. Et huic dicere oppositū ē articul⁹ cōdēnat⁹.

Ex quibus patet ꝯclusio respōsiua. s. ꝙ in oī corpi celesti sunt sex differētie positionū ex natura rei distīcte. Probat. q: celū in se hꝫ principiū mot⁹ localis. ꝗ in eo reperiuntur huiusmodi differētie positionū ꝯña tenet q: iste differētie distinguūt ex natura rei ſm determinatas virtutes habētes habitudines ad diuersos motus vel ad motum localē tātum. et cū celū sit corpus pfectissimū. et moueatur m̄ motu locali q̄ est perfectissimus. seq̄t ꝙ celum in se habet hmōi differentias. Et accipitur celū cū dicitur ꝙ habet in se principium actiuum motus pro aggregato ex corpore celesti et intelligentia mouente. ex quibus fit vnū nō ſm eē. ſ ſm operari. Auctoritates sūt pro dictis. Rationes soluūtur ex dictis. Seq̄ te. t⁹.
Dico aūt lōgitudinē q̄dē ipi⁹ et c̄.

Queritur quarto: vtrum ī celo polus semper nobis manifestus qui dicitur articus sit deorsum. et polus semper nobis immanifestus qui dicitur antarticus sit sursum et oriens sit dextrum et occidens sinistrum. punctus meridiei ante. et punct⁹ noctis retro. Arguitur primo contra primā partē quesiti: quia sursum et deorsum vbi distinguuntur ex natura rei attendūtur ſm extrema lōgitudis rei. ſm astrologos lōgitudo attendit̄ ſm distātiā orientis et occidētis latitudo ſm distantiam septentrionis et meridiei. ergo sursum et deorsum non sunt poli mundi ſ magis oriens et occidens. Secundo arguitur ſm Pitagoricos nos sum⁹ in emisperio superiori et ad dextrum celi. q: polus nobis manifestus est sursum et ei oppositus est deorsum. ergo et c̄. Deinde arguitur contra secundam partē quesiti. quia si oriens sit dextrum celi: et occidens sinistrū cum eadē pars que nunc est in oriente statim sit in occidente. sequitur ꝙ in celo nulla ps determinata erit dextra et sinistra. ꝗ eadē ps successiue erit dextra et sinistra. Item in celo oriēs et occidēs nō sūt determinata. neꝗ sit̄ meridies. neꝗ pūct⁹ noctis. ſ ſm vnā regionē attēdit̄ vnum oriens et ſm aliam meridies. et ſm aliā attēdit̄ aliḋ oriēs et alia meridies ꝗ sinistrū et dextrum attenduntur in celo penes oriens et occidens. ergo sequitur ꝙ dextrum et sinistrum non sunt partes determinate in celo. In oppositū ē pħs in textu.

Pro misione sciendū est primo ꝙ postꝙ pħs oñdit ꝙ in celo repiunt̄ sex differentie positionis ex natura rei distincte eo ꝙ sint principium motus localis. consequēter oñdit penes quas ptes ipius celi sumāt̄ hmōi differentie.

Sciendū est secūdo ꝙ p oñsiōe huius ſm quas partes celi accipiantur hic sex differentie positionum supponitur ex dictis ꝙ sursū et deorsū vbi distinguunt̄ ex natura rei sumuntur ſm extrema lōgitudis p quanto ex vno extremorum originat̄ mo

tus localis: q: ois motus localis ab aliquo imobili pcedit. ideo in oī corpe dʒ esse principiū vñ motus. vbi repit aliqd imobilit se habēs in illo corpe. Et q: in corpe celesti omnia pūcta sunt mobilia dempt is duobus polis: sequitur φ ipsi poli mūdi quodāmodo possunt principia dici motus ipsius celi. Sequitur etiaʒ φ distantia que ē inter duos polos debet dici lōgitudo. q: de rōne longitudinis est φ sit maxima dimēsio. non quidē fm quātitatē ꝫ fm virtutē τ pfectionē. et cū sit simplicior: eo φ ɔuenit soli distātie que ē int polos. q: sola illa est imobilis. g τc. Supponitur vlterꝰ ex dictis φ vbicūqꝫ distinguūtur sursum τ deorsū ex natura rei fm diuersitatē partiū illiꝰ corpis penes sursuʒ τ deorsuʒ attendit maior distātia φ penes alias sequit etiam φ non repiant alie differētie. Supponit etiam φ illa pars a qua incipit motꝰ localis alicuiꝰ mouentis seipm dicat dextera τ pars opposita dʒ sinistra. τ ps ad quaʒ est motꝰ ē anterior. τ ps opposita dʒ posterior. Tamē in textu phus nō facit mētionē de ante τ retro. q: habitis alijs differētijs satis habetur ante et retro. q: dictum est priꝰ sursuʒ esse principiū vñ motꝰ. dextrū a quo motus et ante ad qd est motus.

His ditis probatur cōclusio prima. Sursum τ deorsuʒ in celo sunt poli mundi. Probat. q: vt dictū ē sursuʒ τ deorsuʒ sumunt fm extrema longitudinis. ꝫ distantia que ē inter polos ē longitudo celi. q: illa sola ē imobilis. g sursū et deorsū sunt extrema illius distātie. que quidē extrema dicūtur poli mūdi. Secūdo pbatur per habitudinem hmōi poloꝝ ad eqnoctialē ab vtroqꝫ distātem eqliter distinguūtur in celo duo emispe ria. s. supius et inferiꝰ. et sic fm hmōi distantiam attendit in celo maior diuersitas φ sit i ipo. Cū g sursuʒ et deorsum in aliquo corpe sint ptes maxime distantes. in aialibꝰ eni differūt virtute et figura. ideo sequit φ sursum τ deorsum sunt poli mūdi. Secūdo pbatur fm cōem modū loquēdi. nos eni ɔsueuimus dicere φ poli mūdi sint latera mundi. ꝫ latera mūdi sunt id qd ē iuxta polos ex vtraqꝫ parte: ita φ oriēs sit vnū latus τ occidēs aliud. cū g latera i aliq corpe sint id qd ē iuxta sursum τ deorsuʒ: vt pʒ in aiali. seqtur φ sursū τ deorsū sunt poli mūdi.

Conclusio secūda. dextrum celi ē in oriēte τ sinistrū eius ē in occidēte. Probat. q: cuiuscūqꝫ mouētis seipm ps a q motus incipit dʒ dextrū et ps sibi opposita dʒ sinistrū. g in celo cuʒ seipm moueat ē vna ps determiata que dʒ dextera τ alia q dʒ sinistra. τ cū ps in celo a q incipit motꝰ dicat oriens τ opposita occidēs: vt pʒ de ortu et occasu astroꝝ. sequit φ oriēs ē dextera pars celi et occidens sinistra. Et ē hic sermo de oriēte et occidēte simplr τ nō in ordie ad habitātes in diuersis regiōibus. vt ad motus astroꝝ τ planetarū. q: fm hoc diuersi diuersa hnt orientia τ occidētia: imo in diuersis tpibꝰ diuersa sunt pūcta oriētis et occidētis habitātibꝰ in eadē regione fm ascensū et descēsuʒ solis in obliquo circulo. Oriēs autem τ occidēs simplr in celo debēt dici et attendi in ordine ad motū primi mobilis qui ē sup polos mūdi. Et φuis eadē ps celi priꝰ sit in oriēte τ postea i occidēte: q: tn motor celi manet imobilr τ pse τ p accidēs a quo deriuant virtutes in celo fm quas distinguūtur pfectionis differētie. ideo semp oriēs τ occidēs sunt imobilia: et silr dextrū τ sinistrū. τ hoc ideo. q: intelligētia mouēs celū penitꝰ imobilis dʒ residere i vna determiata parte: τ ibidē primo influere motū. τ hec ps dʒ dextrū et oriēs simpliciter. Neqꝫ ē imaginādū φ vna ps dicat dextrior alijs q primo suscipiat motionē intelligentie: q quideʒ pars dʒ dextera a q incipet motꝰ celi si inciperet q: cum illa ps circueat totam terrā non videt ratio q re nobilior effectus causaret in vna pte terre φ i alia. τ ita nō attendit dextruʒ in celo in ordine ad aliquam partē simpliciorē τ determiatā ipsius celi vt quidā dicūt Albertū imaginari. Sʒ vt doctor sanctꝰ vult attēdit ad aliqueʒ determinatū situm fm quem intelligētia respicit celum.

Conclusio respōsiua. polus arcticus ē deorsum in celo τ antarcticus est sursum. Patʒ. q: nisi ita esset: sequeret φ motꝰ celi esset a sinistro ad dextrū redeūdo iteruʒ in sinistrū. pʒ ɔña. q: si polus arcticus eēt sursum τ emisperiū nrm superius: tūc si imaginaretur vnus homo cuiꝰ caput esset in polo arctico τ pedes in polo antarctico habēs faciē supra emisperiū: tūc ipe haberet manū dexteram in occidēte τ sinistrā in oriente. Et cum

motus sit ab oriēte in occidentē: vt patet ad sensuz. sequeret ꝙ motus celi esset a sinistro ad dextrū iterū redeūdo in sinistruz. Sed si opposito modo imaginaret ille homo hēret dextrā ꝛ sinistrā in occidēte. quare sequitur arcticus ē deorsuz ꝛ antarcticus sursū. Ex quo ꝯcludit phus ꝙ habitātes sub antarcti co polo si sint sunt in emisperio supiori et ad dextr. celi. ꝛ nos habitātes sub polo arctico vel versus polū arcticū sum⁹ in emisperio in feriori ꝛ ad sinistrū. Et si arguat ꝯtra hoc q: tam in emisperio supiori ꝙ inferiori aliq̄ possunt esse ad dextrū ꝛ ad sinistrū. ḡ nō seq tur ꝙ si nos sumus in emisperio inferiori ꝙ ꝑpter hoc simus ad partē sinistraz celi. Respondent quidā ad hoc ꝙ phus loquit ſm greciam in qua habitabat que ē versus occidentē ꝛ ad sinistrā partē celi. Quia tamen phus indifferēter tam de habitātibus in inferiori ꝙ supiori locutus ē. ideo dicenduz ē aliter. ꝙ phus locutus ē ſm moduz pitagoricoꝝ. qui quidē referebāt sursum ad dextrū: et deorsum ad sinistrū. Et cum nos sumus in emisperio inferiori: dicit nos esse ad sinistrā partē ꝛ illos qui sunt in supiori ad dexteraz.

Sed cōtra hoc arguitur q: dixerunt pitagorici nos eē in emisperio supiori ꝛ apud dextrum. Ad hoc dr̄ ꝙ forsan hoc dixerūt ꝯspicientes ad polū nr̄m. q: polus noster sp̄ eminet. ideo dixerūt ipm esse sursuz. Uel aliter dicitur ꝙ ita dixerūt aspiciētes ad motuz planetarū oppositū motui diurno quodāmodo ꝛ ſm hūc motū planetarū arcticus ē sursuz et antarcticus deorsum. ꝛ dextrū ē in occidēte ꝛ sinistrū in oriente. Et sic p3 ſm q̄s ptes celi sumant differētie positionū in celo.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicit ꝙ astrologi dicētes ꝛ loq̄ntes longitudinē esse ab oriente in occidens: loquūtur de longitudine terre habitabilis siue climatū et vniuersi totius. Unde longitudo climatū attendit ab oriente in occidēs ꝛ latitudo ab aquilone in austrū siue i septētrionem. Ad alias pat3 solutio ex dictis.

Sequitur in textu. Quoniam autem non est cōtrarius ꝛc̄.

Queritur quinto vtruz necesse

sit celum moueri pluribus motibus ad saluandum generatiōes ꝛ corruptiōes in istis inferioribus. Arguit ꝙ non. q: nobilius non ē ꝑpter minus nobile. ſ celū nobili⁹ ē ꝛ etiā mot⁹ eius ꝙ sint hec inferiora ꝛ generatōes ꝛ corruptōes eoꝝ. ergo non ē necesse ponere pluralitatē motuū celestiū ꝑpter generationes ꝛ corruptōes istoꝝ inferioꝝ. Secūdo arguit. celuz agit in hec inferiora triplici instrumēto. s. motu. lumie. ꝛ influentia sic fieret generatōes ꝛ corruptōes in istis inferiorib⁹.

Tertio sic. cessante motu celi adhuc manerent elementa cōtraria adinuicē. ergo adhuc agerent ꝛ paterent adinuicē. ꝛ per ꝯn̄s nō ē necesse ponere celū moueri plurib⁹ motibus ad saluandū generatōes et corruptiones i istis inferiorib⁹. In oppositū ē phs.

Sciendum est primo ꝙ postq̄z

phs determinauit de diuersitate ptiū celi ſm situm: cōsequēter agit de diuersitate partiū celi que attendūtur ſm ordinem plurium corporum celestium.

Sciendū est secūdo ꝙ si motui

celi esset aliquis motus cōtrari⁹ cuz ꝯtraria differāt ſm speciē ꝛ vniuersum non esset simpliciter perfectum si esset vnus motus circularis ꝛ nō esset alius sibi cōtrari⁹. ꝛ ideo per se facile esset assignare ratōem vnam de pluralitate motuū celestiū ꝛ etiā corporū. Sed q: motui circulari nullus ē motus ꝯtrarius ideo oportet ex alio assignare ratōem ꝛ cām pluralitatis. Et hoc ē difficile vt dicit phs. q: accidentia corpoꝝ celestiū sunt nobis ignota. tum primo ꝑpter elongatōem corporuz celestiū a nobis. tuz secūdo q: corpa celestia non ꝯueniūt in accidētibus cū istis inferioribus. ergo accidētia corpoꝝ celestiū sunt alterius nature: eo ꝙ ista inferiora sunt generabilia ꝛ corruptibilia ꝛ ideo ꝓ isto statu in q̄ cognitio nostra intellectiua ortū h3 a sensu: cum ex cognitiōe accidentiū veniam⁹ in cognitionē substāne difficile ē nobis questiōes formatas de celestib⁹ a nobis determiari. Et q̄uis hoc sit difficile: tñ phus ꝑ viam resolutionis resoluēdo effectus in causas ꝛ posteriora in priora: determiat p̄ntez q̄stionē ꝛ alias q̄stiones q̄ sunt de celo ꝛ accidēntib⁹ eius.

Et ꝓ determiatōe p̄ntis q̄stionis ponit phs sex ꝯn̄as. Prima. si celū est q̄d diuinū ꝛ sempiternū necesse ē motū ei⁹ esse sempiternū et circularē. Secūda. si mot⁹ celi est sempitern⁹

teſt dupliciter cōſiderari. Uno modo quantum ad actum. ſcilicet ſcḋm ꝙ eſt ſub foꝛma ⁊ per habitudinem quaꝫ habet ad determinatam foꝛmā per diſtinctas diſpoſitiones: quibus diſponiṫ ad illā ⁊ nō ad aliā. Alio modo poteſt cōſiderari ſm eſſentiam: videlicet vt eſt denudata et expoliata ꝑ itellectū ab omī foꝛma determiata ⁊ ab omī diſpoſitione ad foꝛmā determinatam.

Concluſio pꝛima. Materia ac

cepta scdm eius potentiā scilicz vt est denudata ab oi forma per intellectū est vna omnib' generabilib' z corruptibilib'. Probatur. quia in quolibet genere causarū ē status z est deuenire ad vnū. vt pbatur. 2. methaphi. sicut ergo deueniēdū est ad vnū primū efficiens z ad vnū finē z ad vnam primordialē formā. sic deueniēdū est ad vnam primā materiam. ergo materia oīm generabiliuz z corruptibiliuz talis est vna. Item in omi motu et mutatione semper supponitur aliquid quod non abijcitur neqz per motū acqritur qd manet sub vtroqz termio mutatōis. hoc aūt nō est forma: ḡ materia.

Secūda conclusio. materia proxima z disposita ad susceptionē forme non est vna in omnib' habētib' trāsmutationez adinuicē. Patet. qz alij z alij actus requirūt aliā et aliam potentiā cum actus proprius vniuscuiusqz rei recipiatur in propria potētia. cum ergo materia scdm suā naturā sit in potentia ad formam. sequitur qz scdm diuersitatē formarū est diuersitas materiarum. vt liquabiliū materia est aqua z ycopernatuz z ignitorū materia est sicca. ergo nō habentiū transmutationē adinuicez materia proxima non est vna.

Sed dubitatur quomō materia scdm se considerata dicatur vna in omib' generabilibus z corruptibilibus cum nihil idem videatur esse in diuersis speciebus.

Sciendū est qz prout habet cōmentator duodecimo methaphi. materia nō est vna per aliquā vnā indiuidualem formā: sed est vna per indifferentiā. qz si omnis materia absoluet ab omni forma vel cōsideraret vt absoluta ab omni forma non remanet nisi ipsa sola. nam cum sit actus qui distinguit vt habetur. 9. methaphi. vbi nullus est act' ibi nulla est distinctio. z qz in materia vt sic nullus intelligitur actus: sz est pura potentia excludēs omnē actū. ideo nulla est ibi distinctio. ergo materia prima scdm se cōsiderata est vna omniū per indifferentiā. qz non habet per quid differat. Unde phs. 5. methaphi. loquens de modis vni' vult qz vnitas materie sit quasi vnitas generis. nō est ergo aliquid vnū per vnitatem forme. licet cū species sit vna: genus tamē non est vna forma. nam vt vult temistius primo de aia cōceptui speciei correspōdet ypostasis hoc est respondet in natura aliquid vnū. s. vna forma quā recipit talis conceptio vt fundamentū. sed generi nō cōpetit talis vnitas. z ideo generis concept' sine ypostasi sumptus est ex tenui singularū similitudine collect'. vnitas ergo generis est ex quadā tenui similitudine singularū et ex remotiōe differentiarū. vt remouendo ab hoie z leone rationale z irrationale remanet aial. Gene ergo dicit qz vnitas generis est quasi vnitas materie. z ecōuerso. cū quelibet illarum sit per indifferentiā et non per vnitatē forme.

Patet igitur materiā esse vnā. nō quālibz. sed primā. z patet qua vnitate est vna. quia per quandā indifferentiā vna est. Utrum aūt preter hanc vnitatē sit alia vnitas. Possumus dicere qz est etiā vnitas per attributionē ad omnē formā. qz data quelibet materia generabiliū ipsa pōt fieri materia cuiuslibet forme date z proportionari actui z de hoc videbitur alias lati' qz generabiliū z corruptibiliū materia nō pōt esse vna.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicitur qz illa sunt eadez numero que habent vnā materiā numero singularē z indiuidualem. sed ista nō sunt eadem numero: ergo eandē materiā habent remotaz per indifferentiā modo declarato. Ad secūdaz dicitur. qz quis ~~modo quoddā~~ generabile sit in potentia specifica ad quodlibet aliud. tamē ex quolibet generabili potest fieri aliud ppter potentiā remotā nisi forte accidat impedimentū per accidens ppter improportionē qualitatum. quia ex grano milij non posset fieri leo cū scdm pportionem reqrat alia materia. Ad tertiā dicitur qz non est eadē materia omniū generabilium z corruptibiliū scdm esse sed bene scdm eēntiā si accipiatur scdm se: sed si accipiatur vt ē determinata p formā est pars determiatē eēntie z h de qōne. Seqt i textu. Democrit' aūt.

Queritur quarto vtruz democritus ponēs corpora indiuisibilia esse principia rerum possit saluare distinctionē generationis ab alteratione z ab alijs motibus

Arguit qz sic. vnūquodqz componitur z fit ex hijs in que resoluitur. s res naturales resoluūtur i corpora athomalia positōe ordine z figura differētia. ergo ex his fiunt

et cōponūtur. et per ɔsequēs per ɔgregatio nē huiusmodi corporū fiunt generatōnes. et p disgregationē corruptiones. et per transmutationē huiusmodi corporū in vnogenito in positione et ordine fiūt alteratiões et p ingressuz et recessum diminuūtur et augent corpora. Minorē probat democrit⁹. q: pos sibili posito in esse nullū sequitur impossibile. sed possibile est quodlibet corpus naturale scdm quodlibet signū siue punctū diuidi. q: diuisibile si scdm aliquod signuz et de facto diuiditur: ergo scdm quodlibet. quia nō est maior ratio de vno q̄ de alio. ponat ergo q̄ aliquod corpus actu sit diuisuz fm quodlibet signum: vel ergo diuisione facta nihil remanebit vel remanebunt magnitudines diuisibiles vel puncta: vel superficies vel passiones vel corpora indiuisibilia. sed nullum horum potest dici preter vltimum. Non enī primū potest dici. quia corpus ex nihilo fieret et esset. Nec secundū. quia punctū additū puncto non auget ipsum: quod patet. q: in linea recta sunt tm̄ duo puncta in actu lineam terminantia. et si diuidat in duas medietates fient quattuor puncta. si ergo puncta aliquid augerent cum in magnitudine diuisa sint plura pūcta in actu q̄ in nō diuisa: sequeretur q̄ omnes ptes magnitudinis simul sumpte essent maiores q̄ totū in resolutione. ergo corpora nō redinquūtur pūcta. Et eadem ratōe probari posset q̄ neq3 supficies. quia cum sit indiuisibilis scdm profundum vna addita alteri nō augebit ipsaz scdm pfundū. cū igitur corp⁹ sit pfundū nō potest componi ex superficiebus. et per consequēs neq3 resolui superficies. Nec potest dici quintū. sc3 q̄ relinquat passio. quia illud quod relinquitur ex diuisione segregabile est ab alio et existit diuisione facta. sed nulla passio segregabilis est a suo subiecto. ergo passio nō relinquit corporibus diuisis. Relinquit ergo q̄ corpa q̄ diuidūt: diuidunt in corpa īdiuisibilia. quare per consequēs componunt ex ipsis. et sic talia corpora sunt ponenda. Iterum arguit sic Democrit⁹. Quicquid apparet sensui est verum. sed sunt aliqua corpora scdz sensum indiuisibilia: ergo sunt ponenda. Preterea illa sunt ponenda per que saluari pōt gnātio et corruptio rez: ƀ hoc nō fit nisi cōgregatione et segregatione principiorū. principiū aūt est indiuisibile. q: si esset diuisibile iam esset principiatū. corpus etiā non pōt fieri ex non corpore. ergo oportet ponere corpora athomalia. quoz cōgregatione res generātur et segregatōe corrūpūtur etc.

In oppositum est phūs in quarto et quinto capitulis huius tractatus.

Sciēdū est primo q̄ postq̄ philosophus recitauit opiniones antiquorum de principijs naturalibus et ostendit q̄ nullus eoz scdm rei veritatem rerum naturalium saluabat transmutationem. consequēter comparat positionem Platonis et Democriti adinuicem.

Sciendū est secundo q̄ plato posuit corpora componi ex supficieb⁹ et in superficies resolui. que aūt fuit opinio Democriti satis patuit in ratiōibus aū opposi tum. Posuit enī Plato corpora indiuisibilia esse pricipia rerū. et ad saluādū diuersitatez que i sensu apparet posuit huiusmodi corpora esse infinitarū specierum. et scdz q̄ congregantur aliter et aliter figurata generātur diuersa. sicut ex eisdē litteris aliter et aliter ordinatis fiūt comedie et tragedie. et scdm q̄ hmōi corpora indiuisibilia in aliquo corpore se habēt in alio situ et ordine dicebat tale corp⁹ alterari sicut colores etiā alij et alij scdm aliū et alium situm.

Sciendū est tertio q̄ quia pro incōuenienti habuit Democritus aliquod corpus fieri ex incorporeo. ideo licet posuerit corp⁹ diuisibile posse diuidi scdm q̄dlibz signū. nō tm̄ posuit q̄ diuideret fm q̄dlibz signū ɔtinuatiuū: ƀ scdz q̄dlibz signū diuisiuū. q: si diuideretur scdz q̄dlibet signū ɔtinuatiuū et diuisiuū: tunc diuisione facta non remaneret aliquod continuū et per cōsequēs neq3 aliquod corpus. quare cum corp⁹ diuidatur in ea ex quibus componitur sequeretur q̄ corpus fieret ex non corpore qd̄ habuit Democritus pro inconuenienti.

Conclusio prima. positio platonis est irrationabilior positione Democriti Probatur: quia irratōnabilius est corpora componi ex non corporibus q̄ ex corporib⁹ ergo irratōnabilius est componi corpora ex superficiebus que nō sūt corpora sicut Plato posuit q̄ ex corporib⁹ indiuisibilibus: vt

ponit Democritus. Secũdo. quia Plato per suam positionem non potuit saluare nisi generationē ⁊ corruptionem. Democritus aũt apparenter saluauit oms alios motus. et adhuc Plato non locutus est de omni generatione: sed solum de generatiõe elementorũ. Democritus autem de omni generatione curā habuit. Item ratio Platonis scdm quã suam positionem persuadebat sophistica est et extranea pbo naturali

Arguebat enim ꝙ si nõ essent dabiles superficies indiuisibiles ex quibus cõstituunt corpora sequeret ꝙ añ triangulũ essent multe figure quod est falsum. Democritus aũt ppriis et philosophicis rõnibꝰ persuadebat suam positionem: vt patet ex rõnibus ante oppositũ. Democritus etiam considerabat sensibilia pticularia que sunt plura et a quibus sumebat experientiam. qꝛ experientia est de singularibus. Sed Plato cõsiderat vniuersalia q̃ sunt tota pauca in ordine ad particularia de quibus non habetur experientia. ideo dicitur in textu ꝙ platonici qui fuerũt de numero existẽtiũ indocti idest inexperti intuentes ad pauca idest vniuersalia facile idest debiliter annũciauerunt. Et hoc est qđ solet dici ꝙ aspicientes ad pauca de facili paralogisantur.

Conclusio secunda licet positio

Democriti sit magis apparens: tamen ad eam sequũtur impossibilia. Patet. qꝛ cũ corpus sit continuũ omne corpus est diuisibile. ergo neqꝫ corpus indiuisibile additũ alteri augebit ipsum. et per consequens ex corporibus indiuisibilibꝰ nõ põt aliqđ corpus componi. Nec valet quod dicit Democritus ꝙ corpus nõ diuiditur scdꝫ qđlibet signum cõtinuatiuũ quãuis diuidi possit scdm quodlibet signum diuisiuum. quia in linea idem est punctum scdm rem quod terminat partes adinuicem et super quod cadere potest diuisio. et ita idem est signuꝫ continuatiuum ⁊ diuisiuũ.

Conclusio tertia generatio non

est idem ꝙ congregatio corporum indiuisibilium neqꝫ corruptio est idem ꝙ segregatio eorum. Patet. quia tunc generatio et corruptio essent motus locales. et genitum non esset aliquod vnum simpliciter: sed solum esset vnum congregatione: sicut aceruus lapidum. Sequeretur etiam ꝙ generatio et corruptio non essent mutationes scdm substantiam: sed solũ scdm accidens. Itẽ generatio est huius totius in hoc totum et similiť corruptio: ergo generatio fit absqꝫ diuisione continui et per consequens generatio non est idem ꝙ congregatio et corruptio idem ꝙ segregatio.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam dicitur ꝙ quodlibet corpus et uisibile est infinitum si consideretur sola ratio continui. non tamen oportet propter hoc ꝙ corpus sit actu diuisum in infinitas partes. quia potentia non est ad actuꝫ perfectũ sed est ad actum imperfectum. scilicet ꝙ corpus sit actu diuisum in partes vlterius diuisibiles. nam diuisio semper fit in puncto et cum illi puncto super quod fit diuisio nõ continuetur neqꝫ contiguetur aliud pũctuꝫ semper cadit linea media. naꝫ duo puncta a linea per diuisionem nunꝙ media possũt auferri nisi linea et ita nunꝙ aufertur continuitas quin semper relinquatur in partibus diuisio. Ad secundam dicitur ꝙ non est verum ꝙ omne quod apparet sensui sit verum et maxime circa sensibilia cõmunia: vel per accidẽs: sed sic est in proposito. magnitudo enim est sensibile commune. Ad aliaꝫ dicitur ꝙ corpora athomalia ⁊ si sint parua quantitate: sunt tamen composita ex materia et forma. ideo non sunt simpliciter minima. imo sunt composita et resoluũtur in materiam et formam. et ita sunt principiata et non principia ⁊c̃. Sequitur textus. Determinatis autem his. primo videndũ est vtrũ generaẽ quid simpliciẽ ⁊c̃.

Queritur quinto vtrum sit ali

qua generatio simpliciter. Arguitur ꝙ non. quia si esset aliqua talis generatio esset ex non ente simpliciter. modo ex nõ ente simpliciter nihil fieri potest: ergo ⁊c̃. Minor patet. quia simpliciter idem est ꝙ principaliter vl' vniuersaliter. modo si simpliciter idẽ est ꝙ principaliter siue primuꝫ: tunc nõ ens simpliciter idem est ꝙ non substantia que ẽ primum ens. sed non existẽte substãtia non existit aliquod aliorũ predicamẽtoruꝫ. ergo nõ ens simpliciter illo modo idẽ est ꝙ nihil et per ꝯsequens ex non ente simpliciter illo modo nihil fit. Similiť si li simpliciter ideꝫ

sit qd vniuersaliter tunc etiam non ens simpliciter idem erit quod nihil. modo ex nihilo nihil fit. ergo ex non ente simpliciter qualitercunque dicatur non ens simpliciter nihil fieri pot. ergo etc. Secundo sic. si esset aliqua generatio simpliciter: vel esset successiua vel instantanea. non secundum. quia omne quod generatur prius generabatur: vt dicitur secundo physicorum. nec potest dici primum. quia tunc forma substantialis intenderetur et remitteretur: quod est inconueniens. Tertio sic. nihil debet poni a philosopho nisi quod notum est et manifestum ad sensum: sed non est manifestum aliquid generari simpliciter. ergo etc. In oppositum est phs in sexto: septimo: et octauo capitulis huius tractatus.

Sciendum est primo quod postquam phs determinauit de generatione secundum opiniones antiquorum quas improbauit. consequenter determinat de ipsis secundum opinionem propriam. Et primo querit philosophus an sit aliqua generatio simpliciter. et similiter de corruptione. De hoc enim dubium fuit apud antiquos. Nam quidam posuerunt generationes simpliciter esse alterationes. alii licet ex suis dictis cognoscerentur ponere differentiam inter generationem et alterationem: tamen suas positiones saluare non poterant. ideo conueniens est dicere an sit aliqua generatio simpliciter vel non.

Sciendum est secundo quod generatio est transmutatio de non esse ad esse. Corruptio vero per oppositum: est de esse ad non esse. et quia mutationes capiunt speciem a terminis ad quos sunt. Conformiter sicut reperitur duplex esse scilicet esse simpliciter: quod est esse substantiale. et esse secundum quid: quod est esse accidentale: ita duplex est generatio. quedam enim est simpliciter que est ad formam substantialem. et quedam secundum quid que est ad accidens.

Sciendum est tertio quod generatio pot dici secundum quid et simpliciter dupliciter. scilicet comparatiue et absolute. Si absolute: tunc generatio cuiuscunque substantie erit generatio simpliciter. et generatio cuiuscunque accidentis erit generatio secundum quid. quia absolute loquendo omnis substantia est ens simpliciter: et omne accidens est ens secundum quid. Si vero comparatiue: tunc comparando substantiam ad accidens generatio simpliciter et generatio cuiuscunque accidentis est secundum quid. Sed comparando vnam substantiam ad aliam: tunc in generatione substantie est generatio simpliciter et generatio secundum quid. quia vna substantia est perfectior alia. et generatio perfectioris substantie est generatio simpliciter: et generatio substantie minus perfecte est generatio secundum quid. Et similiter de accidentibus quia etiam vnum accidens perfectius est albo. Sed preter illos duos modos antiqui posuerunt alium modum per quem distinxerunt generationem simpliciter a generatione secundum quid. Distinxerunt enim sic. quia cum fit aliquid multum sensibile est generatio simpliciter: et corruptio secundum quid. Sed quando econtra fit aliquid multum insensibile est generatio secundum quid: et corruptio simpliciter. Sed isti ponebant differentiam inter intellectum et sensum. ita quod sicut dicebant quod illud quod non est sensibile sit non ens: et quanto aliquid est magis sensibile tanto est magis ens. et absurde cum oportet econtrario dicere. quia inter res corporeas sube minus sensibiles minus habent de materia: et plus de forma.

Conclusio responsiua: Aliqua est generatio simpliciter. Probatur. quia est aliqua transmutatio de non esse substantiali ad esse substantiale. ergo est aliqua generatio simpliciter. et proportionabiliter argueretur quod est aliqua generatio secundum quid. quia est aliqua transmutatio de non esse ~~substantiali~~ ad esse accidentale. igitur.

Aduertendum secundo quod non ens simpliciter pot accipi tripliciter. Vno modo vt idem est quod vniuersaliter. et sic non ens idem est quod nihil. et hoc modo ex non ente simpliciter nihil fit naturaliter. Alio modo simpliciter idem est quod primum siue principale. et sic ens simpliciter idem est quod substantia. et hoc modo ex non ente simpliciter nihil fit. quia si non est substantia non est aliquid aliorum predicamentorum: et per consequens nihil est. Tertio modo non ens simpliciter idem est quod actualiter: et hoc modo non ens simpliciter idem est quod non ens actu. et hoc modo generatio simpliciter est ex non ente hoc modo dicto. scilicet ex eo quod non est actu aliqua substantia: sed tantum potentia. nam generatio est mutatio que est actus entis in potentia. et cum potentia ad esse substantiale sit potentia ad esse simpliciter: oportet quod generatio simpliciter sit ex non ente in potentia ad esse substantiale. Sed contra hoc obiicitur in textu. quia vel illud ens quod est in potentia ex quo est simpliciter generatio est actu aliquod aliorum predicamentorum. vel actu nihil. sed omnia in potentia. non primum. quia tunc accidentia existerent sine sub-

fecto. nec secundũ. q: quod non est actu aliqd nõ debet dici illud: sicut nigrũ qd ẽ i potentia albũ: nõ propter hoc dicitur album. si ergo illud ex quo est generatio simpliciter non est actu substantia neqꝫ accidẽs cũ ens sufficienter diuidatur in illa duo: illud erit non ens. ꝛ sic ex nihilo fiet aliquid: quod est impossibile. Ad huiusmodi solutionẽ habendã interponit phs quandã dubitatiõez que est via ad soluendũ predictaꝫ difficultatem. Est ergo dubitatio de causis perpetuitatis gñationis ꝛ corruptiõis. Ad quod respondet ꝙ duplex est causa. s. effectiua: ꝛ materialis. Causa effectiua est duplex. quedaꝫ est mouẽs ꝛ immobilis: ꝛ hoc est prima causa. ꝛ de tali ptinet determinare ad primũ philosophũ. Alia est mouens ppetuo motu que est celũ: ꝛ pcipue sol. qui cõtinue mouet sub obliquo circulo. ꝛ de hac determinabitur in fine secũdi libri. Nũc autez solũ restat determinare de causa materiali. Et videtur ꝙ ex parte materie non debeãt generatiões ꝛ corruptiones ppetuari. q: quod corrũpitur tẽdit in nihil simpliciter: ꝛ ita videt ꝙ iam sit cõsumptum principiũ materiale: nisi sit infinitũ in actu: qd nõ est dicendũ vt probatũ est tertio phisicoꝝ. Nec põt dici infinitũ ꝙ sit infinitũ in potẽtia diuisionis. q: sequeretur ꝙ posterius generata essent minora prioribus. Ad hoc dicẽdũ est ꝙ ex parte materie est perpetuitas generatiõis ꝛ corruptionis: eo ꝙ generatio vnius est corruptio alterius. id est ad corruptionẽ vni⁹ immediate sequatur gñatio alterius. Unde cũ aliquid corrũpitur fit resolutio vsqꝫ ad materiã: et non corrũpitur materia ꝑm substãtiã. ymo manet eadem sub vtroqꝫ termino gñationis: ꝛ ita non oportet ꝙ materia corrumpatur ad hoc ꝙ generatiões ꝛ corruptiões sint perpetue. Et per hoc patet solutio difficultatis mote. nam subiectum generationis est in potẽtia ad formam rei generande: sed est actu sub forma rei corrumpende. materia enim per nullũ instãs est sine forma. Uerũ est tamẽ ꝙ generatio nõ est per se ex materia ꝑm ꝙ est actuata per formã abijciendam. sꝫ ꝑm ꝙ est in potentia ad formã acquirendã. ꝛ ita subiectum generatiõis simpliciter per se est ens in potentia ꝛ p accidẽs i actu ens Et per hoc patet solutio alterius dubitationis quare scilꝫ dicimus omnẽ generationez esse ex aliquo corrupto. Hoc enĩ non est. qa materia sit denudata ab omĩ forma: sed cuꝫ est in potentia ad vnam est actu sub alia. et simul esse nõ potest sub duabus formis substantialibus: ideo nũꝙ introducitur forma in materia quin abijciatur secunda sub qua est: ideo dicim⁹ ꝙ generatio semꝑ est ex aliquo corrupto. Ex illis patet quid est generatio simpliciter ꝛ quid corruptio. ꝛ quot modis potest dici generatio ꝑm qd. ꝛ quot modis accipitur simpliciter. ꝛ que sit causa ppetuitatis generatiõis ꝛ corruptiõis.

Ad rationes ante oppositũ.

Ad primã dicitur ꝙ ratio illa procedit ex insufficienti diuisione: vt ante patuit. Ad secũdam dicitur ꝙ generatio simpliciter ꝑm propriã rationẽ mutatiõnis est instantanea. sed si capiatur ꝑm ꝙ est admixta alteratiõi: sic est successiua. Ad vltimã dicitur ꝙ nihil debꝫ poni a philosopho naturali: nisi sit cognoscibile ad sensum vel per intellectuꝫ: modo generatio simpliciter non est intellectui immanifesta. ꝛ potest eius cognitio accipi per sensum. ergo ꝛc. Sequitur in textu. Propter quid aũt hoc qdẽ simplicit. ꝛc.

Queritur sexto vtrum generatio vnius sit corruptio alterius. Arguitur ꝙ non. q: generatio ꝛ corruptio sũt mutationes opposite. ergo vna nõ est alia.

Secũdo sic. cum mixtũ corrumpitur resoluitur in quattuor elemẽta sicut ex his cõponitur. ergo corruptio vnius nõ erit semper generatio alterius. ymo quãdoqꝫ plurium.

Tertio arguitur. In mutatione aliquid corrumpitur. scilicꝫ nutrimẽtum. ꝛ tamẽ nihil videtur generari. ergo ꝛc. Quarto sic Generatio scientie in intellectu: ꝛ luminis in medio nullius est corruptio. ergo ꝛc.

In oppositũ est philosophus in textu.

Pro misione ad qstionẽ sciẽdũ est primo ꝙ titulus questionis potest habere duplicem sensum. vnũ quidem talem. an generatio ꝛ corruptio sint vna ꝛ eadeꝫ mutatio siue motus. Et quo ad hoc dicendum est ꝙ dupliciter potest cõsiderari generatio ꝛ corruptio. Uno modo ꝑm proprias ꝛ essẽtiales rationes. ꝛ hoc modo non sunt vna ꝛ eadem mutatio: ymo habent ratiões oppositas. Alio modo possunt considerari ꝑm eẽ ꝛ hoc modo sunt idem motus. q: in omĩ mo

tu aliquid abijcitur. scz termin⁹ a quo. ꝛ aliquid acquiritur. scz terminus ad quem. a͂o i om̄i motu est generatio quedaz ꝛ corruptio licet alia ratione motus dicatur generatiu⁹ ꝛ alia ratione dicatur ꝛ corruptiuus. Aliuz sensum potest habere titulus questionis talē. Utrū ad vnius cōpositi substantialis corruptionē sequitur generatio alterius: ꝛ ecōtra. ꝛ istum sensum capit Aristoteles.

Sciēdum ē secundo ꝙ materia simul ꝛ semel non potest habere plures formas substantiales. alias vnū ens esset plura entia. q: cū quelibet forma substantialis dat esse simpliciter sicut posset habere duas formas substātiales. pari ratione posset habere tres vel quattuor: etiā in infinitū. ꝛ ita vnū ens posset esse infinita entia. Itez act⁹ actiuorū sunt in patiēte predisposito: secundo de anima. modo alia ꝛ alia forma substātialis aliam ꝛ aliā dispositionez in materia reqrit. ergo si due forme substantiales simul essent in vna materia sequeref ꝙ in vna materia possent simul esse dispositiones ꝯtrarie

Et si obijciatur de formis substantialib⁹ eiusdem speciei que requirunt eandē dispositionez. ergo videtur ꝙ simul plures possūt esse in eadē materia. Respōdetur ꝙ cum in habentibus materiā ipsa sit principiū indiuiduationis impossibile est duas formas substantiales: vel etiā accidētales esse simul in eadem materia adequata.

Sciēdum est tertio ꝙ materia per nullū instans potest esse nuda ꝛ separata ab omni forma. q: materia ꝓm se nō ē ens: sed est in potētia ad ens solum. ꝛ efficif ens actu per formaz. si ergo separaretur actu ab omni forma sequeretur ꝙ simul esset ꝛ non esset. quod implicat cōtradictionem. Hoc etiam potest ostēdi ex ordine agentiū. Nam semper agens posterius plura presupponit in actione ꝙ agens prius: sicut artifex plura ꝓsupponit ꝙ natura. ꝛ natura ꝙ agens primū. Cum ergo agens primum possit agere nullo subiecto ꝓsupposito sequitur ꝙ agēs naturale in sua actiōe presupponit materiā Et cum agēns naturale non agat nisi p̄ motum ꝛ transmutationē cuius subiectū oportet esse actu: sequitur ꝙ om̄e agēs in sua actione presupponit materiam actu existentez. ꝛ cum nō sit in actu: nisi per formam substātialem: sequitur ꝙ materia sine forma ꝑmanere non potest: nec sustinere transmutationem agentis naturalis ad formā.

Cōclusio responsiua. Generatio vnius est corruptio alterius: ꝛ econtra. id est ad vnius cōpositi substantialis corruptionē semper sequitur generatio alterius: ꝛ econtra. ita ꝙ in predicta propositōne nō sit predicatio per se ꝛ essentialis seu ydentica: sed sit predicatio per cōcomitantiā. Probatur conclusio. quia corruptio compositi substantialis nihil aliud est ꝙ abiectio forme illius compositi a materia. vel ergo illa forma abiecta inducitur noua forma vel nō Si sic: sequitur ꝙ ad corruptionē vnius sequitur generatio alterius. Si vero illa forma abiecta nō inducatur noua: sequitur ꝙ materia manebit nuda: qđ est impossibile. Eodē modo posset probari ꝙ ad generationē vnius sequitur corruptio alterius. quia cum generatur aliquod compositū substātiale acqritur noua forma in materia. ꝛ cuz materia prius non esset nuda: sequif ꝙ erat sub aliqua forma. vel ergo illa abijcitur adueniente alia vel nō. Si abijciatur: sequitur ad generatiōez vnius sequitur corruptio alterius. Si vero nō abijciatur: seqtur ꝙ due forme substantiales erūt in eadem materia: quod prius probatum est esse impossibile. ergo relinquitur cōclusio vera. Ex quo inferf ꝙ cum materia sit ingenerabilis ꝛ incorruptibilis ꝓm suā substantiam: ꝛ eius appetit⁹ satiari non possit per vnam formaz. ꝛ tamē nō potest simul habere plures formas substātiales: nec pōt manere nuda ab oī forma: seqtur ꝙ materia est causa ꝑpetuitatis generationis ꝛ corruptionis.

Dubitatur an generatio scōm quid semper presupponat corruptionē quēadmodum generatio substantialis. Respondetur ꝙ accidētia sunt duplicia. Quedam enim habent contrariū: ꝛ quedam nō. Habentia em̄ contrarium duplicia sunt. q: quedam sunt que se habent adinuicē ꝙ ambo separari possunt a materia: sicut dulce ꝛ amarum. Alia vero sic se habent ꝙ vnum semper inest materie: vt sunt cōtraria immediata. Dicendum ergo primo ad dubiuz ꝙ in accidentibus non habentibus contrarium: sed tm̄ priuationem oppositam: ge

neratio vnius nō est proprie corruptio alterius. de quib⁹ arguebat tertia ratio ante oppositū: sicut est generatio luminis in medio que non est alicuius corruptio. Dicendū secundo ꝙ in contrarijs que possunt ambo separari a materia nō oportet in generatiōe vnius presupponere corruptionem alteri⁹. illius. scilicz qđ potest separari a materia cū alio cōtrario. q̄uis sit verum dicere ꝙ semp ad generationē vnius contrarij sequit̄ alterius corruptio contrarij medij vel extremi.

Dicit̄ tertio ꝙ in ɔtrarijs immediatis generatio vni⁹ semp est corruptio alterius.

Ad rōnes. Prima soluta est in

primo notabili. Ad secundā dicitur ꝙ impertinens est verum ad corruptionē vni⁹ sequatur generatio vnius vel plurīū. Ad tertiam dicitur ꝙ in nutritione non acquirit̄ noua forma simpliciter: neqꝫ nouum esse: et ita non est ibi generatio simpliciter: sed tantum est ibi partialis generatio pro quāto acquiritur forma ipsius nutrimēti in materia ipsius nutriti. ⁊ ita sicut nō est ibi generatio simpliciter: ita nec corruptio simpliciter.

Ad quartam patet solutio ex solutiōe dubij. ⁊c̄. Sequitur in textu. De generatiōe aūt ⁊ alteratiōe q̇d differūt ⁊c̄.

Queritur septimo vtrū genera

tio differat ab alteratiōe. Arguitur ꝙ nō. q: alteratio est mutatio qua aliquis aliter ⁊ aliter se habet. sed ita est de generatione. q̇a ſm ipsam aliquid aliter ⁊ aliter se habet. ergo generatio est alteratio. Secūdo sic. forma substantialis que per generationem introducitur est quedaꝫ qualitas: vt dicit̄. 5. methaphiē. cū ergo omnis mutatio ad qualitatem sit alteratio. sequit̄ ꝙ generatio erit alteratio. Tertio sic. in omni motu aliquid abijcitur ⁊ aliquid acquiritur. ergo in oīm motu erit generatio ⁊ corruptio. ⁊ ꝑ cōsequens generatio ⁊ corruptio nō differūt ab alijs motibus In oppositum ē pħs in vltimo capitulo secūdi tractat⁹ hui⁹ libri

Sciēdū est primo ꝙ postꝙ phi

losophus in precedenti tractatu determinauit de generatione: consequenter determiat in hoc secundo tractatu de augmentatione ⁊ alteratione. ⁊ pri⁹ de alteratiōe ꝙ̄ de augmentatione. quia alteratio est via ad qualitatē. ⁊ etiā forma substantialis qualitas q̄dam dici potest vt aūt ostēdatur in quo differunt generatio ⁊ alteratio.

Sciendū est secūdo ꝙ in quali

bet re transmutabili duo oportet cōsiderare scz. accidētia inherentia: ⁊ ipm subiectum. et ſm vtraqꝫ potest fieri transmutatio. differēter tamen. q: quando ipo subiecto sensibili manente eodem ſm substantiaꝫ fit mutatio in passionibus ⁊ passibilibus qualitatibus ipsis: siue sint contrarie siue medie: tunc dicitur esse alteratio. ⁊ hoc est diffinitio alterationis. Sed cum totum subiectum mutatur in aliud: nullo sensibili manente eodem dicitur esse generatio. Unde hec est diffinitio generationis. Generatio est mutatio huius totius in hoc totum: nullo sensibili manēte eodeꝫ. ⁊ ita generatio est maxime sensibilis ⁊ apparens quando ex insensibili fit sensibile: hoc est quādo ex paruo sensibili fit multū ⁊ magnuꝫ: sicut cū ex aere fit aqua. ⁊ ita corruptio est maxime apparens quando aliq̇d multū sensibile corrumpitur in paruū sensibile: sicut cum aqua corrumpitur. Sed quereret aliquis an sit cōtra rōem generatiōis ꝙ in genito manet eadeꝫ qualitas que erat in corrupto. Ad hoc respondet philosophus ꝙ in his corruptibilibus q̄ adinuicem transmutant̄ quandoqꝫ manet aliqua passio eadem in genito ⁊ corrupto. sicut pꝫ quando ex aere fit aqua. q: ambo sunt dyaphana. nō oportet tamē ꝙ huiusmodi res ꝑmanētes. s. dyaphanū aeris vel aque q̄ trāsmutant̄ sint passiōes: alioq̇n ipa talis transmutatio esset alteratio. q: q̄ncunqꝫ illud qđ transmutat̄ est passio ꝑmanens est alteratio. sed tantū est generatio q̄n illud qđ trāsmutatur nō est passio permanens. Et hoc manifestat pħs per exemplū. Nam homo music⁹ corrūpitur quando amittit habitū musice: ⁊ tūc homo inmusicus generat̄: eo ꝙ musica non est passio hōis musici: cum sit de ratione eius: similiter musica est de ratione hominis musici. ideo homo musicus non manet: sed tamen homo manet idem numero. si ergo musica ⁊ inmusica n̄ essent passiōes sed essent de ratione eius: tūc per trāsmutationē musice ⁊ inmusice fieret ḡnatio vni⁹. ſ q: musica ⁊ imusica sunt passiōes hōis. iō quādo fit de homine inmusicus fit alteratio hōis: q̄uis sit ḡnatio musici ex imusico. Aduertendū tamen ꝙ non vult dicere pħus ꝙ

diff° generatio

manet eadem qualitas in numero in genito ꝛ corrupto: ſꝫ bene manet eadem ſcđꝫ ſpeciem ꝛ genus.

Conclusio prima. generatio differt ab alteratione. Probatur. qꝛ in generatione eſt mutatio huiꝰ totiꝰ in h̄ totuꝫ nullo ſenſibili manēte codē. ſꝫ in alteratōne manet idē ſubiectū ſcđm ſubſtantiā ꝛ fit ſolum mutatio in paſſionibus ꝛ paſſibilibus qualitatibꝰ eiꝰ: igitur ꝯcluſio vera.

Concluſio ſecunda. generatio etiam differt ab aliȷ̄s motibꝰ. Patet. qꝛ generatio ē ad formā ſubſtātialē. aliȷ̄ vo ad formas accidētales. vt alteratio ad qualitateꝫ et augmētatio ad quātitatē ꝛ loci mutatio ad vbi. Item ꝓpriū ꝛ immediatū ſubiectum generatiōis eſt yle. hoc eſt materia prima. ſed immediatū ſubiectū aliorū motuuꝫ eſt materia exiſtēs in actu ſubſtātiali. ſcilicet ipm cōpoſituꝫ ſubſtantiale: ergo generatio differt ab aliȷ̄s motibꝰ. Sic ergo patet ꝙ generatio differt ab aliȷ̄s motibꝰ ex pte terminorū ꝛ ſubiectorum. Alie etiā differentie multe ſolent aſſignari inter generationeꝫ et alterationem. nam ſubiectū generatiōis nō generatur: ſed ſubiectum alterationis alteratur. Alia differentia eſt. qꝛ per generationē acquiritur aliquid nobilius ſubiecto nō aūt per alterationem. Alia differentia ē. qꝛ generatio eſt ſucceſſiua ſic qđ eſt inter formas inſenſibiles et remiſſibiles non aūt alteratio. Alia differentia eſt. qꝛ ſemel generatum et idem in numero non poteſt naturaliter amplius in idem generari. ſed quod ſemel alteratū eſt iterū bene alterabitur.

Ad ratiōes ante oppoſitū. **Ad** primam dicitur ꝙ aliter ſicut ꝛ alterum dupliciter ſolet capi. Uno mō vt dicit diuerſitatē accidentalem tm̄. ꝛ ſic in generatiōe nō reperitur aliter ꝛ aliter. ſed aliud ꝛ aliud. Alio mō pōt capi large: vt dicit ꝙcunqꝫ diuerſitatē ſiue ſubſtātialē ſiue accidētalē ꝛ h̄ mō eſt cōe ad generationē ꝛ ad alterationē.

Ad ſecūdā dr̄ ꝙ forma ſubſtātialꝰ nō ē qualitas ſcđm ſe: ſed tn̄ bene habet modū qualitatis. Ad vltimā dicit̄. ꝙ in omni motu ad formā bene ē generatio ꝛ corruptio ſm quid. ſed in omni tali eſt generatio ſimpliciter de qua hic intenditur ꝛ hec de q̄ſtione.

Sequit̄ in textu. De gn̄atōne q̄dē ꝛc̄. 3

Queritur ſeptimo vtrū in corruptione ſubſtantiali ex parte formarū ſubſtantialiū neceſſe ſit reſolutionē fieri vſqꝫ ad materiam nudam. Arguitur ꝙ nō. prius eſt vnam formam abȷ̄ci quā aliaꝫ introduci. ergo ſi abȷ̄ciantur oēs forme ſubſtātiales in illo priori materia manet nuda. qđ eſt ꝯ ꝑus dictum. Secūdo ſic. nihil corrūpitur niſi a ſuo contrario. ſed forma corporeitatis nulli forme contrariatur cum ſit cōmunis omnibus generabilibus ꝛ corruptibilibus: ergo ſemper manet in materia et ꝑ conſequens non fit reſolutio vſqꝫ ad materiam nudā. Tertio ſic. ſcđm philoſophū embrio prius viuit vita plante ꝙ̄ vita aīalis. ꝛ vita aīalis ꝙ̄ vita ratiōali. vel ergo adueniente ſenſitiua abȷ̄citur vegetatiua vel non. ſi non habetur intentū. non poteſt dici etiam ꝙ abȷ̄ciat̄. qꝛ anima vegetatiua non contrariat̄ ſenſitiue neqꝫ ſenſitiua rationali ergo vna adueniente nō abȷ̄citur alia.

Quarto ſic. cum ex viuo fit cadauer manet forma oſſis. ergo nō oēs forme abȷ̄ciūtur a materia. Ultimo cum generatur mixtum ex elementis forme elementorū remanent in mixto. qꝛ vt habetur capitulo de mixtione nō corrumpitur vnuꝫ elementū neqꝫ ambo. ſed manet virtus eorum. ergo nō fit reſolutio vſqꝫ ad materiam primam. In oppoſitū videtur eſſe ariſtoteles ponēs differentiā inter generationē ꝛ alios motus ꝑ hoc qđ yle eſt proprium ſubiectum generationis. yle aūt eſt materia nuda.

Sciendū eſt primo ꝙ ſi in eodē compoſito poſſent eſſe plures forme ſubſtātiales non oporteret in corruptione ſubſtātiali reſolutionē fieri vſqꝫ ad materiam. ſed ſi in vno cōpoſito ſit tantū vna forma ſubſtantialis neceſſe eſt in corruptione ſubſtantiali reſolutionē fieri vſqꝫ ad materiā.

Sciendū eſt ſecundo ꝙ eſt quedā opinio ponēs elemēta formaliter in mixto ſub ipſis formis ſubſtantialibus ſub cētamen ligato et de hac opinione poſtea videbitur. Alia eſt opinio ꝙ in homie ſunt plures anime diſtincte ſcđm rem. et prior eſt anima vegetatiua. et poſtea aduenit ſenſitiua. ſine abiectione vegetatiue. et inde aduenit anima rationalis. Tertia fuit opinio auicebron ponentis in quolibet

ꝯposito substātiali tot formas substātiales quot pdicata essētialit̄ distincta possūt pdicari de illo ꝯposito. Quarta opinio fuit alberti ⁊ auicēne ponētiū formā corporeitatis ꝑpetuā ⁊ manentē sub vtroqꝫ trāsmutatiōnis naturalis termino. Quinta opinio posuit ꝙ in quolibet viuēte sunt forme plures ꝑtiales substātiales. ita ꝙ alia est forma carnis: ⁊ alia ossis: ⁊ alia sanguinis. sed est vna totius q̄ dicitur aīa. Sic ergo omēs iste opiniōes conueniūt in hoc ꝙ yle est subiectum generationis simpliciter. ⁊ ꝙ in corruptiōe substantiali nō fit resolutio vsqꝫ ad materiā primā. Et de omnibus istis opiniōibus satis visum est in alijs libris.

Conclusio prima cōformās ad ea que dicta sunt in alijs libris. In cōposito substantiali nō est nisi vna forma substātialis simplex in essentia: lꝫ in aliquibus sit multiplex in virtute. Hec cōclusio satis probata est in pluribꝰ locis. naꝫ si essent plures forme substantiales in cōposito: illud ꝯpositū nō esset simpliciter vnū: sed plura entia generatio etiā nō esset nisi alteratio. q: q̄libꝫ forma substātialis dat eē simplr̄. ergo ⁊c̄.

Cōclusio respōsiua. In corruptione substātiali et pte formaꝝ substātialiū necesse est resolutionē fieri vsqꝫ ad materiā primā. pꝫ ex cōclusiōe pcedēti. ⁊c̄.

Dubitatur primo vtrū eadem qualitas vel etiā quātitas maneat in genito que prius fuit i corrupto. Videt̄ ꝙ sic. q: nisi sic nō esset facilior transitus in elemētis habentibus simbolū q̄ in nō habētibꝰ. consequens est cōtra philosophū in secūdo huius. Patet tamen cōsequentia. quia in hn̄tibus simbolū tot q̄litates corrūperent̄ quot corrumperent̄ in non habentibus. nec facilior transitus attenderetur penes hoc qḋ est pauciora corrumpi. Item eadem cicatrix maneret in genito que prius fuit i corrupto ⁊ idem color ⁊ eadem figura maneret in genito que priꝰ erat in corrupto. ⁊ ita de multis alijs accidentalibus. In oppositū tamē arguit̄ per diffinitionē generationis a philosopho datā. Generatio ē mutatio huiꝰ totius in h̄ totū: nullo sensibili manēte eodē.

Ad illud dubiū respondendū est alit̄ fm eos qui ponunt inchoationē formaꝝ: ⁊ alit̄ fm hos qui negant. Unde ponētes inchoationē formaꝝ dicūt ꝙ accidentiū: quedam sunt in subiecto rōne forme genetice: et alia ratione forme specifice. Dicunt ergo ꝙ accidētia que insunt subiecto rōne forme specifice nō manent eadē in generato ⁊ corrupto. q: in corruptione substantiali abijcit̄ forma specifica. ⁊ remota causa remouet̄ effectus. Sed accidētia que insūt subiecto rōne forme generice cuiusmodi est forma corporis: bene manēt eadē fm essentiā que prius fuerant in subiecto. q: causa manente eadē manet effectus idem. s̄ non manēt eadē fm esse q: licet forma generalis maneat eadem fm essentiā: non tamē fm esse. Sed illi q̄ ponūt tantū vnā formā substantialē in vno cōposito ⁊ negāt inchoationē formaꝝ respondent ꝙ accidēs manet bene idem fm substantiaꝫ in genito quod prius fuit in corrupto. nullum tamē manet idē fm numerū ꝙ accidēs numeratur per suū subiectū. cum ergo genitum ⁊ corruptū sint subiecta numero distincta: seqt̄ur ꝙ accidētia vnius erunt numero distincta ab accidētibus alterius. ideo dicitur ꝙ impossibile est accidens migrare de subiecto in subiectū. Et fm hoc rn̄detur ad rationes ante oppositū dubij. Ad p̄mā dicitur ꝙ facilitas trāsitus in elemētis hn̄tibus simbolū non attenditur penes hoc qḋ est pauciora accidētia corrūpi. Unde in habentibus simbolū corrumpitur tantuꝫ vna qualitas per se ⁊ alia ex cōsequenti. sed in nō habentibus simbolū due qualitates per se corrūpuntur. ⁊ de hoc videbitur in secūdo.

Ad aliā dicit̄ ꝙ bene probat ꝙ eadē accidētia manent fm speciem in genito q̄ fuerūt in corrupto. sed nō probat ꝙ maneant eadem fm numerū. Accidens eīn nō est ens sed est entis dispositio. trāsmutato ergo aliquo subiecto substātiali quod erat in eo dꝫ transmutari ⁊ corrūpi. ⁊ si maneret eadem qualitas post corruptiōeꝫ illa non maneret vt est corrupti: sed vt est geniti. et ita manēt alia fm numerum. sicut etiam manet eadeꝫ materia fm essentiam in genito ⁊ corrupto: nihilominus dicitur ꝙ in generatiōe substātiali est mutatio totius in totum. q: materia non manet in genito vt ē in corrupto: lꝫ vt est geniti.

Dubitatur secūdo vtrū a pluriū agentiū quolibet possit idem effectꝰ numero produci. Respōdetur ꝙ duplicia sunt

agentia. quedam em̄ sunt essentialiter sub-
ordinata. ⁊ sic idē effectus ab oībus istis numero producitur: ⁊ quodlibet illoꝝ suo modo. Alia sunt agentia non per se subordinata: sed per accidēs. ⁊ hoc dupliciter. qa vel sunt agentia ꝑ accidēs: ⁊ de istis non ē ad propositū. q2 nō influūt formā i effectū. ymo idē effectus potest esse ab infinitis causis sm ꝙ infinita possunt accidētia accidere alicui agenti. Alia sunt agētia per se que tamen nō sunt subordinata: sicut agētia particularia. ⁊ loquendo de istis agentibꝰ dicendū est ꝙ a pluriū agētiū quolibet nō potest idē effectus ꝓduci. quia idē numero bis ꝓduceretur: qḋ est incōueniēs.

Dubitatur tertio vtrū ab eodē agente pluriū instantiū possit idem effectus numero ꝓduci. Rñdetur ꝙ nō: si tale agēs produceret suū effectū per motum ⁊ mutationē. q2 ad preteritū nulla est potentia. ⁊ ita nulla potētia que preterita ē potest redire. ⁊ sic nō potest redire idē effectꝰ numero. modo ad idēptitatē numeralē motus requirit idēptitas tempoꝝ ⁊ forme siue termini. ideo nō possunt idē effectus numero ꝓduci in diuersis tꝑibus: aut diuersis instantibꝰ. neq3 est aliquis effectus cōtingens ex eo ꝙ potest produci instantibus diuersis. s3 q2 pōt ꝓduci ⁊ nō potest ꝓduci. S3 ab agēte cuius actio subiacet nec tpi: neq3 motui idem effectꝰ numero ꝓductus pōt produci: ⁊ hoc tenet articulꝰ resurrectiōis. Et si arguat. q2 simili ratiōe potest ꝓducere effectū existentē in actu sicut potest ꝓducere effectū prius corruptū. Neganda est ꝯña. q2 reproductio ꝓsupponit nō esse illiꝰ qḋ reproducit.

Ad rōnes ante oppositū. Ad primā ḋr ꝙ ex parte materie recipiētis oportet formā preexistentem prius abijci ꝙ̄ sequentem introduci. sed ecōuerso est ex parte agētis. non est tamen ibi prioritas temporum: sed solumꝰ nature Unde primū nō esse forme preexistentis est primū esse forme sequētis. ⁊ ista materia nunꝙ̄ est per aliquod instans sine forma. Ad secundā patet solutio ex alias dictis. na3 forma corporeitatis ex cōsequenti abijcit pro quanto cōtinetur sub forma specifica. qua remota remouent omnia que virtualiter cōtinet. Ad tertiā patet etiam solutio in libro de anima. Et cū arguitur de contrarietate. Rñdet ꝙ ibi est contrarietas large accepta que est impfecti ad perfectū. Ad quarta3 dicit ꝙ cū ex viuo fit cadauer non manet caro nec os nisi equiuoce. nec est eiusdē speciei sicut prius.

Ad vltimā solutio patebit in fine huiꝰ primi. Dicetur em̄ ibidē ꝙ forme substātiales elementoꝝ non manent formaliter in mixto: sed in existente ꝓ quāto forma mixti simplex est in essentia. ⁊ multiplex in existere. cōtinet em̄ ꝑfectiones omniū formarū elementaliū sicut anima ratiōalis cōtinet virtualiter vegetatiuam ⁊ sensitiuam ⁊c̄. Sequitur in textu. De augmentatione aūt ⁊c̄.

Queritur octauo vtrū augmentatio ⁊ diminutio sint motꝰ distincti ab alijs motibꝰ. Arguit ꝙ nō. q2 tūc ignis augeretur ꝑ appositionē noui ignis: et albedo ꝑ appositiōe3 noue albedinis. s3 ñ aduenit ignis nouus nec noua albedo nisi per generationē. ergo augmētatio nō differt a generatione. Secūdo sic arguitur. in augmētatiōe necessaria est corruptio nutrimenti. sed corruptio vnius est generatio alterius. ergo in augmentatiōe est generatio: ⁊ per ꝯsequēs non differt a generatione. Tertio arguit augmentatio est ꝯuersio nutrimēti in substātiam aliti. ergo augmentatio est motus ad substantiā. ⁊ per ꝯsequens est generatio. Et similiter argueretur ꝙ diminutio sit corruptio. q2 diminutio fit per egressum alicuiꝰ intrinseci substantialis. ergo est corruptio ⁊c̄.

Quarto sic. in augmentatione nutrimētū prius existens dissimile efficitur simile. s3 aūt fieri nō potest nisi ꝑ alterationem. ergo augmentatio est alteratio. Quinto sic. augmentatio est motus nutrimenti distinguēs partes viuentis. ergo nō differt a motu locali. Item. illius quod augetur partes excrescūt in maiorem locū. ⁊ illiꝰ quod diminuit decrescūt in minorem. ergo augmentatio et diminutio sunt motus locales. In oppositu3 est philosophꝰ in secundo capitulo huius secundi tractatus.

Pro respōsiōe sciendum est primo ꝙ postꝙ̄ phs determinauit de generatione ⁊ corruptione: ⁊ alteratione: ⁊ ostendit qualiter adinuicē ⁊ ab alijs motibus distingantur. consequēter determinat de augmētatione ⁊ diminutione. ostendēs primo qua

liter differunt alijs motibus. ⁊ deinde circa quid ⁊ in quibus ⁊ qlibus habent fieri.

Pro declaratiõe primi de quo est questio presens. Sciendum est secũdo φ augmentatio solet accipi tripliciter. Uno modo pro quacũq maioratione alicui⁹ rei cuiuscũq nature sit: siue substantia: siue accidens: siue substantia corporalis ⁊ materialis: siue spiritualis. siue fiat talis maioratio per appositionẽ noue materie: siue acquisitionem quantitatis absq additiõe noue materie. siue fiat per intensionẽ aliquã siue cõplexionis. Secũdo mõ solet accipi magis stricte p maioratõne alicuius siue discreti: siue cõtinui qualitercũq fiat. Tertio mõ accipitur proprie p maioratione alicui⁹ quantitatis alicuius viuentis facta per ingressum extrinseci cõuersi in substantiã viuentis per actionem caloris naturalis.

Sciendũ est tertio φ in quolibz viuẽte calor naturalis agit in nutrimentũ viuentis aliquid cõsumendo de humido radicali. ideo viuens semp indiget nutrimento per quod restauretur deperditũ. ⁊ cũ pl⁹ restauratur φ deperditum sit: tũc augetur viuens. sed cum equaliter: tũc non augetur nec diminuitur: sed nutritur tantũ. Et ita potest assignari quid est augmentatio proprie dicta. Quia augmẽtatio est conuersio nutrimenti in substantiã alẽis plusq deperdatur p actionẽ caloris naturalis factã ab anima: vt viuens suã debitã φtitatẽ attingat. Per hoc enĩ φ dicitur conuersio quodã nõ tãgit causa formalis. ⁊ p hoc φ ponit nutrimentũ tangit causa materialis. ⁊ cum adiũgitur plusq deperdatũ sit denotatur differẽtia augmẽtationis a nutritione. ⁊ cum dicit per calorẽ naturalẽ tangitur causa efficiens principalis. cum vero subiũgit vt viuẽs ⁊c. tangitur causa finalis. Patz ergo φ hec diffinitio est causalis. patet etiã φ in augmẽtatione quasi omnes mot⁹ sunt. nam sicut in augmentatõne inuenit corruptio. scz nutrimẽti: ⁊ etiã generatio partialis efficitur sub forma viuentis: annectatur sibi etiã alteratio: qua nutrimentũ primo dissimile existens efficitur simile nutrimento. annectit etiã et quodãmodo motus localis quo attrahitur nutrimentũ ad singula membra viuentis. etiã illius quod augetur partes crescũt in maiorẽ locum. ⁊ sic augmentationi quodãmõ annectuntur omnes motus. ⁊ per hoc soluũtur argumenta ante oppositũ.

Cõclusio responsiua. Licet augmentationi quodãmõ annectãtur oẽs alij motus: tñ augmentatio sm se est vn⁹ motus ab alijs distinctus sm rem ⁊ rõem. ⁊ sili mõ dicendũ est de diminutione. Prima pars p3 in notabilibus. secundã partẽ declarat Aristoteles dupliciter. Prio. q2 alteratio est ad qlitatẽ. generatio ⁊ corruptio ad substantiaz. loci mutatio ad vbi. augmẽtatio ⁊ diminutio per se sũt ad quãtitatẽ. cũ isti termini sũt realiter distincti ⁊ mot⁹ sit eiusdẽ esse cũ termino ad quẽ: sequitur φ augmẽtatio sm se est motus ab alijs sm rem distinctus. Secũdo pbat Aristot. differentiã ex modo trãsmutationis. q2 nõ est necesse illud qd alteratur: neq etiã illud quod generat trãsmutari sm locũ: nec sm totũ: nec sm partes. sed illud qd augetur: ⁊ etiã illud quod diminuit trãsmutat locũ. q2 in augmentatione partes occupant maiorẽ locũ: ⁊ in diminutiõe minorẽ. Aduertendũ tamen φ illius qd augmẽtatur vel diminuitur ptes mutãt locũ aliter tamen φ id quod mouetur motu recto. Nã illi⁹ qd mouet motu recto partes mutãt locũ totaliter. Sed illius qd circulariter mouet partes mutant locum toto semper remanẽte in loco: sic aũt non cõtingit de illo quod augetur ⁊ diminuitur. Patet ergo ex modo trãsmutationis φ augmẽtatio ⁊ diminutio differant ab alijs motibus. posset etiam assignari differẽtia ex parte materie siue obiecti. Nã nutrimentũ pot ɔsiderari vt est in potẽtia ad formã viuẽt. ⁊ sic est materia siue obiectũ nutritionis. Potest etiaz ɔsiderari vt est potentia talis: ⁊ sic est materia alterationis. Potest etiã cõsiderari vt est potentia quantũ: ⁊ sic est obiectũ augmẽtationis. Et si qratur qualiter differt augmẽtatio a rarefactiõe. õ hoc satis habitũ est. 4. phis. c. nã rarefactio p se terminat ad qlitatẽ. augmẽtatio vero p se terminat ad φtitatẽ. ⁊ iteꝝ in rarefactiõe nõ aduenit noua materia: s3 soluz materia existẽs sub pua φtitate efficitur sub maiori. ideo in rarefactiõe nõ ẽ augmẽtatio nisi primo mõ: aut secũdo mõ dicta. Sed in augmẽtatiõe p prie dicta aduẽit noua materia ⁊ noua φtitas q̃ quidez noua materia p calorẽ viuentis conuertitur in sbãm eius.

Ratiões facte solute sunt in corpe q̄stionis. Sequitur in textu. Circa quid aūt. ꝛc.

Queritur nono. vtrū illud qḋ augetur sit solū in potentia q̄tum nullam penitus habens quātitatē. Arguit̄ ꝙ sic. q: augmētatio est motus ad quātitatē: s; oīs motus est actus entis in potentia. sc; ad terminū motus: ergo augmentatio est ex quāto in potentia ꝛ nō in actu. Arguit̄ secundo augmentatio ē ad q̄tuz in actu: ergo nō est ex quanto in actu alias augmētatio ess; ab eodē in idem. Tertio arguit̄. idem est subiectum augmētatiōis ꝛ generatiōnis vt dicitur in textu. sed subiectū generatōis nō est actu q̄tum ergo nec subiectum augmētationis. igitur ꝛc. In oppositum est aristoteles in textu.

Sciendum est primo ꝙ postq̄ p̄bs ostēdit q̄liter augmētatio differt ab alijs motib⁹. ꝯsequēter ostēdit circa quā qualit̄ et per que habeat̄ fieri augmētatio.

Sciendū est secundo ꝙ idem ē subiectū radicale ꝛ primū generatōis ꝛ aliorū motuū. ideo aristoteles inquirēs an subiectū augmētatōnis sit separatū oīno a corporeitate ꝛ magnitudine illud primo inq̄rit de subiecto generationis. Et dicit ꝙ dupliciter potest ipsum esse separatū a magnitudine. vno mō scḋm esse ꝛ scḋm locum Alio modo scḋm esse et nō scḋm locum. sed q̄ sit in aliquo loco sicut vinū in dolio.

Conclusio prima subiectū generationis non est separatū scḋm esse et scḋm locum ab omni corporeitate et magnitudine. q: si sic tale corpus nō se haberet nisi vt punctus vel vacuū idest corpus insensatuz que scḋm antiquos idē sunt. Sed si vt punctus tunc locus esset vacuus. Punctus enī non est in loco eo ꝙ locus est diuisibilis et mensurat locatum. si vero vt corpus insensatuz esset vacuū quod est inconueniens. q: vacuum non est vt pt;. 4. phi. ergo ꝛc.

Secunda cōclusio. subiectū generationis non est separatū scḋz esse ab oī corporeitate ꝛ magnitudine existens tamē in aliquo corpore non sicut pars eius: s; q̄si locatum in loco sicut vinū in dolio. Probatur primo conclusio ducēdo ad tria incōuenientia. primū est. Quia si sic sequeretur ꝙ ex aqua fieret aer aqua nō transmutata. pt; q: si aer sit in aqua et sit separat⁹ scḋm esse ab aqua: tūc aer potest separari ab aq̄ non transmutata sicut vinū trahitur a dolio vino non transmutato. Sequeretur iterū ꝙ in aliquo corpore puta in aqua possent esse infinite materie. pt; cōsequentia. q: cū materia sit seclusa ab omni corporeitate et magnitudine sequeretur ꝙ non occupat locū ꝛ ita possunt simul eē infinite materie et per ꝯsequēs infinita simul ex vno generari Itē sequeretur ꝙ gn̄atio non esset nisi extr⁹ a materialitate. i. extractio vni⁹ ab alio ipo nō mutato. Secūdo p̄bat̄ ꝯclusio ista oīn siue sic. subiectū gn̄atōis nō est indiuisibile ergo oportet ꝙ sit q̄tum ꝛ diuisibile. aīs pt;. q: indiuisibile ē termin⁹ alicu⁹ diuisibilis. sed materia non est termin⁹: imo ē terminata. ergo non est indiuisibilis.

Conclusio. iij. idem est subiectū generationis naturalis et augmētationis. Patet. q: generatio naturalis terminat̄ ad corp⁹ naturale ꝛ augmentatio ad corpus q̄tū. sed eadē est materia corporis naturaľ ꝛ corporis quanti. ergo idē est subiectū generatōis ꝛ augmētatōnis. ꝛ cū subiectū generationis nō sit sepatū a magnitudine vt ostensuz est. seq̄tur etiā ꝙ subiectū augmentatōis nō est actu sepatū a magnitudine.

Aduertēdū est ꝙ q̄uis subiectū augmētatiōis sit actu q̄tū tn̄ augmētatio nō ē ex eo scḋm ꝙ est actu q̄tū: s; scḋm ꝙ est ipotentia ad maiorē q̄titatē ꝛ hoc bn̄ p̄bant rōes aīn oppositū. Vn̄ in q̄titate ꝯsiderata fm suā simplicē formā nō est ꝯtrietas neq; motus. vt pt;. 5. phi. sed in q̄titate cōsiderata: vt ē termin⁹ corporis naturalis impositus a forma naturali determinate sibi maximum ꝛ minimū in q̄titate hoc mō in q̄titate est ꝯtrarietas nō q̄dē scḋm diuersas rōes q̄titatis. s; in eadē spē scḋm rōnes pfecti ꝛ impfecti et ita augmētatio est ex q̄to impfecto ad q̄tū pfectū ideo q: q̄tū impfectū est in potentia ad q̄tuz pfectū. ideo augmētatio est ex q̄to in actu et q̄to in potentia p̄ se tn̄ est ex q̄to scḋm ꝙ ē in potētia ad maiorem q̄titatē. Aduertēdū etiā ꝙ licz sit idē subiectū primū ꝛ radicale gn̄atōis ꝛ augmentatōis. tn̄ aliud ꝛ aliud est ppriū ꝛ p̄ximuz vtriusq;. q̄uis cū materia sit sub aliq̄ actu substātiali ꝛ sub aliqua q̄titate. tn̄ vt sic nō

est per se subiectũ gñationis simpliciter. sed solũ per accidẽs immo ipsa ↄsiderata vt est in potentia ad actũ substãtialẽ est per se ꝓprium subiectũ generatiõis. sed ꝓpriũ ⁊ per se subiectũ augmẽtationis ẽ materia existens in actu substãtiali ⁊ sub q̃ntitate ꝑfecta. scḋz ꝙ ẽ in potẽtia ad ꝑfectã q̃ntitatẽ: ꝫ ipsa materia existẽs in actu substãtiali ⁊ sub q̃titate ꝑfecta sm̃ ꝙ est in potentia ad minorẽ q̃titatẽ est ꝑ se subiectũ diminutõis. Sꝫ hic oritur vnũ dubiũ qḋ mouet aristoteles ĩ textu

Dubitatur vtrum in augmentatõe illud qḋ aduenit puta cib⁹ augeatur vel illud cui aduenit puta mẽbrũ vl' vtrũ ꝗ. Pro solutõe dubij p̃mittit tres ↄditiones augmẽtatõis. Prima ẽ ꝙ illi⁹ qḋ augeť q̃libet ꝑs augeť ⁊ illi⁹ qḋ diminuiť q̃libet ꝑs diminuiť. Secũda ẽ ꝙ augmẽtatio fit aduenĩẽte aliq̃ extrinseco. Tertia ẽ ꝙ illḋ qḋ augeť manet idẽ numero post ⁊ an. Sꝫ ↄtra secũdã ↄditionẽ obijciť. q: illḋ extrinsecũ vl' essꝫ corporeũ: vel incorporeũ. nõ incorporeũ: q: tale nõ auget. nec corporeũ: q: esset penetratio dimẽsionũ in re augmẽtata ⁊ ꝓpť hanc rõem dicũt sic obijcientes augmẽtatiõẽ fieri ꝑ rarefactiõnẽ: sicut cũ aqua fit aer ẽ augmẽtatio ⁊ cũ ex aere fit aqua ẽ diminutio. Sꝫ ↄ̈ hoc arguit phũs. q: qñ ex aqua fit aer si ibi esset augmẽtatio vl' aq̃ augereť. vel aer. vl' aliq̇d cõe ãbob⁹. vl' aliq̇d tale Nõ aq̃. q: corrũpiť. nec aer: q: incipit eẽ de nouo in fine trãsmutatõis: nõ augmẽtatio rei sequiť inceptõẽ rei. nec aliq̇d cõe ambob⁹. q: oportet illud qḋ augeť manere idẽ añ augmẽtationẽ et post sm̃ eẽ ⁊ rõem cũ a forma sit esse ⁊ ratio rei. et cũ ex aqua fit aer variať forma seq̇tur ꝙ nõ ẽ aliq̇d cõe ibi manẽs idẽ sm̃ rõem. Oportet ergo dicere ꝙ augmẽtatio fiat aduenĩẽte aliquo extrinseco qḋ est primo dissimile ⁊ efficitur simile ꝑ alteratõẽ ⁊ ↄuertiť in formã illi⁹ cui aduenit. nec ibi ẽ penetratio dimensionũ. q: illḋ qḋ aduenit auget illḋ cui aduenit ⁊ crescit in maiorẽ locũ ⁊ etiã restaurat deꝑditũ. Vñ illud extrinsecũ cõuertitur in substãtiã illi⁹ cui aduenit ⁊ fit vnũ cũ ipo qḋ ꝓbat phũs. q: nisi fieret vnũ cũ ipo ꝑ se existeret. ⁊ sic nõ essꝫ augmẽtatio: ꝫ gñatio.

Ex quo pꝫ solutio dubij. s. ꝙ illud cui nutrimẽtũ aduenit est illud qḋ augeť. patꝫ q: illud qḋ augeť manere dꝫ idẽ añ augmentationẽ ⁊ post. sed sic est de corpore vel mẽbro cui aduenit nutrimẽtũ et nõ de nutrimẽto: ergo ⁊c̃. Itẽ sicut est in alteratiõe ita ẽ in augmẽtatõe: ꝫ in alteratõe illud qḋ manet vnũ ⁊ idẽ dr̃ alterari. scꝫ ipm̃ subiectũ ⁊ nõ qualitas aduenĩẽs. ergo similiter in augmẽtatõe corp⁹ vel mẽbrũ qḋ manet vnũ ⁊ idẽ diciť augeri. ⁊ nõ sibi aduenĩẽs. Unde in augmẽtatõe aĩa ẽ primũ principiũ augmẽtãs et alterãs nõ alteratũ vel augmẽtatũ. ꝫ alterãs alteratũ est ipm̃ corp⁹ vel mẽbrum qḋ in se hꝫ virtutẽ augmẽtatiuã et alteratiuã ⁊ cõuertẽdi illud in sui naturã ꝫ cibus vel nutrimẽtũ nõ auget effectiue: sꝫ vt materia augmẽti. Rõẽs sunt solute in corpore q̃stionis ⁊c̃. Sequitur in textu. Suscipiendum itaq; ⁊c̃.

Queritur decimo vtrum tres ↄditiõẽs augmẽtatõis sint sufficiẽter posite In quãtũ prima dr̃ ꝙ illi⁹ qḋ augeť q̃libet pars augeť et illi⁹ qḋ diminuiť quelibet ꝑs diminuiť. Secũda ẽ ꝙ illi⁹ qḋ augeť añ augmẽtationẽ et post manet vnũ ⁊ idem.

Tertia ẽ ꝙ augmẽtatio fit aduenĩẽte aliquo extrinseco. Arguiť p̃mo ↄ̈ primã ꝑtẽ q: si sit aliqua pars corporis infirma ⁊ alie sane. ꝑtes sane possunt augeri ꝑte infirma nõ aucta. Secũdo arguiť. si ita esset oporteret nutrimẽtũ trãsire ad singulas ꝑtes illius qḋ augeť. et cũ tales sint infinite oporteret nutrimẽtũ diuidi in infinitũ qḋ est impossibile. Tertio sic ↄtra secũdã partẽ. ꝑtes illius qḋ augeť cõtinue fluũt ⁊ defluunt. ergo nõ manẽt idẽ. Quarto sic ↄtra tertiã ꝑtẽ. q: q̃dã aĩalia viuũt et augent sine aduẽtu alicui⁹ nutrimẽti extrinseci. sicut patet ḋ multis auib⁹: ergo ⁊c̃. Itẽ si adueniret aliqḋ extrinsecũ vel illud esset corporeũ vel incorporeũ. si incorporeũ: q: incorporeũ illud nõ esset q̃ntũ in actu et ita ꝑ sui appositionẽ nõ faceret mai⁹ scḋm q̃ntitatẽ. si vero esset corporeũ sequiť ꝙ duo corpora erunt in eodẽ loco. scꝫ corp⁹ qḋ augeť et corp⁹ qḋ additũ auget. hoc aũt est impossibile. igiť ⁊c̃.

In oppositũ est phũs in textu.

Sciẽdũ est primo ꝙ postq̃ philosoph⁹ oñdit circa q̇d habeat fieri augmẽtatio ↄsequẽter manifestat quasdã ↄditõẽs augmẽtatõis q̃ sũt sex. s. tres affirmatiue de q̇b⁹ titul⁹ p̃ntis questiõis ẽ formať⁹. ⁊ tres

sunt negatiue. quarum Prima est q in illo qd augetur non oportet ponere vacuum vt augmentatio fiat. Secunda est q augmentatio non fit adueniente aliquo incorporeo. Tertia est q in augmentatione non est penetratio dimensionum. Et ex tribus primis conditionibus declaratis relinquit aristoteles alias tres conditiones negatiuas manifestas

Sciendum est secundo q in viuente corpora dissimilium partium augentur propter hoc q partes similium partium augentur. sicut manus que componitur ex carne: osse: neruo: et musculo. et sic de aliis augetur cum quelibet illarum partium augetur.

Sciendum est tertio q quedam sunt partes secundum formam et speciem que dicuntur formales et quedam sunt secundum materiam que dicuntur materiales. eadem vero pars dicitur secundum speciem et secundum materiam. sicut caro vel os. sed dicitur secundum speciem et secundum materiam alia et alia ratione. nam caro dicitur pars formalis et secundum speciem prout in ea consideratur id qd pertinet ad speciem carnis. sed dicitur secundum materiam prout in ea consideratur id qd est materiale. ideo dicit p. q si accipiatur secundum speciem illius qd augetur quelibet pars augetur. in qualibet enim parte secundum speciem considerata additur aliquid tanq permanenti. sed pars materialis non augetur. quia illud qd augetur oportet permanere idem. non autem permanet eadem quelibet pars considerata secundum materiam: sed solum secundum speciem et formam sicut dicitur .3. phi. species comparatur ad materiam sicut continens ad contentum et mensura ad mensuratum. sic ergo oportet intelligere de carne secundum speciem et materiam sicut de mensura et mensurato siue de continente et contento. Si quis enim aquam mensuratam ita q sit semper alia et alia aqua. puta si ex vase pleno guttatim effluat et guttatim superfundatur erit tamen semper eadem considerata mensura aque. non autem erit eadem considerata materia aque. Similiter oportet intelligere q species et forma carnis in viuente semper manet eadem tanq quedam mensura. non tamen semper manet eadem materia in qua suscipitur species et forma carnis Et similiter de fluuio qui semper manet idem quantum ad speciem fluuii et tamen materiale aque semper est alia et alia. Similiter est etiam in igne cuius species et forma manet idem in fornace ~~inferni~~: sed ligna in quibus materialiter ignis ardet consumantur et iterum alia apponantur. Idem etiam apparet in populo ciuitatis qui semper manet idem secundum id qd est speciei quamuis homines ex quibus materialiter constituitur est populus quidam moriantur et alii succedant. Sic igitur semper manet in viuente illud q pertinet ad speciem carnis vel ossis vel alterius partis licet materia in qua est talis species vel forma fundatur paulatim et consumatur per actionem caloris et alia de nouo adueniat per nutrimentum Sic ergo quando aliquod corpus augetur: augetur materia caloris. quia plus generatur per nutrimentum q deperditum sit per actionem carnis.

Sciendum est quarto q non oportet augmentationem fieri adueniente aliquo incorporeo. neq tamen propter hoc sequitur duo esse simul. neq corpus qd augetur esse vacuum. quia plus fluit illud qd restituitur per nutrimentum q illud qd deperditum fuit per carnem. virtus enim naturalis que pertinet ad speciem extendit illud qd est generatum ex alimento in maiorem quantitatem secundum dimensionem. et ita occupat maiorem locum q ante. Iuris visis sit.

Conclusio prima. augmentatio habet fieri secundum partes formales et non materiales. patet quia pars materialis non manet eadem sed quedam defluit consumpta per calorem et quedam euenit restituta. scilicet per nutrimentum. partes autem secundum speciem manent. et quia ipse sole in virtute forme habent virtutem conuertendi nutrimentum in suam substantiam: ergo conclusio vera.

Conclusio secunda. illius quod augetur quelibet pars formalis augetur et illius qd diminuitur quelibet pars formalis diminuitur: licet ~~non~~ quelibet pars materialis. quia pars formalis manet et habet virtutem conuertendi nutrimentum in sui naturam non autem pars materialis: vt dictum est. Hanc etiam conclusionem probat philosophus per signum. quia manifestum est q partes dissimilium partium augentur per hoc q partes similium partium augentur vt dictum est prius. sed cum caro augetur non ita manifestum est q quelibet pars eius ~~sanguinea~~ augeatur sicut cum manus augetur manifestum est q quelibet pars manus augetur. et ita inter partes ~~materiales~~ quedam sunt manifeste ille scilicet que habent operationes extrinsecus apparentes sicut partes ~~organice~~ vt manus et oculus. Sed alie sunt partes organice occultre ille scilicet que non habent operationes apparentes sicut est caro. et inde est q de carne mortua dicimus q est caro quasi videatur se habere in mortuo sicut se habebat in viuente. ita ac si non haberet aliquam operationem in viuente. sed oculus extractus a corpore in viuente non dicitur oculus nisi equoce. qa

ocul⁹ in viuēte habebat opatõe₃ manifestā

Conclusio tertia illud quod augetur semper manet vnū et idē scđm numerum. Patet. q: licet ptes materiales cōtinue fluāt et refluant: tñ partes formales fm q̄s fit augmētatio semp manēt eede₃. ergo augmētatio semp manet idē fm numerū.

Cōclusio quarta augmentatio fit aduenieente aliquo corpore. patet q: augmētatio fit scđm ptes formales p actionē virtutis naturalis q̄ est in ipsis et extēditur scđm omnē dimensionē p actionē ipsi⁹ virtutis naturalis. hoc aūt fieri nō pōt sine noua materia adueniente q̄ nō est sine quātitate que p h̄mōi actionē couertitur in substantiam ipaȓ partium formaliū ingrediendo eas et extendēdo eas. ergo cōclusio vera.

Conclusio respōsiua sc₃ q̄ tres conditiones augmentationis sunt sufficienter assignate. p₃ per ea q̄ dicta sunt. Sȝ circa predictam oriuntur dubia.

Dubitatur primo an ad saluandum augmētationem conueniens sit ponere poros. Respondetur q̄ cū augmentatio fiat per transmutationē nutrimenti quod ē corporeū ad singulas ptes viuētis oportet q̄ i viuēte sint pori i singul̄ ptib⁹ ad recipiēdū nutrimētū vt ɔuertat̄ i substāntiam recipientis.

Dubitatur secūdo vtrum calor naturalis ɔtinue in humidū radicale agat.

Respōdetur ad dubiū q̄ per humidū radicale intelligit̄ ois ps viuens q̄ corrupta restaurari nō pōt per naturā: sicut man⁹ vel ocul⁹. ß p humidū cibale intelligit̄ nutrimētū dispositū ad couersionē in viuētis substātiā sicut est sanguis vl̄ aliqd aliud. [illegible]tur ergo ad dubiū q̄ q̄diu calor naturalis iuenit humidū cibale p agit in ip₃. τ q̄ñ nō iuenit huīdū cibale agit i huīdu₃ radicale.

Dubitatur tertio an nutrimentum sit simile vel dissimile ei quod nutritur.

Ad h̄ respondet̄ q̄ in principio est dissimile et in fine alterationis est simile cum sc₃ conuertitur in substantiam membri. non tamen adeo efficitur simile quin retineat naturam illius a quo sumptu₃ est. sic̄ sanguis factus ex lactuca est frigidus. de hoc aute₃ lat⁹ i p̄io dubio seqñt̄, q̄onis determinandū ē.

Dubitatur quarto qualiter differt nutritio τ augmētatio a gñatõe. Rñdet̄ q̄ differūt ex pte obiectoȝ formalr̄ distinctorū vt dicet̄ i libro đ aia. q: gēitū accipit formā eductā de maťia q̄ ē subā gñatõis τ ē ipsū subiectū p se subsistēs. ß i nutritõe τ augmētatõe nutrimētū accipit formā mēbri nō pmanēs p se ß vnitū fm substātiā cū mēbro.

Dubitatur quinto vtrū augmētatio sit q̄tū aut qle. Rñdet̄ q̄ sic ois mot⁹ τ mutatio ē ad singl̄are p se τ ex ɔñti ē ad vniuersale. ita dicēdū ē de augmētatione.

Dubitatur sexto an motus nutrimenti qđ trāsmutat̄ ad singulas ptes viuētis sit natural̄. Rñdet̄ q̄ si ɔsideret̄ natura nutrimēti ñ ē natural̄. ß si ɔsideret̄ mot⁹ aie q̄ ē in nutrimēto q̄ q̄dē aia h₃ mouere fm oē₃ differētiā pōnis tal' mot⁹ ē natural̄.

Ad rationes ante oppositum:

Ad p̄mā đ: q: cū đ: q̄ illi⁹ qđ auget̄ q̄lib₃ ps auget̄ intelligēdā ē si ptes sint bñ disposite τ sane. Ad secūdā đ: q̄ sic ptes viuētis sūt finite fm actū: ita nutrimētū. nec sūt diuisibiles ptes mēbri i infinitū ɔsiderata forma substātiali q̄uis ɔsiderata sola q̄ntitate sint diuisibiles i infinitū. Ad tertiā dicēdū ē q̄ ptes maťiales fluūt τ refluūt: ß nō ptes formales. Ad aliā đ: q̄ sūt q̄dā aialia hñtia calorē debilē. iō p logū tp̄s calor eoȝ debilis pt ɔſuari circa nutrimētū assūptū vt ñ de nouo sumant extrinsecū nutrimētum.

Ad vltimā rñdet̄ ex dict̄ τc̄. Seq̄tur i textu. Quereret aūt aliq̄s q̄le oportet eē τc̄.

Queritur vndecimo vtrū augmētatio sit vn⁹ mot⁹ τ cōis. Ar̄ q̄ nō. q: augmētatio fit fm singl̄as ptes viuentes: q̄ nō ē vn⁹ mot⁹: ß plr̄es fm pluralitatē ptiū ei⁹ qđ auget̄. Secūdo si augmētatio eēt ɔtinua a pncipio augm̄ti vsq₃ ad finē: ū seq̄retur q̄ corp⁹ augmētatū p totū aliqđ tp̄s augeret fm q̄titatē puta bipedalē ad tripedalē τ q̄ i q̄lib₃ pte illi⁹ tp̄is fm ptē sensibilem illi⁹ q̄titatis augeret̄. ħ aūt videt̄ irrōnabile. ergo augmētatio nō ē motus cōtinuus.

In oppositū arguit̄. q: augmētatio ē motus distict⁹ ab alijs. ergo ē vn⁹. ß motū esse vnū ē ipm eē ɔtinuū. ergo ē mot⁹ ɔtinuus.

Sciendū ē primo q̄ postq̄ philosoph⁹ ondit modū augmētatõis. s. q̄ fit p actõe₃ nutrimēti ad singl̄as ptes nutriti. τ p hoc saluatur ɔditiões augmētationis.

⁊ φ ipa fit mediāte aliquo corporeo. ꝯseqn̄t mouet aliqua dubia de nutrimēto: ⁊ de differentia augmentatiōis a nutritiōe ⁊ gn̄atiōe.

Sciendū est secūdo p responsiōe ad quesitū supponēdū est primo φ in q̄titate phẏsice cōsiderata termini reperiūtur maxime distantes ab inuicēm̄ quos pōt fieri exitus de vno in alterz. ⁊ ita pōt esse mot⁹ q̄ dr augmētatio vel diminutio. Secūdo supponit ex .5. physicoꝝ φ ad vnitatē mot⁹ requirunt̄ hec tria simul. s. vnitas mobilis per se. vnitas forme ſm quā est motus. vnitas scꝫ in specie specialissima. ⁊ vnitas tpoꝝ.

Cōclusio responsiua. q̄uis augmentatio alicui⁹ viuētis sit ꝯtinua p aliqḋ tp̄s. tn̄ ꝯtingit augmētationē nō esse ꝯtinuā a principio augmēti vsq ad terminū ꝯpletū: nisi forte accipiēdo augmentationē pro dispositione ad augmētū. Prima ps pꝫ. qꝛ p aliqḋ tp̄s viuēs pōt habere alimētū sibi cōueniēs in magna abūdātia ⁊ hāc virtutē per quā pl⁹ cōuertat de alimēto i suā ſbāꝫ q̄ fuerit deperditū. ergo p illud tp̄us pōt ꝯtinue augeri. Secūda ps pꝫ. qꝛ viuēs nō sp̄ hꝫ alimentū cōueniēs nec sufficiēs. neq hꝫ semp virtutē sufficientē ad cōuertēdū pl⁹ de alimēto q̄ sit deperditū. ⁊ etiā augmētatio nō est nisi i fine alterationis ipi⁹ alimēti. cū ergo alteratio sit successiua sequit̄ φ augmētatio n̄ ē sp̄ ꝯtinua: cū p̄requirat alterationēꝫ nutrimēti q̄ nō pōt simul esse cū augmētatione. sed sit dispositio in eo φ auget a p̄ncipio augmentati vsq ad finē est semp dispositio ad augmentationēꝫ vel augmentū: si nō sit egritudo in ip̄o viuente nō oīs tp̄s augeri. dispositio nē fieri ad augmentū q̄diu est dispositū.

Dubitatur primo. an viuēs q̄diu viuit nutriatur. Et videtur φ nō. qꝛ nutritio fit p sumptionē nutrimēti. sed quedaꝫ sunt aīalia que per lōgū tp̄s nō recipiūt nutrimentū. ⁊ sic in illo tp̄e nō nutriūtur: ⁊ tn̄ viuūt. Itē alie vires aīe qn̄q cessant a suis opationibus. ergo ⁊ nutritiua. Ad dubiū respondet φ viuēs q̄diu viuit nutritur: ſ non augetur q̄diu viuit. Prima ps patꝫ qꝛ vita cōsistit in humido ⁊ calido. ⁊ iō oīe viuēs hꝫ caliditatē ⁊ humiditatē. ſ qꝛ calor neq̄t nō agere. ergo in vita calor sp̄ agit in humidū: ꝯsumēdo ⁊ resoluēdo ip̄m. ergo si viuēs debeat remanere in eē: necesse ē φ nutrimētū suscipiat ⁊ cōuertat ip̄m in sui naturam: ad restaurādū humidū radicale deperditū: alias viuēs cōsumeret̄. ergo necesse ē viuēs q̄diu viuit nutriri. Secūda ps pꝫ. qꝛ calor naturalis est instrumentū aīe subseruiens sibi ad augmentatiōē. sed instrumēto imponitur terminus a principio agēte: qḋ ē aīa. principale vero agēs requirit determinatā q̄titatē i materia. ergo seq̄tur φ habita illa determinata q̄titate: calor natural' q̄ est instrumentū aīe cessat ab actu agendi. Itē in p̄ncipio augmentatiōis humidū naturale qḋ ē ppriū subiectū ⁊ ꝯnaturale caloris ē purū. iō calor naturalis ē adeo fortis φ pōt multuꝫ de humido extraneo cōuertere in ſbāꝫ viuētis. ⁊ qꝛ hūidū radicale qḋ ē i p̄ncipio purū p cōtinuā admixtiōēꝫ ⁊ int⁹ susceptiōē² hūidi extranei effici̅t impuꝝ: nā aliqḋ hūidū retinet naturā illius ex q̄ fit: sicut sanguis natus ex lactuca retinet quodāmō naturaꝫ lactuce. Ex quo sequitur φ calor naturalis cōtinue debilitat̄: sicut virtus vini cōtinue debilitatur p hoc φ aqua miscet̄ vino. ⁊ etiaꝫ calor naturalis ad hoc deuenire pōt: qḋ nō sufficit cōuertere de alimento in subām aliti plus q̄ deꝑditū sit. ⁊ tūc cessat augmentatio. Et cū adhuc debilitet̄ venit ad istū statū i q̄ sufficit cōuertere pl⁹ de alimēto q̄ deperditū sit: ⁊ tūc viuens diminuit̄. ⁊ deinde adeo debilitat̄ φ non plus sufficit conuertere de alimēto in ſbām aliti: ⁊ tūc necesse est viuēs mori. qꝛ plus nō nutritur. Sic ergo pꝫ φ q̄diu viuēs viuit nutrit̄: sed nō semp auget̄. ymo in vna parte tp̄is auget̄. scꝫ in principio vite: ⁊ in alia pte tp̄is vite sue diminuit̄.

Ad ratiōēs ante oppositūꝫ dubii dicendū est φ calor in aīalibus illis est debilis ⁊ parū sufficit cōuertere de nutrimēto. ⁊ qꝛ assumūt plus de nutrimēto φ calor suus digerit. ideo in illo tp̄e viuit̄ nutrimēto prius sumpto: digerendo ⁊ cōsumēdo ip̄m ⁊ cōuertendo in substantiā. Ad secundaꝫ dicitur φ vis nutritiua est prima inter potētias aīe: ⁊ ita magis ē naturalis. ⁊ ita sicut potentie naturales habent semp suas opationes: ita potentia vegetatiua.

Dubitatur secūdo circa textum q̄le debeat esse nutrimētū. Vñ dicit phs φ dꝫ esse in potētia ad illḋ qḋ auget: vt si debeat augeri caro i actu: alimētū dꝫ eē caro i potē

tia nõ tñ dz eẽ i potẽtia ad h ꝙ illud fm se et solitarie fiat caro. qz alias eet gñatio. sed sufficit ꝙ illud nutrimẽtũ cũ alito fiat caro alicuius viuentis.

Dubitatur tertio. quid patitur ipz mẽbrũ ab alimẽto. Rñdet ꝙ nõ patitur corruptõez: s; patit quãdã mixtionẽ. sicut si aliqs infundat in vino aquã in pua q̃titate. vinũ patit mixtionẽ nõ aũt corruptiõez. Vñ sicut ignis facit vrẽda q̃ tãgit eẽ adusta ꝛ cõuertit ea in sui naturã. ita illd qđ auget illud qđ nõ est actu caro esse actu carnẽ Verũtñ mixtio ipa dupliciť capiť ꝑprie. scz qñ mixtibilia ãbo alterãtur ꝛ veniũt in vnũ mediũ. ꝛ sic mẽbrũ nõ patiť mixtionẽ ab alimẽto. Alio mõ iprope. qñ vnũ ꝯuertit aliud ita ꝙ cõuertẽs ꝑpriũ op⁹ ꝛ ꝑpriã spẽz retinet. ꝛ h mõ mẽbrũ patiť mixtionẽ a nutrimẽto. et qñ nõ potest amplius cõuertere in se amittit opus vel speciem.

Dubitatur quarto vtrum illud qđ auget sit q̃tũ in vniuersali vl' in pticulari. Rñdet phs ꝙ sicut singlare pmo ꝛ p se generať ꝛ ex ꝯsequẽti vniuersale. Ita et illud quod augeť primo et per se est q̃tum singulare et ex ꝯsequenti q̃tum vniuersale.

Dubitatur quinto qualiter differũt obiectum augmentatõis et nutritiõis

Ad illud dubium patet solutio ex dictis. et etiã videbitur in. 2. de anima.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primã dz ꝙ eodẽ mõ quo ptes sũt i toto dicunť augeri. ptes aũt sũt in toto fm potẽtiã et nõ sunt actu diuise a toto. imo faciũt vnũ ꝯtinuũ fm actũ. Ideo ẽ vna augmẽtatio fm actũ ꝯtinua. Ad secũdã pz solutio ex dictis. qz ñ oportet ꝙ si aliqđ augeať p aliqđ tps ꝙ in qlibz pte illi⁹ tpis augeat scđz qualibz ptẽ illius q̃titať. qz in aliq pte tpis disponiť tm ad augmẽtatõez ꝛ nõ augmentať. si tñ ps tẽporis accipiať in qua aliquid augeť in qlibet pte illi⁹ tpis augetur fm aliquã ptẽ q̃titatis. Rõ facta post oppositũ est p prima pte. Seqtur tractatus secundus. Qm aũt oportet primo de materia ꝛc̃.

Queritur duodecimo vtrũ omẽ agens agat per ꝯtactũ. Arguitur ꝙ non qz tãgentia sũt quoꝝ vltima sũt simľ. mõ aliqua agũt q̃ nõ hñt vltima cuiusmodi sunt substãtie spũales. ergo ꝛc̃. Secũdo sic. celũ agit in hec inferiora ꝛ tñ nõ tangit ea. qz omẽ tangẽs tãgẽdo tãgitur. cõstat aũt ꝙ celũ ab istis inferiorib⁹ nõ tãgiť. qm nõ patiť cũ sit incorruptibile. ergo celuz nõ agit in h iferiora p ꝯtactũ. Tertio sic. visibile agit in visuz ꝛ magnes attrahit ferrũ: ꝛ tñ nõ tãguntur. ꝛ ita argueretur de multis alijs. ergo ꝛc̃. In oppositũ est aristoteles in primo capitulo tertij tractat⁹ hui⁹ primi libri.

Sciẽdũ est primo ꝙ postq̃ philosoph⁹ determinauit de gñatõe augmentatione ꝛ alteratione. q̃ sunt pncipales mot⁹ ad formã. ꝯñter in secũdo libro determinãdũ est de gñatione ꝛ corruptõe elemẽtoꝝ et de natura gñatoꝝ ꝛ corruptoꝝ. iõ i fine primi determiauit de tactu actõe ꝛ passiõe ꝛ mixtiõe q̃ oia subseruiũt determiatis in pcedẽti pte et determiandis in secũdo hui⁹ vbi determiabiť de natura elemẽtoꝝ ostẽdẽdo vtrũ sit vnũ elemẽtũ qđ sit pricipiũ materiale oiz rez: vel sint ponẽda plra ꝛc̃. vt ibidẽ patebit ꝛ qđ ad determiandũ de ipis oporteat primo determiare dẽ actiõe ꝛ passiõe ꝛ tactu h pbat phs tripliciť. primo nã fm antiquos ponẽtes principia materialia gñatio ꝛ corruptio fiũt p ꝯgregatõez ꝛ segregatõnez q̃ nõ pñt fieri sine mixtiõe ꝛ illa nõ põt esse sine actiõe ꝛ passione. nec actio ꝛ passio sine tactu. ergo fm eoꝝ opinionẽ hec tria deseruiũt gñationi. Secũdo fm ponẽtes vnum pricipiũ materiale gñatio ꝛ corruptio non pñt fieri sine actõe ꝛ passione. imo vt dicit Diogenes si nõ essz vnũ pricipiũ materiale nõ possent saluari actio ꝛ passio. qz caliditas nõ agit i frigiditatẽ nec trãsmutať in ipsam: ~~s; actio ꝛ passio sunt in subiecto q̃si a~~ ambob⁹. ergo ꝛc̃. Tertio etiã fm ponẽtes plra principia materialia gñatio ꝛ corruptio non pñt fieri sine actõne ꝛ passiõe ꝛ tactu. ergo ꝛc̃. Itẽ fm positionẽ aristotelis ꝛ rei veritatẽ alteratio pcedit gñatõez ꝛ corruptõez. alteratio aũt nõ põt eẽ sine actiõe ꝛ passiõe et sine tactu. iõ determinãdũ ẽ in h libro de actione et passiõe ꝛ tactu. Et qz gñatio ꝛ corruptio nõ fiũt sine ꝯgregatõe ꝛ disgregatione q̃uis ꝯgregatio nõ sit gñatio nec disgregatio sit corruptio. ꝯgregatio aũt ñ ẽ sine mixtione que nõ est sine actõe ꝛ passiõe ꝛ tactu

io etiā ad hūc librū in quo agitur de gñati one et corruptōe ptinet determinare de mixtione. Patet ergo φ de illis tribꝰ agēdū ē in secūdo libro. Et q: tactꝰ prior est φ actio et passio. ⁊ actio ⁊ passio φ mixtio. iō prius agēdū est de tactu deinde de actōe ⁊ passione. ⁊ vltimo de mixtione. Patz ergo quare agit de istis tribꝰ i vltimo huiꝰ primi ⁊ quo ordine determinādū est de ipis.

Sciendū est secundo φ tactus dupliciter accipitur. vno mō pprie. alio mō methaphorice. ad tactū āt pprie dictū tria reqͥruntur. primū est φ sit in habētibꝰ positionē et magnitudinē et p ɔsequēs in hūtibus locū. q: magnitudo a loco separi non pōt. Secundū est φ vltima illoꝝ positōnez hūtiū et magnitudinē sint simul. Tertiuz ē φ ipsa quoꝝ vltima sunt simul sint actiua ⁊ passiua adinuicē. ⁊ huiꝰ rō est. q: vt dictuz ē illa q̄ pprie se tangūt hūt diuersas magnitudines. ⁊ p ɔñs diuersa loca. ⁊ q: in diuersis locis sunt diuerse vtutes ⁊ pprie. iō oportet ea q̄ nata sunt tangere pprie eē ɔ̄tria. ⁊ p ɔñs actiua adinuicē. Sicut ergo pz tāgentia pprie dicta sūt corpa hūtia diuersas magnitudines ⁊ actiua ⁊ passiua adinuicē. et ita tactꝰ pprie ē corpoꝝ hūtiū diuersas magnitudines. quoꝝ vltima sunt simul actiuorū ⁊ passiuoꝝ adinuicez. Et sic pz q̄d sit tactus pprie dictus. ⁊ quot ad ipsum reqͥrātur. Sz ad videndū de tactu methaphorico quid sit ⁊ qualiter habeat fieri.

Notandū est tertio φ vt habet phūs mouere ⁊ agere in aliquo cōueniunt et in aliquo differūt. cōueniūt em̄ in hoc φ sicut ē aliqͦd mouēs imobile: ita ē aliquod agens ipassibile. Sz differūt. q: agere si pprie accipiat opponit ei qͦd ē pati pprie dictū. Vñ pprie dictū agere infert motū mobili q̄ quidē motꝰ ē passio: vt dr in textu. q: motꝰ dr passio qñ fm ipm alterat mobile alteratione pprie dicta facta p aliquā qualitatez sensibilē. Sz mouēs dr illud qͦd infert motū mobili siue sit alīatio siue q̄cūqꝫ motus. Ex quo pz φ mouere est in plus φ̄ agere. nam omne agēs in agēdo mouet: sz nō oē mouēs i mouēdo agit pprie sicut itelligētia i mouēdo celū non agit in ipz. celuz autez mouet hec inferiora ⁊ agit in ipsa φ̄uis ab ipsis non repatiatur. Ex his patet secūdo φ duplex reperitur tactꝰ methaphoricus quidā em̄ tāgentis ⁊ tacti vt cū intelligentia nec tacta nec passa mouet celum qͦd mouet nec patit. ⁊ huic tactui deficiūt oēs ɔditōes tactꝰ pprie dicti. Intelligētia eniz nec hz magnitudinē nec vltimū magnitudinis nec agit nec patit. Aliꝰ est tactus methaphoricus ex pte tāgentis tm̄ ⁊ nō ex pte tacti et hoc mō celū suo mō tangit hec inferiora. mouet em̄ ea ⁊ agit in ipa: sꝫ nō patit ab ipis. ⁊ ita deficit sibi tertia cōditio tactꝰ pprie dicti. sꝫ omnia hec inferiora generabilia et corruptibilia nata sunt se tangere tactu proprie dicto. Ex quibus patet.

Conclusio responsiua φ omne agens pprie dictuz agit p ɔtactum immediate passi ab ipo. Patet. q: oīe tale agēs infert mobili motum qui est passio. ⁊ cū talꝭ motꝰ sit accidēs ⁊ p ɔñs ñ possit eē sine subo oportz φ agēs ⁊ patiēs sint simꝉ p imediatōz

Conclusio secunda omne mouens mouet per contactū siue proprie siue methaphorice dictum. Patet q: oē mouēs infert motū mobili. ergo est simul cuz ipso. Et iste due conclusiones intelligende sunt de motibus ⁊ agentibꝰ primis: vt satis determinatū est in. 7. phisicoꝝ.

Ad rationes ante oppositum.
Ad primā dicit φ intelligētia tagit celū tactu methaphorico ex parte mobilis et mouentis: vt dictū est. Ad secūdā dr φ celū tāgit hec inferiora tactu pprie dicto ex pte ipoꝝ inferioꝝ: sꝫ tactu methaphorico ex pte celi quod nō repatit ab illis inferioribus.

Ad tertiā dr φ arguit de agente remoto ⁊ de tāgente methaphorico. ⁊c. Seqͥtur in textu. Suscepimꝰ aūt a prioribꝰ. ⁊c.

Queritur quartodecimo vtruz simile agat in sibi simile. Arguitur φ sic. quodlibz nō agit in qͦdlibz neqꝫ quodlibet patit a quolibet idifferēter. ġ opz agētis et patiētis eē aliquā similitudinē. Et cōfirmatur q: simile nō resistit suo simili: sꝫ vbi ē minor resistētia ibi ē maior actio. ergo q̄to aliqͦd est magis simile patiēti tāto magis agit i ipm. Ite magis calida agit in minꝰ calidū et fortius agit in tepidū φ̄ in frigidū et etiā magis lucidū agit i minꝰ lucidū ergo ⁊c. In oppositū arguit. q: ois actio ē ratiōe

alicuius contrarietatis. contraria aũt sunt dissimilia. igitur ꝛc.

Sciendum est primo ꝙ postꝙ phũs determinauit de tactu ꝯñter agit de actione et passiõe. Primo scđm opinionẽ antiquoꝝ. dein de scđm opinionẽ ꝓpriã. Determinãdo aũt de agere et pati scđm opiniões antiquorum. primo agit de ipsis ꝙtum ad rationẽ actionis et passionis et deinde ꝙtũ ad modum agendi et patiendi.

Secundo notandũ est ꝙ ꝙtuz ad rationẽ actionis ꝛ passionis due fuerũt opiniones antiquoꝝ. Prima fuit Platonis et antiquoꝝ dicentiũ ꝙ nullũ simile agit in sibi simile nec patiť: ſ ſemꝑ dissimile agit in sibi dissimile. ꝛ coꝝ ratio fuit. qꝛ duoꝝ similiũ nõ esset maior rõ ꝙ ꝙ vnuz eẽt mag activũ ꝙ aliud. Et scđm illos dissimilitudo est tota actio ratõis. iõ dicũt ꝙ si qñ puꝰ ignis patiať a maiori hoc est nisi ꝑ quãdã ꝯnctatem. nã multũ pauco est ꝯrũ. Alia fuit opinio Democriti dicentis solũ simile agere in sibi simile ꝛ pati a sibi simili. ꝛ si ꝯtingat ꝯria agere ꝛ pati adinuicẽ hoc nõ ẽ inꝙtũ sunt altera ꝛ differẽtia. ſ inꝙtũ est aliqđ in ipis similitudinis. Et ſm illã opinione similitudo ẽ tota rõ actõis ꝛ passiõis. Sꝫ sic dicit aristoteles due opiniões sũt ꝑ pte vere ꝛ ꝑ pte false quapꝑter Arist. vocat eas sub cõtrarios ſmones. ipi vero credẽtes ispicere ad totũ solũmõ ꝯsiderauerũt ptẽ. Vñ qñ nos dicimꝰ hoĩez sanari ꝛ calefieri attribuimus actõez ꝛ passiõez subiecto. qñqꝫ eñ dicimꝰ laborãtem sanari ꝛ frigidũ calefieri. ꝛ sic attribuimꝰ actõez et passiõez ꝯrijs. Opinio ergo q̃ dicit siľe agere i sibi siľe solũ ispicit formã ꝛ materiã actõis ꝛ passiõis. nã eadẽ est natura ꝯrioꝝ. Sꝫ opinio q̃ ponit dissimile agere i sibi dissimile solũ inspexit ꝛ cõsiderauit qualitates siue formas ſm quas fit actio ꝛ passio. ꝛ ita inter opinãtes alij solũmõ inspexerũt formã. Alij vero solũ materiã. Istis notatis sit.

Conclusio prima omnino simile alteri nõ agit in ipꝫ neqꝫ patiť ab eo. Probatur qꝛ nõ esset assignare causam q̃re vnũ esset magis actiuũ ꝙ aliud. Itẽ seq̃reť ꝙ idẽ ageret i seipꝫ et moueret seipꝫ. qꝛ vnũqđqꝫ ẽ maxime sibiipi simile. Et ſ seqtur ꝙ nihil esset imobile et icorruptibile. qꝛ vnũqđꝙ ageret et moueret seipm. qꝛ maxime sibi simile. Et scias ꝙ ibi capiť similitudo large put se extẽdit ad idẽtitatẽ ꝛ oẽm cõuenientiã Et si obijciať ꝯ secũdã rõem. qꝛ intellectꝰ seipm intelligit ꝛ agit in seipm mouẽdo seipꝫ et ita nõ videť incõueniẽs aliqđ agere in seipm. Rñdeť ꝙ duplex est actio. qđã est ꝑfectiua. alia ẽ corruptiua. actõe aũt ꝑfectiua aliqđ agit in seipm ꝑ alteꝝ inꝙtuz est quodãmõ alteꝝ a seipo. ſ actione corruptiua, et phisica idẽ nõ agit in seipm ꝑ se pimo.

Conclusio secũda omnino dissimile nõ agit in sibi oĩno dissimile. ptꝫ qꝛ albedo nõ agit in lineã vel magnitudinẽ nisi ꝑ accidẽs. ꝑ ꝙto accidit linee eẽ albã et nigraꝫ. nigrũ autẽ patitur ab albo. qꝛ ꝯtraria sunt q̃ cõueniũt in gñe ꝑprimo. ergo oportet actiua et passiua cõuenire in aliquo. Qđ ꝓbat phũs sic. quecũqꝫ nõ sunt ꝯtraria nec ex cõtrarijs nõ sunt nata se facere exterius a natura sua. i. corrũpere. cõtraria aũt nata sunt se inuicẽ corrũpere et agere ꝛ pati adinuicẽ et ita quecũqꝫ sunt actiua aut passiua sunt cõtraria aut ex cõtrarijs. sed cõtraria cõueniũt in gñe ꝛ differũt in specie. ergo actiua et passiua adinuicẽ dñt esse similia genere ꝛ dissimilia specie. Itẽ phũs ꝓbat inductiue ꝯclusionẽ. naꝫ corpus agit in corpꝰ ꝛ patiť ab eo. ꝛ sapor a sapore. et color a colore ꝛ vniuersaľr homogeneũ ab homogeneo. ǵ oẽ agẽs phisicũ oportet cõuenire cũ passo in gñe. ꝛ differre in specie. ergo oĩno dissimile nõ agit neqꝫ patiť a sibi dissimili.

Conclusio tertia tota ratio actionis nõ est similitudo aut dissimilitudo. sed vtraqꝫ. ptꝫ qꝛ oĩno similia nõ sunt actiua neqꝫ passiua: vt patet per primã conclusionem. nec oĩno dissimilia similiť. vt ptꝫ ꝑ secũdam ꝯclusionẽ. ergo sunt aliquo mõ similia et aliquo modo dissimilia. Vñ ꝯtraria que sunt maxime actiua ꝛ passiua cõueniunt in genere et materia q̃ est subiectũ et differunt in specie. quare q̃cunqꝫ ꝯueniũt in materia et cõtrariãť in forma agũt et patiunť a se inuicẽ vt est calidũ et frigidũ. Verũtamen ẽ ꝙ si aliqua duo non communicarent in materia nihilominꝰ vnũ agere põt in reliquũ. ſ nõ ecõtra sicut celũ agit in hec inferiora. ſ nõ ecõtra. similiter intelligentia mouet celũ ꝛ ñ ecõtra. ǵ sequiť ꝙ si aliqua duo sunt



actiua τ passiua adinuicē: oportet φ saltem aliquo mō cōueniāt τ sint silia τ aliq̄ modo dissimilia. Sequitur in textu. Eodem modo suscipiendum esse de facere.

Queritur decimosexto vtrū omne agens in agendo repatiatur. Arguitur φ nō. Nō omne mouēs mouēdo mouetur. ergo nō omne agens in agendo repatitur. añs p₃ p̄rio. finis mouet: τ tñ mouendo nō mouetur. medicina etiā mouet egentē τ non mouetur. τ intelligētia mouet celū τ nō mouetur. celū etiaȝ agit in hec inferiora: τ nō patitur ab eis. τ sensibile mouet sensuȝ τ nō patitur ab eo. Secūdo arguitur. si ita esset seq̄retur φ approxione minoris ineq̄litatis fieret actio. p₃. q: cū omne agēs debeat excedere suū patiēs si repateretur agēs a suo patiente: a pporitiōe minoris sequalitatis fieret actio. Tertio. si ita eēt seq̄retur φ agēs τ patiēs possent semp agere ad eq̄les distantias. τ per ɔ̄ns cum sūme calidū possit agere in minus calidū p eq̄les distantias possent agere. τ ita haberent eq̄les virtutes: qđ est impossibile. Quarto sic. si ita esset seq̄retur φ agens nūφ posset sibi assimilare patiens. p₃ ɔ̄ña. q: si agēs repateretur in virtute sua cōtinue debilitaretur τ per ɔ̄ns non posset esse tante virtutis quante erat ip̄m agens in principio sue actiōis.

Vltimo sic. si ita esset sequeretur φ cōtraria simul essent in eodē. tenet ɔ̄ña. q: si agēs ageret in patiens: ageret p mediū. cū omne agens prius agat in ppinquū φ in distans seq̄retur φ ip̄m mediū moueretur motibus cōtrarijs. s. motione agētis: τ motiōe patientis. τ ita posset simul calefieri τ frigefieri: qđ est impossibile. In oppositū est phus in tertio capitulo huius tractatus.

Sciēdū est primo φ postφ phs ostendit quo modo agens τ patiens debeant esse silia fm genus τ dissilia fm spēm. consequenter ostendit quandā diuisionē mouētiū q̄re mouēs dicatur agēs. τ quō diuersimode diuersa agētia pueniūt cū suis passiuis.

Sciendū est secūdo φ finis aliter mouet φ efficiēs. Finis em̄ mouet materiaȝ immediate. sed mouet efficiens ad opandū τ ip̄m efficiens mouet vel transmutat mobile ad formā: vel ad vbi. Et tale mouens est duplex. Quoddā ē vniuersale p̄mū. aliud est proximū. Adhuc p̄mū est duplex. quia quoddā est p̄mū simpliciter quod ē immobile: vt est intelligentia mouēs orbē. Aliud est p̄mū in genere: sicut celū est p̄mū alterans: sed nō est p̄mū mouēs. τ tale mouēs mouēdo mouetur. sed nō mouetur ab eo in qđ agit. q: nō cōmunicat in materia cū eo. Sic ergo patet φ sicut est dare aliquod mouēs immobile: vt est intelligentia. ita est dare aliquod agēs impassibile. s agēs pticulare qđ cōicat in materia cū suo patiēte h₃ ɔtrarietatē cū eo vt repatiatur ab ip̄o patiēte.

Sciendū est tertio φ mouēs se habet in plus φ agens. q: de ratione huius quod est mouere est influere formā q̄ ē mot⁹ in mobili: siue per talem motū varietur mobile in suis naturis siue nō. Sed de ratiōe huius. quod est agere si sumatur proprie est influere talem formā mobili per quā in sua natura varietur. Ex quo sequitur φ mouere cuȝ dicat actū φ omne existens in actu pōt mouere. Et q̄to aliquid est magis actu tanto magis est actiuū. Ideo intelligentia q̄ est act⁹ sine materia in ordine mouentiū est primuȝ. Sed cū moueri dicat potētiā oȝ omne quod mouetur habere materiā. τ omne tale moueri potest. τ sic cū pati dicat motū dicit variationē mobilis in sua natura. Quare illud solū dicitur passibile qđ in suis naturalib⁹ ē trāsmutabile. iō celū est mobile τ nō passibile.

Cōclusio respōsiua. Omne agēs phisicū τ naturale, immediatū τ primū ip̄i patienti cōicans in materia cū ip̄o in agendo repatitur. P₃. q: agēs τ patiēs accepta p dicto mō cōicant in materia: τ sunt sufficienter approximata. sūt etiā ɔtraria. q: nihil agit in alteȝ nisi rōe ɔ̄rietatis. ergo sequitur φ sicut patiēs ē in potētia ad aliquā formā agētis quā nō h₃. ita ip̄m agēs est in potētia ad aliquā formā quaȝ h₃ patiens: τ ita repatitur ab eo. Unde omne agens naturale est in potentia τ in actu respectu diuersoȝ. nā illud quod est actu calidū est in potētia frigiduȝ. τ per formā quā h₃ in actu potest agere i aliud. sed pro quanto est in potētia ad oppositā formā patitur ab alio. τ ita calidū agit inq̄tū calidū est in illud qđ est potētia calidū. s patitur ab eo inquātū est potētia frigidū.

Dubitatur quomō agens capitur in proposito. Respondetur φ capitur proprie vt distinguitur ab agēte methaphorico

per non redderet ... in gradu remisso

et ab agente vniuersali: siue sit materiale siue immateriale: dũ tamen nõ cõmunicet in materia cũ ipo passo. ꝛ hic capit̃ pro actiõe ꝓp̃ie dicta que est inf̃ quattuo: qualitates p:imas. s. calidũ. humidũ. frigidũ: ꝛ siccuꝫ. Nam om̃is actio ꝓp̃ie dicta fit per eas ꝛ inter eas s̃m propo:tionẽ maio:is vel mino:is inequalitatis. Vñ natura dictas qualitates sic o:dinauit ꝙ ille q̃ sunt maio:is actiuitatis sunt mino:is resistentie: vt saluent̃ spẽs elementoꝝ per continua actionem ꝛ passionem adinuicem. ꝛc̃.

Ad rationes ante oppositũ.

Ad p:imã dr̃ ꝙ om̃s iste instantie arguũt vel de agente methapho:ico: vel de agẽte nõ approximato: vel de agẽte nõ cõicãte in materia. ꝛ in oĩbus his nõ est necesse agens repati a patiente. Ad secundã negat̃ ꝯña q: q̃litates actiue ꝛ passiue sunt sic disposite vt que sunt maio:is actiuitatis sunt mino:is resistentie: ꝛ ecõtra. ideo possibile est aliqđ agẽs s̃m vnã fo:mã excedere in virtute actiua resistentiã alterius. ꝛ tñ illud alterũ per aliã fo:mã potest quodãmõ excedere in agẽdo resistentiã illi⁹. Vñ quando dr̃ ꝙ actio debet semp fieri a ꝓpo:tione maio:is inequalitatis: ħ dꝫ intelligi cõparando actiuitatem agentis ad resistentiã patiẽtis: ꝛ nõ ad actiuitatẽ ipius patientis quã potest habere ꝑ aliam fo:mã. Ad tertiã negatur cõsequẽtia. ꝛ ratio patebit in solutiõe quarte rationis. Ad quartã dicitur ꝙ aliquid põt agere dupliciter. Uno mõ per fo:maꝫ sibi naturalem ꝛ intrinsecã. ꝛ tale agẽs potest assimilare sibi patiẽs. ꝛ q̃uis repatiatur a patiente: nõ tamẽ sic repatitur ꝙ ipm patiẽs p̃ualeat aduersus agens: ymo cõtinue debilitatur patiens. ꝛ patiẽs min⁹ agit in ipm agẽs ymo in fine nihil potest plus agere. Aliud est agens per fo:mã nõ naturalẽ: ꝛ virtus talis agentis ꝯtinue debilitatur. ꝛ ideo nõ oꝫ ꝙ tale agens semp sibi assimilat patiẽs.

Ad vltimã dicitur ꝙ nõ est idẽ medium moueri cõtrariis motibus: vt calefieri ꝛ frigefieri. Potest ergo dici i casu ꝑdicto ꝙ mediũ mouet̃ ab agente ꝛ patiente. in acq̃sitione caliditatis ꝛ frigiditatis. sꝫ nõ est ibi calefactio ꝛ frigefactio simul. q: calefieri non solum nominat acquisitiõem caliditatis in aliquo: sed etiam noiat acq̃sitionẽ maio:is calo:is. q: nominat ꝓcessuꝫ de min⁹ calido in magis calidũ. nõ est eñ impossibile ꝙ idẽ acquirat maio:ẽ caliditatẽ ꝛ frigiditatẽ. sic ergo licet mediũ sim̃l recipiat duas fo:mas cõtrarias: tamẽ vna illaꝝ p:eualet aduersus aliam. ꝛ ita s̃m vnã illaꝝ est intensio: ꝛ s̃cdꝫ aliam est remissio. ideo nõ sunt ibi contrarii motus. Et hoc de questiõe. Seq̃tur in textu. Quõ aũt ꝯtingat hoc accidere. ꝛc̃.

Querit̃ decimoseptimo vtrum

actiõ ꝛ passio habeãt fieri per po:os vt dicit Empedocles. aut per co:po:a indiuisibilia vt dicit Democritus. Arguit̃ p:imo ꝙ habeãt fieri per po:os. q: co:po:a rara facili⁹ trãsmutãtur q̃ dura. sed hoc nõ videtur: nisi q: po:osa sunt. ergo actio fit ꝑ po:os. Secũdo sic. in actiõe opo:tet actum agentis recipi in patiẽte: ħ nõ põt recipi nisi i po:os alias duo co:pa essent simul. ergo actio habet fieri ꝑ po:os. Tertio sic ꝙ habeãt fieri per cõtactũ co:poꝝ indiuisibiliũ vt dicit Democritus. q: videm⁹ partẽ alicui⁹ toti⁹ citius moueri q̃ totũ. ergo indiuisibile pri⁹ transmutatur. In oppositũ est ph̃us in littera quo ad vtrãq; partem.

Sciẽdũ est p:imo ꝙ postq̃ Ari

stoteles determinauit de actiõe ꝛ passione q̃tũ ad ratiões actiuoꝝ ꝛ passiuoꝝ. ꝯñr determiat de ipis quantũ ad modũ agendi. ꝛ circa hoc recitat quattuo: opiniones antiquorũ: quas ꝯparat. ꝛ eas improbat. deinde determinat veritatem.

Sciendũ est secũdo ꝙ fuit opi p° opinio

nio Empedoclis dicẽtis actionẽ ꝛ passioẽꝫ fieri per po:os per quos dicebat actũ agentis recipi in patiente: eodẽ mõ dicebat sensationẽ fieri. Dicebat enim co:po:a esse transparãtia per que egrediũtur radii visuales ꝛ ingrediũtur rem visam. eodẽ modo dicebat ꝛ mixtionẽ fieri. ꝛ ꝙ miscibilia habẽt po:os cõmensurabiles. Secunda opinio fuit De- a 2
mocriti ꝛ Leucippi q̃ vno sermone compendiose determinauerũt de om̃i transmutatiõe dicentes co:po:a indiuisibilia esse p:incipia omniũ per quoꝝ congregationẽ fit generatio ꝛ per transmutationẽ in situ ꝛ o:dine alteratio. ꝛ ita dixerũt actionem ꝛ passionem fieri per cõtactũ illoꝝ indiuisibiliũ. Tertia a 3
opinio fuit Melissi ponẽtis vnũ ens ꝛ immobile ꝛ infinitũ. ꝛ ille negauit actionem ꝛ passionẽ ꝛ omnẽ motũ. Q: aũt sit tm̃ vnuꝫ

ꝓbat sic. q: distinctio entiū nō pōt fieri nisi ꝑ vacuū. ergo nō sūt entia distincta. Nec pōt dici etiā ꝙ in aliquo vno cōtinuo sunt plura entia ſm potentiā diuisiōis. q: diuisio fieri nō potest nisi per vacuū. ⁊ ita si esset aliqđ vnū cōtinuū diuisibile in plura: oporteret ꝙ vbiqȝ esset vacuū. si ſm quālibet partē sit diuisibile. si vero dicis ꝙ ſm vnā partē sit diuisibile ⁊ ſm aliā nō: h̄ est irrōabile. Arguebat etiā illud ens esse immobilē. q: vl' moueretur ad plenū vel ad vacuū. non primū. q: esset penetratio dimensionū. nec secunduȝ. q: esset vacuū. Et silr ꝙ essȝ infinitū. q: nō posset teneri nisi ꝑ corp⁹ extra ipm. ⁊ inter illa oporteret ponere vacuū: qđ nō est ponēdū. Unde q: Melissus credebat ꝙ diuisionē ⁊ motū nō posse fieri nisi ꝑ vacuū: ⁊ abhorruit vacuū esse. iō negauit multitudineȝ entiū ⁊ motū. Sed hāc opinionē nō improbat Aristoteles. q: oppositū ei⁹ satis est manifestū ad sensuȝ. Quarta fuit opinio Platonis ponentis indiuisibiles superficies eē principia rerū: sicut Democritus posuit corpora indiuisibilia esse ꝑncipia. differūt tñ i hoc ꝙ Democritus ponit corpora indiuisibilia solida ⁊ infinitaꝝ figuraꝝ esse principia rerū. Sed Plato posuit superficies infinitaꝝ figuraꝝ esse principia reꝝ. dicit enim resolutionē fieri ad superficies triāgulares: quas dicebat indiuisibiles. De cōparatōne aūt istaꝝ opinionū dicit philosoph⁹ ꝙ opinio Democriti ⁊ Mellissi est irrōabilior.

Conclusio prima cōtra positionē Democriti.

Positio Democriti de actiōe ⁊ passione est irratōnabilis. Patet. q: ad eā sequūtur duo cōtradictoria. s. indiuisibilia esse alterabilia: ⁊ indiuisibilia nō esse alterabilia. patet. q: posuit actionē fieri ꝑ vacuū. ⁊ cū indiuisibile nō sit vacuū: sequiť ꝙ indiuisibile nō est alterabile. Itē indiuisibile nō potest suscipere qualitatē actiuā ⁊ passiuā. ergo non est alterabile. aīns pȝ. q: talis qualitas esset ab eo transmutabilis vel nō. Nō secūdū. q: est eadē materia cōtrarioꝝ. Nō primū. q: trāsmutatio fit per motū: ⁊ omne mobile est diuisibile. ergo si indiuisibile trāsmutaretur esset diuisibile. qđ implicat ꝯtradictionem. ergo ſm ipm ~~non~~ oportet dicere ꝙ indiuisibile nō sit alťabile. ⁊ tñ ad positionē ei⁹ seqťur ipm esse alterabile. q: ponit indiuisibile esse frigidū et calidū. Sed si vnū contrarioꝝ sit in natura. ergo reliquū. ⁊ si qualitates prime sunt idiuisibiles sequitur ꝙ indiuisibile erit alterabile: qđ est incōueniens eis. ergo illud ex quo sequitur. Item male posuit corpora esse indiuisibilia: cū diuisio sequatur corpus. cū omne corpus ē diuisibile. Item qualitates naturales presupponūt quantitatē quantū ad modū inessendi necessario: sed indiuisibile nō est quantū aliās esset diuisibile. ergo nō est quale. ⁊ per cōsequēs nō est alterabile. ergo actio ⁊ passio nō fiunt ꝑ corpa indiuisibilia.

Cōclusio secūda.

Actio ⁊ passio non fiūt per poros: vt posuit Empedocles. Patet. q: si ponerētur illi pori: hoc esset ad recipiendū actū agentꝭ. sed pori nō possunt recipere hunc actum. q: nō sunt illud quod patitur. Item illi pori essent pleni vel vacui. si pleni nō suscipiunt actū agentis sicut nec alie partes. Nec vacui. q: vacuū nō est ponendū. Item actus agētis est forma recepta in passo. sed talia in vacuo recipi non possunt. ergo. Itē si augmētatio fieret ꝑ poros: sequeretur ꝙ altū nō cresceret: sicut nunq̄ crescit murus in altū: sed solū foramina replerentur. ergo. Sed q̄liter fiat actio ⁊ passio ponit Aristoteles aliquas ꝯditōes. Prima conditio est ꝙ patiēs oportet esse tale in potentia quale agens in actu. ⁊ ita dič agens ⁊ patiēs esse actu dissimilia: ⁊ potentia similia. Secūda cōditio est ꝙ patiēs debet esse tale vt ſm quālibet sui partē natum sit sustinere actū agentis. Tertia conditio est ꝙ patiēs magis ⁊ minus patiťur ab agēte ſm ꝙ est magis ⁊ minus dispositū ad suscipiendū actum agentis. Quarta ꝯditio est ꝙ q̄uis ipm patiens sit continuū: tamen debet esse potentia diuisibile. nō tamē oportet ꝙ actu diuidať per hoc ꝙ suscipit actionem agentis. q: ipm totum indiuisum pōt alterari. Quinta cōditio est ꝙ oportet ipm agens esse approximatū ipo patienti. potest tamen agere in aliud distans ab eo. et hoc est per mediū sibi propinquū per quod passum a primo agente agit in patiens remotū.

Ex istis cōditionibus patet per quē modū fiat actio ⁊ passio. Patet etiaȝ ꝙ nō fit ꝑ ~~contactū~~ neqȝ per corpora indiuisibilia. neqȝ per ingressuȝ act⁹ agētis i poros patiētis

Ad rationes ante oppositum,

Ad primã dicitur ꝙ corpora rara sunt faciliter transmutabilia. q2 minus habent de materia ꝙ corpora densa. ꝛ ideo minus resistunt actioni agentis. ꝛ facilius sunt transmutabilia. Ad secundã dicit ꝙ cũ aliqd agit in patiens nõ est imaginandũ ꝙ aliqd corpus aut aliqua forma egrediatur ab agente: ꝛ per motũ localẽ transferatur in patiens: ꝛ per motũ localẽ ingrediatur per poros patientis. sed virtute agentis naturalis tangentis ipm patiens cuius materia est in potentia naturali ad formã agentis. ꝛ de potentia materie patiẽtis educitur forma substantialis similis in specie vel genere forme agentis. ꝛ hoc modo dicit actus recipi i patiens. Ad tertiã dicitur ꝙ quãdo agẽs extrinsecũ agit in patiens: quãqꝫ vna pars patientis prius trãsmutatur ꝙ totũ. sed negat propter hoc ꝙ in indiuisibili transmutet. q2 in corpore passibili nõ est dabile aliquod corpus idiuisibile sm actũ. Seqtur in textu. Scrutandũ aũt quid est mixtio.

Queritur decimooctauo vtrũ mixtio sit possibilis.

Arguitur ꝙ nõ. q2 si sic: vel ambo miscibilia manerent: vel ipsa corrũperentur. vel vnũ maneret: ꝛ alterum corrũperetur. non primũ. q2 miscibilia se haberent similiter sicut prius. nec secũdũ. q2 nõ potest videri quo mõ posset fieri mixtio: nisi per diuisionem. nec tertiũ. q2 in mixtione miscibilia silr se debẽt habere. Secũdo sic. si mixtio esset possibilis: vel fieret p diuisiõez miscibiliũ: vel sine diuisione. Non primum. q2 tunc nõ quelibet pars mixti esset mixta: eo ꝙ semper remanerent alique partes indiuise que non essent mixte. Nec secũdũ. quia non potest videri quo modo fiat mixtio: nisi per diuisionẽ. Tertio sic. si sic: vel miscibilia essent adequata in potentijs: etiã virtutibus. vel nõ. Nõ primũ. q2 tunc non agerent inter se. Si vero sint nõ adequata: tũc illud quod esset maius corrũperet minus. Quarto sic. nihil potest agere vltra gradũ ppriũ. ergo elementa nõ possunt producere mixtũ. quod habet perfectiorem formã ꝙ sint forme elementorũ. ꝛ per ꝯñs misceri nõ possũt In oppositũ est phs. Pro rũsione.

Sciendum est primo ꝙ postꝙ philosophus determinauit de tactu: actiõe: ꝛ passione. cõsequenter determinat de mixtione. Circa quam quattuor determinat. Primo an mixtio sit possibilis. Secũdo an fiat per diuisionem miscibilium. Tertio quomõ fit mixtio: ꝛ que ꝛ q̃lia sũt miscibilia. Quarto quid sit mixtio. Pro quorũ omniũ solutiõe. ꝛ pmo pmi pũcti ponẽda ẽ hec ꝯclusio

Conclusio prima. Mixtio differt a gñatione ꝛ corruptiõe: augmẽtatiõe: diminutiõe: ꝛ alteratiõe.

Patet. q2 ad gñationẽ cõcurrũt materia ꝛ forma. ad augmẽtationẽ nutrimentũ ꝛ nutritũ. ad alterationez subiectũ ꝛ accidens. sed forma nõ miscet materie. q2 vtrũqꝫ manet in ppria materia. nec etiã nutrimentũ miscet nutrito. q2 nutritũz manet: ꝛ nutrimentũ corrũpit. Nec accidẽs miscetur subiecto. vt figura nõ miscet cere. nec albedo corpori: eo ꝙ vtrunqꝫ manet in actu. miscibilia aũt manẽt i mixto: neqꝫ corrumpuntur ambo neqꝫ alterũz. ergo mixtio differt ab omnibus alijs motibus.

Conclusio secũda. Actiua non sunt adinuicẽ miscibilia.

pꝫ. q2 miscibilia habent esse per se ãte mixtionẽ: vel post. sed actiua nõ possunt a subiecto separi. ergo. Ex quo pꝫ ꝙ nõ qdlibet est miscibile cũ quolibet.

Conclusio tertia. Miscibilia in mixto nec sunt penitus corrupta nec penitus manent.

Prima ps pꝫ. q2 miscibilia sũt separabilia a mixto. ergo nõ sunt penitus corrupta. Secũda ps pꝫ. q2 si manerent penitus ex ipsis non fieret aliquod vnũ.

Conclusio quarta. Miscibilia manẽt in mixto virtute ꝛ potẽtia sub cẽ mixti ꝯposito.

q2 nõ manẽt sub actibus pprijs neqꝫ corrũpũt simplr. ergo oꝫ dicere ꝙ manẽt potẽtia ꝛ virtute in mixto. ꝛ hoc magis declarabit in questione sequenti.

Conclusio respõsiua. scꝫ ꝙ mixtio ẽ possibilis.

Pꝫ. q2 ad mixtionẽ reqrit ꝙ miscibilia anteqꝫ misceãt sint sub actibus pprijs sub quibus non manẽt mixtione facta sed manent potẽtia ꝛ virtute. hec aũt sunt possibilia. ergo ꝯclusio va. Circa secũdũ punctũ declarandũ sciẽdũ est ꝙ illi phi antiq̃ n ponebãt mixtiõez fieri p trãsmutatiõez miscibiliũ adinuicẽ ex qbus alteratis fieret vna materia cõis media. sed ponebãt mixtio-

non fieri per diuisionē ꝑ hoc scʒ ꝙ vnū mi-
nimū ponebat iuxta aliud minimū ⁊ hoc mi
plicat. qꝛ quidā dicebāt ꝙ mixtio fiebat per
oppositionē minimoꝝ scđm sensuȝ. Alij di-
cebāt ꝙ fiebat ~~scđm~~ iuxta positōeȝ minoꝝ
ꝯm spēm ⁊ formā: sicut cuȝ grana milij mi-
scentur cū granis frumēti. Alij vo dicebāt
ꝙ fiebat ꝯm ꝙtitatē. ꝯ ꝯ ꝯ ponūt ꝯclusiōes, hᵉ

Conclusio prima. mixtio nō fit
ꝑ diuisionē miscibiliū in minima scđm spe-
ciē ⁊ formā. pȝ qꝛ talia minima manent sub
actib⁹ ꝓprijs nō trāsmutata. ergo non pñt
facere vnū ꝑ se. Itē quelibȝ ps mixti ē mi
xta. sic āt nō eēt si mixtio fieret eo mō: ḡ ⁊c̄.

Conclusio secūda. mixtio nō fit
ꝑ diuisionē in minima scđm sensuȝ. pȝ quia
qđ vni esset mixtū puta nō videnti alteri nō
esset mixtū scȝ illud qđ actu videt. ⁊ ita nō
esset mixtio simpliciter. ⁊ ita non ꝗlibet ps
mixti esset mixta. ergo ⁊c̄.

Conclusio tertia. mixtio nō fit
ꝑ diuisionē in minima ꝯm ꝙtitatē. pȝ qꝛ ipos-
sibile est ꝙtitatē diuidi ī minima simpliciṫ co
ꝙ eēt diuisibilis ī infinitū. Ex qb⁹ pȝ ꝙ mi-
xtio nō fit ꝯm miscibiliū diuisionē ꝙuis mi
scibilia debeāt eē diuisibilia. ⁊ ꝑ hoc pȝ ꝯm
qđ erat declarādū. Pro tertio puncto.

Sciendum est ꝙ entiuȝ quedā
sunt actiua et passiua adinuicē. s. ꝗ habent
ꝯtrarietatē adinuicē ⁊ ꝗ cōicant in materia
Alia vo nō sūt actiua ⁊ passiua adinuicem
sicut sūt illa ꝗ nō hñt ꝯrietatē adinuiceȝ. sȝ
coꝝ ꝗ patiunt ab alijs ꝗdā sūt faciliṫ diuisi
bilia ⁊ passibilia sic sūt hūida. Alia vo sunt
ꝗ cuȝ difficultate patiunt sicut sunt sicca et
dura. Sit ergo

Conclusio prima. illa que non
cōicant in materia nō sunt adinuicē misci-
bilia. pȝ qꝛ nō sūt actiā ⁊ passiua adinuiceȝ
iō ars medicine ñ miscet sanitati. eo ꝙ subie
ctū sanitat ē corp⁹. ⁊ art medicīe subȝ ē aīa

Conclusio secūda. cōicantia in
materia ⁊ hñtia ꝯrietatē adinuicē sūt misci
bilia. pȝ qꝛ talia sunt adinuicē actiua ⁊ pas-
siua. ergo ꝑ coꝝ actōnē ⁊ passionē adinuicē
possunt seinuicē alterare: vt ex ipis possit fi
eri vna natura cōmunis media.

Tertia conclusio actiuoꝝ ⁊ pas
siuoꝝ adinuiceȝ mixtū cū pauco siue magnū
cū ꝑuo nō est miscibile. pȝ qꝛ nulliū miscibi-
liū dȝ manere sub actu ꝓprio. mō si mixtū mi
sceat cū pauco conuerteret illud paucum in
sui naturā ⁊ ita vna gutta vini nō possȝ mi
sceri cum mille amphoris aque.

Quarta cōclusio. actiua et pas
siua adequata in potētijs ⁊ virtutib⁹ ~~vt~~ qđ
vnū sufficiat alteꝝ corrūpe neꝗ ābo tertiuȝ
sūt adinuicē miscibilia. pȝ qꝛ ī mixtōne neu
trū vel ābo dñt manere sub actu ꝓprio. er-
go si ipa dñt esse adequata adinuicē opor-
tet ꝙ vnū nō sufficiat alteꝝ conuertere ī sui
naturā nec ābo tertiū. Et si arguis ꝯ istaȝ
ꝯclusionē. qꝛ si sint adequata in virtutibus
vnū nō poterit agere ī reliquo cū actio sem
per fiat a ꝓportōe maioris īequalitat. Re-
spōdet ꝙ illa eqlitas miscibiliū nō dȝ sic in
telligi ꝙ vnū elemētū ꝑdñet alteri: ꝯ ꝙ vnū
nō ita dñetur ī reliquū vt sufficiat ipȝ corrū
pere ⁊ hoc latius videbitur in sequenti con
clusione.

Quinta cōclusio que sic se ha-
bēt adinuicē ꝙ vnū ē faciliṫ passibile et reli
quū difficult nō sūt adinuicē miscibilia. qđ
pȝ. qꝛ vnū maneret sub actu ꝓprio ⁊ aliud
corrūpet ⁊ euanesceret sicut stannū non bñ
miscet cū ere eo ꝙ stannū ē facilr possibile.

Sexta cōclusio. faciliter diuisi-
bilia ~~non~~ sunt bene miscibilia: dū tñ ꝑua cū
ꝑuis admisceant. pȝ qꝛ faciliter trāsmutāt.
Ex quo pȝ ꝙ hūida si nō sint viscosa sūt
faciliṫ miscibilia. sicut vinū vl' aq̄. ꝯ tñ oleū
nō est bñ miscibile cū aqua vel vino eo ꝙ ē
viscosū ⁊ supnatat aque eo ꝙ hȝ humidita
tem aereā. mō aer natus est ferri sup aquaȝ.
ex omnib⁹ istis. pȝ ꝗ sūt bñ adinuicē misci-
bilia et que nō qđ erat tertiuȝ declaranduȝ.
Ex trib⁹ ergo pūctis declaratis pȝ quar
tū. scȝ qđ sit mixtio. cū eñ miscibilia nō pe-
nit⁹ maneāt in mixto nec penit⁹ corrūpant
ꝯ manēt eminent ⁊ virtualr seq̇tur ꝙ mixtio
est miscibiliū alteratoꝝ vnio. ita ꝙ forma
mixti virtualiter cōtinet formā ipsoꝝ misci-
biliuȝ. ⁊ hoc declaratur in sequēti ꝗstione.

Ad rationes ante oppositum:
Ad primā dicit sicut dictū est ꝙ neꝗ alterū
corrumpit neꝗ ambo. nec semꝑ manēt mi
scibilia: sed manent virtualiter in mixto.

Ad secundã d: q mixtio non fit p diuisionẽ miscibiliũ: sed fit p alterationẽ eoz. per actionẽ et passionẽ ipoz miscibiliũ adinuicẽ Ad tertiã. dictũ est qualiter miscibilia debent esse adequata in potẽtijs et virtutib⁹. Ad vltimã. miscibilia nõ educũt effectiue formã mixti de potẽtia materie in virtute. sed hoc fit in virtute supioris agentis. Seqtur in textu. Cõtinuã aũt his qstiõem. etc.

Queritur decimonono vtrum elemẽta maneant formaliter in mixto. Arguitur q sic autoritate phi in textu dicentis Nõ corrũpit alterũ neq ambo. seruat aũt virtus eoz. virtus aũt rei nõ põt eẽ sine substantia ei⁹. igit. Secũdo sic. mixtio est miscibiliũ alteratoz vnio qz alteratũ est substantialiter actu ens. ergo miscibilia manent in mixto formaliter. Tertio sic. mixtũ cõponit substantialr ex elementis. ergo elementa sbãliter manẽt in mixto. alias mixtũ nõ esset substãtialit. Quarto sic. in mixto manẽt qualitates et opatiões naturales elemẽtoz ergo et ipa elemẽta formalr manẽt. pña tenz qz ppria passio et ppria opatio separi nõ possunt a suo subiecto. Quinto sic. q̃to aliq forma ẽ magis eleuata sup materiã tãto reqrit materiã esse magis eleuatã et magis pfectã. sed forma mixti est pfectior et magis eleuata q̃ forma elemẽti. talis aũt eleuatio nõ potest fieri nisi p formas elemẽtoz q medie sũt inter materiã et formã mixti. ergo oz elemẽta formalr manere in mixto Sexto sic. mixtũ mouet naturaliter sm naturã elementi pdominãtis in eo: vt hz phs in primo de celo. g oz elemẽta manere in mixto formalr. alias vnũ elementũ nõ pdñaret alteri. In oppositũ arguit primo. si elemẽta manerẽt formalr in mixto cũ ipa spẽ differunt: seqret q ipm mixtũ esset diuersaz spẽz: et essent plura entia sbãlia. Secũdo sic. si elemẽta manerẽt formalr in mixto. vel iuxta se inuicẽ ponerent: et tũc nõ qlibet ps mixti eẽt mixta: qd est 9 naturã mixtionis. vel simul in qualibz pte materie adeqte eẽnt forme qtuor elemẽtoz. hoc aũt videt impossibile. primo. qz in eadẽ materia essent plres forme subãles. et sic eẽnt plres act⁹ subãles et plra esse. Itẽ videretur ibi esse penetratio dimẽsionũ. qz quelibz forma sbãlis reqrit determiatã q̃titatẽ in materia. Itẽ si elemẽta manerent in mixto: tunc manerent actu in mixto: et per consequẽs nõ essent. Pro responsione.

Sciendũ est primo. q auerrois dicit formas elementoz esse intẽsibiles et remissibiles. dicit eniã q duplices sũt forme substãtiales. qdã eñ sũt pfecte q simplr terminãt materiã: cuiusmõi sũt forme mixtoz. ita q materia recipiẽs formã mixti nõ sit in potẽtia ad vlteriorẽ formã sbãlẽ. sed forme elemẽtoz nõ actuãt materiã in termio: sed magis sũt qdã dispositões et eleuatões materie ad maiores pfectiões forme recipiẽde. iõ elementa dicũtur quasi eleuata. Et ex hoc d: q elemẽta pprie nõ sũt spẽs. qz nõ sunt grad⁹ determiati et fixi entib⁹: sed magis sunt via in spẽs. Et sm hoc dic auerrois q forme subãles elemẽtoz sunt q̃si medie inter formas sbãles pfectas et formas accidentales. et ita nihil phibet formas substãtiales elemẽtoz esse intẽsibiles et remissibiles. Nã sm eũ nõ videt q̃liter possint manere elemẽta et q̃lit diuersimode i diuersis mixtis manerẽt: nisi forme iporũ elemẽtoz possent intẽdi et remitti. Et ita sm Auerroim forme elemẽtoz remanentes in mixto in diuersis mixtis: diuersimode remittũtur. Nã in vno mixto magis remittit vnũ elemẽtũ q̃ aliud. in alio aũt mixto stat oppositũ. ita vt sm diuersos grad⁹ remissionis elemẽtoz fiãt diuersi grad⁹ mixtoz. sed qñ elemẽta existũt in scipis separata forme elemẽtoz sunt ibi in esse extenso. Sed si Auerrois intellexerit q forme sbãles elemẽtoz p q̃to sunt de q̃ñe substãtie sint intẽsibiles et remissibiles: hoc est impossibile. qz esse subãle cũ sit primũ in analogia in indiuisibili cõsistit. si eñ ibi esset intẽsio et remissio oporteret q inter 9dictoria esset mediũ .s. inter esse et nõ esse. cũ forma sbãlis dat esse simplr. Sed si Auerrois intelligat q forme sbãles elemẽtoz accepte sm esse phisicuz et naturale put scz sunt actiua et passiua sint intẽsibiles et remissibiles: sic verũ dicit. qz q̃litates prime q sunt principia substantialia elemẽtoz p illo elemẽto p quo sunt actiua et passiua: sũt intensibiles et remissibiles. sicut eñ de ratione hoĩs albi est albedo. ita etiã de ratõne et substantia elementorum acceptoz sub actione et passione sunt qualitates prime. Alius est modus sm Albertũ rñdendi ad q̃stionẽ predictã. dicit eñ q elemẽta habẽt duplex esse. scz esse substantiale et primũ: et esse accidẽtale et secundũ. Itez esse substãtiale est duplex

alias eleuamenta
l. vie
m
elementa
a opinio

Quoddā est integrū ⁊ perfectū siue liberū ⁊ tale esse hȝ quodlibet elemētum in seipo. Aliud est esse substātiale quodāmō ligatum ⁊ diminutū siue fractū: ⁊ tale habet elementū alteratū ab alio ⁊ cū eo mixtū. Dicit ergo Albertus ꝙ elemēta manēt in mixto q̄tum ad esse substātiale ligatū ⁊ fractū: ⁊ etiaȝ q̄tū ad esse accidētale. ȝ nō manēt in mixto q̄tū ad esse liberū ⁊ integrū. Et hanc materiā tractat Albertus diffuse in tertio de celo. insequēdo Auicennā. Alius est modus respōdendi Egidij de roma insequētis doctorem sanctū in hac pte. dicit enī ꝙ vna forma potest virtualiter ⁊ eminēter contineri in alia. forma enī imperfecta continetur in forma pfecta eminēter ⁊ virtualiter. sicut vegetatiuū in sensitiuo: ⁊ sensitiuū in rōnali. Et q: sensitiuū potest q̄cquid pōt vegetatiuū ⁊ cū hoc plus ideo vegetatiuū est eminēter in sensitiuo: sȝ nō actualiter ⁊ in ppria forma. alias ibi eēnt due forme sbāles. sed vegetatiuū est in sensitiuo sicut trigonū in tetragono. ⁊ tetragonus in pentagono. vt dicit phs. 2. de aia.

Conclusio respōsiua ad quesitū

Forme elementorū cōtinētur in forma mixti virtualiter ⁊ eminēter: ȝ nō manent in mixto formalr̄ ⁊ actualr̄. ita ꝙ sint due forme ⁊ diuerse a forma mixti. ymo forma mixti cōtinet virtualiter formas elemētorū. ⁊ est simplex in sua essentia ⁊ indiuisibilis. Patet prima pars. q: forme elementorū ordinātur in formā mixti. ergo in eo virtualr̄ manēt. naȝ forme ⁊ species rerū se habent sicut numeri vt hȝ phs octauo methaphisice. Unde sicut minor numerus continetur in maiori: ita forma imperfecta in pfectiori. ⁊ fm hoc mixtū est substantialiter mixtū. qm̄ in eo non solū manēt elementa virtualiter: vt quidā dicūt qui male intellexerūt aristotelē. ymo manēt q̄tum ad formas subāles. q: reseruant substātialr̄ ⁊ eminenter in forma mixti. Et fm hoc possent solui ratiōes ante oppositū facte. Etiaȝ accidētales forme elementorū in mixto non manēt fm actum ppriū: sed manent in quadam forma seu qualitate cōplexionali: que se habet vt mediuȝ inter qualitates primas elementorū. ⁊ huiusmodi q̄litas cōplexional' est ppria dispositio materie ad mixti formā. Sic ergo patet ꝙ forme elementorū manēt in mixto virtualiter: vt probant ratiōes an̄ oppositū. sed non manēt formalr̄ ⁊ actualiter in mixto: vt pbant rationes post oppositū. ⁊ videt via ista esse probabilis. Albert' aūt in tertio de celo nō videt loqui fm opiniōeȝ ppriā: sed ibi exponit opinionē Auicenne. siue tamen loquatur fm opinionē siue non positio sua est probabilis ⁊ subtilis. sed hec vltima videtur esse probabilior.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā ⁊ ad oēs alias dr̄ ꝙ bene probant ꝙ elemēta virtualiter manēt in mixto fm formā mixti: que continet eminēter oēs perfectiones substantiales ⁊ accidētales elementorū que ad ipam ordinant. ⁊ p hoc dicitur aliquid formalr̄ mixtū. sed nō remanēt formaliter in esse substantiali. ergo ⁊c.

Seq̄tur liber secūdus.

De mixtiōe quidē igitur et tactu: et de facere et pati dictuȝ est quomō existūt in rebus trāsmutantibus scd̄m naturā.

Irca initiū secūdi libri de generatiōe ⁊ corruptione querit primo vtrū materia prima sit principiū materiale quattuor elementorū: ⁊ quattuor q̄litates prime sint principia formalia elemētorū. Arguit primo ꝯ primā ptē. q: si materia que est tm̄ ens in potentia sit principiū materiale elemētorū. aut est sepabilis ab ipis elemētis ⁊ qualitatib' eorū aut nō. nō secundū q: tūc elemēta non essent corruptibilia. nec primū: cū sit tm̄ ens in potētia. ergo non est principiū materiale elementorū. Secūdo sic cōtra secūdā partē. q: accidēs nō pōt esse pncipiū formale substātie. ȝ qualitates prime sunt accidētia. ergo nō possūt esse principia formalia elemētorū q̄ sunt substantie. Tertio sic. qd̄ vni ē accidēs nulli ē substātia. sed q̄litates pme respectu mixti sunt accidētia. ergo respectu elemētorū nō sunt substantie. ⁊ p ꝯns nō sunt principia formalia elementorū. In oppositū est phs in pmo ⁊ secūdo capitulis hui' secūdi libri.

Sciendum est primo ꝙ post q̄

phs in primo libro determinauit de gñatiōe τ corruptiōe. augmentatiōe. diminutione: τ de alteratione. τ de his q̄ hmōi motibus deseruiūt. s. de actiōe τ passiōe: τ mixtiōe. ꝯñter secūdo determinat de natura gñatoꝝ τ corruptoꝝ. Et q: p naturā elemētoꝝ inest elemētis naturalr gñatio τ corruptio. q: q̄ itatē prime actiue τ passiue sine quibus nō fit transmutatio ad formā p se: primo insunt elementis τ p elemēta elemētatis. τ ꝓpter h̄ in isto libro phs intēdit de natura gñatoꝝ corruptoꝝ in quadā vnitate. put materia libri epigit: dignū est vt prius cōsidereť de gñatiōe τ corruptione elemētoꝝ. Et q: gñatio τ corruptio sūt trāsmutatiōes naturales. τ in omi transmutatione naturali oportet aliquā naturā esse subiectā. τ esse etiā aliq̄ pncipia ꝯ̄ria adinuicem. iō phs inquirit in principio naturas elementoꝝ anteq̄ determinet de gñatiōe τ corruptiōe τ trāsmutatiōe elemētoꝝ. Circa qđ

Sciendum est secūdo q: vt sepe dictū est antiqui determināntes de pncipijs rerū naturaliū ptiti sunt. Naz aliqui posuerūt plura pricipia materialia: τ iter istos aliqui posuerūt finita τ aliqui ifinita. Alij vo vnū materiale. scz vnū elementū: puta ignē vel aerem: vel aquā: vel aliquod mediū inť aerē τ ignē. τ istud mediū dicebant esse sepatū a cōtrarijs. Sed q: iste opiniōes improbate sunt. nā opinio ponēs plura improbata extitit in primo phisicoꝝ: cū dicebať φ oīz trāsmutabiliū adinuicē materia est vna. Et etiā dicebať φ isti nō saluabāt gñatiōes et corruptiōes cū habeāt ponere illa plura pncipia esse intrāsmutabilia τ quodlibz eoꝝ est ens in actu. Etiā quodamō fuit improbata opinio ponentiū vnū materiale pncipiū. q: cū ponerēt ipz in actu nō poterāt saluare distinctiōem gñatiōis τ corruptiōis ab alteratione. Ideo pro nūc phs eas nō reprobat: s3 supponit phs φ l3 sint quattuor q̄ vocātur elemēta q̄ sūt prima in gñe corpoꝝ: τ sūt principia corpoꝝ mixtoꝝ: tñ ista resoluunť i vnū materiale principiū primū respectu cui⁹ sūt principiata. τ illō primū materiale sibi vendicat nomē elemēti. iō cū loqtur phs d̄ illis corpib⁹ prio nō dicť ea elemēta: s3 vocat ea elemētata. q: nomē elemēti pino ꝯuenit matie q̄ est primū pncipiū in cōpositiōe: τ etiā vltimū in resolutiōe. τ secūdario ꝯuenit q̄ttuor primis corporibus q̄ dicuntur elementa in ordine ad alia corpa.

Conclusio responsiua ad pmā ptē quesiti. Materia pria q̄ ē tm̄ ens i potētia ē principiū matiale elemētoꝝ. Probatur q: elemēta sūt corpa vt pz ad sensū. τ ñ sūt simplicia cū sint passibilia. nec sūt potētie pure cū sint actia. ğ oz φ sint ꝯposita ex actu τ potētia. τ cū sint prima i gñe corpoꝝ vt supponiť nō resoluūť i priora corpa. ğ oz φ eoꝝ resolutio sit in actū τ ~~cētra~~ i potētiā p cētras τ p ꝯñs pncipiū materiale eoꝝ est materia prima q̄ est tm̄ ens in potētia. q̄ quidē materia nō est sepata a quolibz elemētoꝝ nec a ꝯ̄rijs s3 sp τ cōtinue stat sub aliq̄ forma τ sub aliq̄ ꝯ̄rietate τ susceptiōe: tñ sepabilis est a quolibet elemēto τ a q̄libz ꝯ̄rietate vt alias dictū est. Pro rñsiōe ad secūdā partē q̄stiōis est aduertendū φ elemēta pñt dupli̇r ꝯsiderari Vno mō s̄m suū eē sbāle absolute sumptuz. Alio mō quātū ad esse materiale τ phisicū put sūt actia τ passiua adinuicē. Ex illis pōit

Conclusio respōsiua ad secūdā partē quesiti. Licet qualitates prime nō sint principia essentialia elementoꝝ: cōsideratis ipis in esse substantiali absolute sumptoꝝ: tñ sunt principia formalia eoꝝ: considerať eis s̄m φ sunt actiua τ passiua adinuicē prout habent esse naturale. Prima pars pz p primas duas rationes factas ante oppositum. Secūda ps pz. q: elemēta ꝯstituūtur in esse naturali p illas formas p quas efficiūtur prime actiua τ passiua. ergo. Ex ꝯclusione seq̄tur φ licet q̄ttuor qualitates prime non sint de rōe elemētoꝝ s̄m φ d̄ ipis agiť i libro de celo: vbi ꝯsiderātur s̄m φ sūt mobilia ad vbi. l3 etiā nō sint de ratiōe eoꝝ put cōsideranť a methaphisico q̄ abstrahit a motu τ a materia sensibili. tamē sunt de rōne elemētorū put cōsiderātur in hoc libro. q: i libro isto ꝯsideranť elemēta put sūt gñabilia τ corruptibilia: actia τ passiua. hoc aūt cōuenit eis p qualitates primas. Unde nō est incōueniens aliquid esse de ratiōe alicui⁹ rei vno mō accepte φ nō est de rōne ei⁹ alio mō accepte Et sic patet responsio ad q̄situ. Ratio. s soluūtur ex dictis. Seq̄tur in textu. Sed non minus τ vt corpora qualia.

Querit secūdo vtrū tm̄ sūt quattuor qualitates prime. Arguiť φ sint pauciores. q: quod per superabundantiā diciť

vni soli cōuenit. ꝫ p̄imū ꝑ supabūdantia z dicit̄ cū sit suplatiui gradus. ergo tantū est vna p̄ima qualitas. Secūdo sic calidū z frigiduz sunt actiue. humiduz et siccū sūt passiue: sed agens p̄ius est patiente. ergo sequit̄ ꝙ tm̄ sunt due qualitates p̄ime. s. calidū et frigidū. Tertio sic. frigiditas ē priuatio caliditatis: vt habet̄. 2. d̄ celo. ergo n̄ est qualitas. ꝯña tenet. q2 priuatio est posterior suo habitu. Quarto sic. lumē est qualitas p̄imi corporis. scʒ celi. et est cā omniū qualitatū elementoꝝ. ergo tm̄ est vna qualitas p̄ima. scʒ lumē. vel si q̄ttuor qualitates elemētoꝝ sunt p̄ime. erūt quiqꝫ p̄me q̄litates. igit̄ zc. In oppositū ē phs i textu.

Sciendum est primo ꝙ postꝙ phūs ostendit ꝙ qualitates p̄ime sunt formalia principia elemētoꝝ ꝯpositoꝝ in eē naturali z trāsmutabili. ꝯñter ondit. p. ꝙ inter qualitates cōueniētes corpoꝛib⁹ gn̄abilib⁹ et corruptibilib⁹ ille sunt p̄ime q̄ p̄imo ptinēt ad sensum tact⁹ et sunt quattuor tales nec plures nec pauciores. Sit igitur.

[illegible handwritten marginal note]

Conclusio prima. inter qualitates sensibiles corpoꝛib⁹ gn̄abilib⁹ et corruptibilib⁹ cōueniētes inq̄tū hm̄oi qualitates tāgibiles sūt priores. q2 sicut sensus tactus est fundamentū oīm sensuū z prim⁹ sine quo nō pōt esse alius sensus. ita oportet ꝙ qualitates sensibiles sensus tact⁹ sint priores alijs q̄litatib⁹ ꝑ alios sensus. ergo alie qualitates sensibiles nō pn̄t esse sine q̄litatib⁹ sensibilib⁹ siue tāgibilib⁹. ꝯña tenet. q2 qualis est ordo in potentijs talis debet esse in obiectis. Itē gn̄abilia z corruptibilia sunt actiua et passiua inq̄tū hm̄oi. ꝫ q̄cūqꝫ sunt actiua adinuicē nata sunt se tangere. ergo qualitates ~~p̄ime~~ sunt priores sine quibus nō pn̄t esse alie q̄litates in corporibus corruptibilib⁹. Ex cōclusione sequitur ꝙ oēs q̄litates ꝑ alios sensus causant̄ a qualitatib⁹ tangibilibus p̄imis: vt patet. quia p̄imū in vnoquoqꝫ genere est causa alioꝝ q̄ sunt post in illo genere.

tangibilis

qualitates tangibiles sunt. 19.

Conclusio secūda. inter qualitates tangibiles sunt tm̄ quattuor p̄ime. Probat̄. q2 septem sunt ꝯtrarietates q̄litatū tangibiliū q̄ sunt calidū: frigidū/ humidū: z siccū/ graue leue/ durū molle/ lubricū aridū/ asperū lene/ grossum z subtile/ ꝫ quinqꝫ vltime ꝯtrarietates reducūtur ad duas cōtrarietates p̄imas. et due p̄ime nō reducūtur ad seinuicē nec ad priores. ergo tantū sunt due p̄ime ꝯtrarietates q̄litatū tāgibiliū et quattuor qualitates p̄ime tāgibiles. Minor declarat̄ z p̄imo ꝙ ille sint tangibiles. q2 ille sunt actiue z passiue adinuicē: ergo sunt tangibiles. añs pꝫ. q2 calidū habꝫ ꝯgregare homogenea z disgregare etherogenea. ꝫ frigidū habꝫ ꝯgregare homogenea cū etherogeneis. z ita iste sunt q̄litates actiue. vnde calidū calefaciendo eleuat et euapoꝛat id qđ est subtile. z siccū coniungit subtile cū subtili z relinquit ~~densuz~~ illud qđ est grossum. z ꝓpter hoc calidū dicit̄ cōgregare hōgenea z disgregare etherogenea. ꝫ frigidū habet cōp̄imere: coagulare z: cōdēsare. q2 mouet a circūferētia ad centrū. z calidū ecōtrario. z ideo frigidū cōgregat subtile cū grosso. ideo cōgregat etherogenea. humidū aūt dicit̄ quod est bene terminabile termino alieno et male termino ꝓprio. z siccū est bn̄ terminabile termino ꝓprio z male termino alieno. terminari aūt cū termino ꝓprio vel alieno sonat passionem. ideo humidū et siccū sunt qualitates passiue. pꝫ ergo ꝙ calidū et frigidū sunt q̄litates actiue. et siccū et humidū q̄litates passiue. Uñ aduertendū est ꝙ calidū et frigidū nō sunt sic qualitates actiue q̄n ~~nō~~ sint passiue. imo sunt minoris resistentie: ꝫ dicunt̄ actiue. q̄a sunt magis actiue ꝙ humidū z siccū. z silr̄ humidū z siccū non dicunt̄ passiue sic ꝙ nō sint actiue. sed q2 sunt minus actiue alijs.

Mi aūt alie qualitates tangibiles reducantur ad istas quattuor. patet ꝑ inductionem. nam grauitas reducit̄ ad frigiditatez. nam frigiditas est causa grauitatis et leue ad calidū reducit̄. nam caliditas est causa leuitatis calidū eñi disgregat et rarefacit. et ita in modica materia facit magnam q̄titatem. z per ꝯñs raritatē. frigiditas aūt ꝯdensat. ideo facit ꝙ multū de materia ē sub parua q̄titate z ꝑ ꝯñs grauitatē. Similit̄ molle reducit̄ ad humidū. molle eñi faciliter cedit alijs sicut humidū. videm⁹ etiaʒ ꝙ dura humectata mollefiūt. Durū autez ad siccū reducitur. nam q̄ñ aliq̄d desiccat̄ induratur: vt patet de luto. Lubricū etiam reducit̄ ad humidū. nam lubricū habet humiditatem aqueam a siccitate passam sicut lene quod

habet humiditatē aereā. ꝛ ita nihil est lubricū nisi sit humidū. Andū aūt reducit ad siccū nā andū idē ē ꝙ pfecte siccū siue naturalit siccū. io terra que naturaliter est sicca. nūcupat anda. Sic asperū reducit ad siccum. ꝛ lene ad humidū. naȝ asperū dicit qd habet aliq̄s ptes supeminētes aliis. q: nō pñt fluere ad ptes decliuio:es ꝓpter defectū humiditatis q: sunt dure. ꝛ anguste. ꝛ faciūt asperitatem. modo dictū est ꝙ durū reducit ad siccū naturale. lene eñi dicit cui nulla ps supeminet alteri. ꝛ hoc est ꝓpter humiditatē eo ꝙ humidū fluit ad ptes decliuio:es. ꝛ ita lene reducit ad humidū. Sic grossū reducit ad siccū ꝛ subtile ad humidū. nā subtile est bñ replētiuū alteri corpis. ideo oportet ꝙ sit humidū ꝛ grossuȝ est male termiabile termino alieno sicut siccū. Ptȝ ḡ ꝙ alie q̄ncꝫ ɔtrarietates qualitatū tangibilium reducunt ad duas p̄mas ɔ̄trarietates. ꝛ iste due nō reducūt ad se inuicē necꝫ ad aliq̄s p:io:es hiis que ɔuenīunt co:pibus gn̄abilibus ꝛ co:ruptibilib⁹. qd dicit ꝓpter lumē qd est qualitas p̄mi co:pis. ꝛ ita est bene causa qualitatū quattuo: p:imaꝝ vt dictum est.

Ex quo ptȝ cōclusio respōsiua

ad quesitū. tm̄ sunt q̄ttuo: qualitates prime scȝ calidū frigidū humidū ꝛ siccū. Hec cōclusio satis ptȝ ex dictis. Et est hic notanduȝ ꝙ vt habet in textu humidū dicit dupliciter. vno modo dicit humidū qd hȝ humiditateȝ naturalē vt aqua vel aer. Alio modo dicitur humidū qd habet humiditatē extrinsecaȝ. ꝛ dupliciter. q: vel habet eā in ꝓfundo ꝛ tūc dicit infusū. vel habet eaȝ insupficie soluȝ ꝛ tūc dicit humidū. alie

Dubitat an ille qualitates p:i-

me possint cōuenire elemētis existentibus in sua naturali dispositiōe. Rñdet ꝙ aliq̄ que possunt cōuenire elemētis et aliq̄ nō. ille eñi que nō reqrūt mixtionē qualitatum p:imarū bñ ɔueniūt elemētis naturalit dispositis sicut graue et leue grossum ꝛ subtile. ille q̄ causant ex aliqua mixtione quattuo: qualitatū p:imarū nō cōueniūt elemētis naturaliter dispositis sicut sunt lubricū et andū. Ex quo pȝ ꝙ qualitates sensibiles p alios sensus a sensu tactus nō cōueniunt elemētis naturaliter dispositis. sicut sūt colo:es. odo:es. ꝛ sapo:es. q: tales qualitates ɔsequūtur mixtionē elemētoꝝ ꝛ determinatā ꝓpo:tionē qualitatū p:imarū factam p actionē et passionē eaꝝ adinuiceȝ. Unde licet in terra vel in aqua possit esse fo:male colo:is. tn̄ si sint naturaliter disposita nō est ibi materiale colo:is qd ɔsistit in certa ꝓpo:tione q̄litatū p:imaꝝ vt dictū est. Licȝ etiaȝ aqua sit dulcis vel amara: hoc tn̄ ē p admixtionē qualitatū aliquarū terrestrium aut aliud hmōi. Et sic ptȝ respōsio ad quesitū.

Ad rationes ante oppositum.

Ad p̄mā d: ꝙ li p̄mū dȝ exponi negatiue vt d: ꝙ in quolibet o:dine dȝ eē tm̄ vnū p:imū modo qualitates p̄me dicunt p̄me in q̄ttuo: o:dinib⁹. Ad secūdā dicit ꝙ si cōpet caliditas ꝛ frigiditas adinuicē attendēdo o:dinē pfecti ꝛ impfecti h̄ modo caliditas eēt p:io: frigiditate. s si int ea attēdat o:do cause ꝛ causati vna nō eēt p̄o: altera. mō iste q̄lita es p̄me dicūt p̄me i o:dine ad alias attēdēdo o:dinē cause ꝛ effect⁹. Alie due rōnes soluunt ex dictis ꝛc. Sequit i textu. Quoniam aūt quattuo: elementa sunt.

Querit tercio vtrū tm̄ sint quattuo: elemēta.

Arguit ꝙ sint pauccio:a. elemētū ē ex quo fit aliqd p:mo i extrīte indiuisibili spē in aliā spēȝ. h aūt diffinitio soli materie ɔuenit. ḡ ē tm̄ vnū elementū qd est materia. Secūdo sic. ꝙ sint plura q̄ quattuo: q: sex sūt cōbinatōes q̄litatū p̄maꝝ. ḡ sūt sex elementa. tenet ɔsequētia. q: numer⁹ elementoꝝ sumit ex cōbinatōe q̄litatū p̄marū. ergo Tercio sic. q̄ncꝫ sūt mot⁹ simplices. ḡ sūt q̄ncꝫ co:pa simplicia. s oē co:p⁹ simplex ē elementū ḡ quincꝫ sunt elemēta. Quarto sic pba sūt mixta ꝙ q̄ttuo: ḡ videt ꝙ sint ꝛ tot elemēta ꝙ q̄ttuo:. tenet ɔsequētia q: mixtis co:respōdent simplicia. In oppositū est pbs in textu.

Sciendum est p:imo. ꝙ postq̄

pbs pbauit ꝙ tm̄ sūt q̄ttuo: qualitates p̄me actiue ꝛ passiue que sūt p̄ncipia elemēto:uȝ ɔ̄nr ex numero hmōi qualitatū pbat numeꝝ elementoꝝ. Et q: ad trāsmutatōeȝ ip̄oꝝ facit diuersitas locoꝝ. ꝛ etiā o:do diuersus ad q̄litates p̄mas ideo ɔ̄nr de ip̄is determinat.

Sciendū est secundo. ꝙ hoc nomē elementū pōt accipi plur b⁹ modis. vno mō ꝓp:iissime vt elementū sit qd est in cōpo

sitiõe p̄mū ⁊ ī resolutõe vltimū simplicit̄. ⁊ h̄ modo materia dicit̄ elemētū respectu corporū naturaliū. ⁊ dicūt quidā ꝙ in ista acceptione diffinit̄ elemētū. v. methaphisice vt r̄citat̄ in p̄ma rōe ante oppositū. quidã tñ dicūt ꝙ ista diffinitio ꝯuenit elementis. Alio mō potest capi minus ꝓprie s. ꝑ oī p̄ncipio p se et intrinseco alicui⁹ rei. ⁊ h̄ modo nomē elementi se extēdit ad materiā ⁊ formā. Alio modo capit̄ elementū in aliquo gn̄e ⁊ non simplicit̄ et sic q̄ttuor corpa simplicia in gn̄e corpoꝝ dicunt elemēta. q2 sunt prima ⁊ simplicia ⁊ nō resoluunt̄ in alia corpa, s alia mixta resoluūtur in ip̄a. tñ nō sūt elemēta simplicit̄. q2 resoluunt̄ in materiā ⁊ formā ex quib⁹ ꝯstituunt̄. ⁊ h̄ modo captū diffinit̄ a pħo. Tercio celi elementū est in q̄d oīa corpa resoluunt̄ intus existens potentia vel actu. ⁊ sic capit̄ in ꝓposito. Et q2 h̄ic ꝯsiderant̄ elementa vt sunt ad inuicē ⁊ nō sunt transmutabilia nisi p quattuor qualitates primas. ideo ꝯueniēs est ex cōbinatione qualitatum assignare numerum elementorum.

Hijs visis ponit̄ ꝯclusio respōsiua

tñ sunt quattuor elementa nec plura nec pauciora capiendo tercio mō elementū. Patet. q2 q̄litates p̄me sūt p̄ncipia formalia elementoꝝ. istaꝝ aūt q̄litatū primarū sex sūt cōbinatōnes. Una calidi cū frigido. ⁊ alia calidi cū sicco. alia calidi cū humido. ⁊ alia frigidi cū humido ⁊ humidi cū sicco. s harum due sunt inutiles s. p̄ma ⁊ vltima. q2 vnum contrarioꝝ nō est natū cōiungi ⁊ cōbinari cū alio. g̃ tñ sunt q̄ttuor cōbinatōnes vtiles q̄litatū primarū. Et cū ille q̄litates cōstituāt elementa in esse phisico ⁊ transmutabili. sequit̄ ꝙ tñ erūt quattuor elemēta. Et h̄ est ꝯueniens hijs q̄ sensui appent. videm⁹ eñ ꝙ ignis est calidus ⁊ siccus. aqua frigida ⁊ humida. aer humid⁹ ⁊ calidus. terra frigida ⁊ sicca.

Itē ad hoc adducit pħs testimoniū antiquoꝝ. nā null⁹ eoꝝ qui posuit elemēta eē corpora simplicia ⁊ principia excessit numerū q̄ternariū ⁊ quilibet posuit q̄ttuor elemēta vt declarat̄ in textu. Itē quodlibet elementū determinat sibi vnā qualitatē in supmo. ⁊ cū sint tñ quattuor q̄litates. sequit̄ ꝙ erūt tñ q̄tuor elementa. nā ignis est maxime calidus aer vō humid⁹. aqua vō frigida. ⁊ terra sicca

Dubitat̄ primo.

ex quo quodlibet elementū determinat sibi vnā qualitatem in supmo. quare nō sufficit vna q̄litas ad cōstitutionē elemēti. Potest dici ꝙ elementa sunt corpa trāsmutabilia adinuicē. ideo op3tet quodlibet elementū esse actiuū ⁊ passiuū ⁊ ita in⁹ quolibet elemēto est vna qualitas p quā est actiuū. ⁊ alia p quā est passiuū.

Dubitat̄ secūdo de loco ip̄oꝝ

elementoꝝ. Ad dubiū p3 solutio ex libro de celo ⁊ mundo. q2 ignis est simpliciter sursū ⁊ terra simpliciter deorsum. ⁊ aer est sursum s̄m quid. ⁊ aqua deorsū s̄m q̄d. Uñ ꝙ ignis sit sursū simpliciter sic potest ostendi, supponendo ꝙ mixtū mouet̄ s̄m naturā elemēti p̄dominātis in eo. ⁊ ꝙ quodlibet elemētū est ī suo loco naturali: ⁊ ꝙ nullus motus naturalis est ad infinitū. sed sp ad certū terminum.

Tunc arguit̄. videm⁹ in sensibili ignē ⁊ flāma in qua dn̄at̄ ignis ascendere p aerem. ⁊ q2 nō mouet̄ s̄m naturā terre vl̄ aque. q2 tūc deberet descēdere deorsū. neq3 s̄m naturā aeris. q2 tūc deberet quiescere in loco aeris. ergo mouet̄ s̄m naturā sui ⁊ cū nullus motus sit in infinitū sequit̄ ꝙ tendit ad aliquē certū locū. ⁊ existentem supra aerem

Dubitat̄ tercio. An ignis ⁊ aq̄

magis cōtrariēt̄ ꝙ ignis ⁊ terra. R̄ndet̄ ꝙ si ꝯsiderent̄ ista elementa s. inq̄tū sunt grauia ⁊ leuia ⁊ ad vbi mobilia sic magis ꝯtrariant̄ ignis ⁊ terra ꝙ ignis ⁊ aqua. ⁊ ideo pl⁹ distant ignis ⁊ terra ꝙ ignis ⁊ aqua. s si cōsiderent̄ vt sunt transmutabilia ad formā s̄m quā ꝯsiderant̄ in hoc libro. h̄ modo plus contrariant̄ ignis ⁊ aqua ꝙ ignis ⁊ terra.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā potest dici ꝙ illa diffinitio ꝯuenit q̄ttuor elementis p respectu materie prime q2 materia nō est alicui⁹ speciei. Ad secundā dicit̄ ꝙ due cōbinatōnes quattuor qualitatū primaꝝ sunt inutiles ad ꝯstitutionē elementorum. Ad terciā dicit̄ ꝙ non sunt nisi quattuor motus simplices distincti s̄m speciem specialissimā ꝯuenientes corpib⁹ corruptibilibus. Ultra dicit̄ ꝙ celū nō intrat in cōstitutionē substantialē gn̄abiliū ⁊ corruptibilium s̄m suā substantiā sicut faciūt elementa sed solū s̄m suā virtutē. ⁊ ideo nō vocat̄ elementū. Ad aliā dicit̄ ꝙ sicut ex certo numero elemētoꝝ ⁊ determinato p̄nt fieri distincte diuisiones. ita ex certo numero elementoꝝ



& pauco possunt fieri plura & infinita mixta saltim distincta sm gradus mixti &c. Se quitur in textu.

Querit quarto utrum cuilibet elementorum pueniat primo una qualitatū primarū. vbi gratia an terra sit primo sicca & aq frigida & aer primo humidus & ignis pmo calidus. Arguit φ nō de terra & aqua. nā quod magis distat a fonte caloris est maxie frigidū. s terra maxie distat a fonte caloris. g ipa est maxime frigida & nō aqua. Et cōfirmat. qz effectus frigiditatis qui sunt esse graue & densū & cōpactū magis cōueniunt terre φ aque. Secūdo sic de aqua. illud maxie puenit alicui qd ab eo magis de difficili pmouet. s humiditas magis de difficili remouet ab aqua φ frigiditas: qz frigiditate remota adhuc remanet humida ergo &c. Tercio sic de aere humidi ē hūectare. g maxie hūidi ē maxie humectare. s eq mag hūectat φ aer. g aer nō est pmo humidus s aqua. Quarto sic de igne. caliditas exurit & desiccat. ergo maxima caliditas maxime desiccat & exurit. ergo si ignis sit maxime calidus erit maxime siccus. & p ɔsequēs nec ambe qualitates cōuenirent sibi in supremo vel neutra. In oppositū est philosophus in textu.

Sciendū est pmo φ ppter primū argumentū factū ante oppositū. Albert9 dicit terrā primo esse frigidā. & dicit φ li pmo nō denotat ordinē elementorū s qlitatum vni elemento cōuenientiū. ita φ nō est intētio phi dicere φ aqua est pmo frigida. i. frigidior ceteris elementis. s est sensus φ aqua ē primo frigida. i. cū sit humida & frigida p prius sibi conuenit frigiditas φ humiditas. Et ita vult Albert9 & plures alij φ terra sit magis frigida φ aqua. Et φuis h positio sit pbabilis tñ arguit cōtra eā sm Egidium de roma. Primo sic sm Aristotelē qttuor qualitates pme ɔstituunt numerū quaternariū elementorū qd non esset nisi quodlibet istorū elementorū haberet vnā primo. sed qd tale est: est maxie tale. Secūdo methaphisice. sic ignis q est pmo calidus est maxime calidus. g aqua que est frigida primo erit oibus alijs frigidior.

Secūdo sic. nisi cuilibet elemēto cōueniret primo & maxie vna istarū qualitatū pmarū & oibus alijs p ipsaz nō posset saluari cōpleta mixtio imo posset fieri mixtio absq eo φ cōcurrerent quattuor elementa. Patet ɔsequentia qz mixtū dicit pticipare naturā cuiuslibet elementi sp sm vnā qualitatē. sicut pticipat naturā ignis qui est calidior ceteris. Tercio sic. si li pmo diceret ordinē qualitatū vni elemēto cōuenientiū sequeret φ vna & eadē qualitas posset pluribus elementis inesse. pz qz si aer esset primo humidus nō respectu aliorum elementorū sed respectu sui caloris nō esset conueniens φ aliquod aliud elementū esset pmo humidū respectu alteri9 qlitatis sequeret g. φ nō posset assignari numerus elemētorū sm numerū qttuor qualitatū primarū imo possent esse plura φ qlitates prime cum vna qualitas pluribus elementis posset conuenire. oportet ergo dicere φ li primo dicit excessum aliorū elementorū. & ita aqua est pmo frigida & maxime φ alia elementa. & terra pmo sicca. vt dicit phs in textu. Sed ad soluendū primū argumentū ante oppositum.

Sciendū est secundo cum Egidio φ duplex ē calor quidā est celestis alius est elementaris. calor elementaris desiccat exurit & cōburit. s celestis viuificat nutrit generat & augmentat. Non est tñ intelligendū φ sint duo calores distincti sm rez. s calor in φtū est caliditas ignis in virtute proprie habet incinerare & consumere. sed idem calor put est instrumentū vniuersalis agentis scz celi & etiā agentis particularis mixti generare habet & confouere nutrire & augere. Et similiter distingueret de frigiditate Dicit ergo φ aqua frigiditate elementari est frigidior terra considerando frigiditatem sm φ est qualitas ppria elementi consequens naturā aq ppriam. sed terra est frigidior aqua frigiditate celesti. quia plus distat a fonte caloris scilicet a celo.

Cōclusio respōsiua cuilibet elemento cōuenit pmo & maxie aliq qlitatū primarum. ita φ ignis est pmo calidus. aer primo hūidus. terra pmo sicca. aq pmo frigida

Patz g φ ignis sit pmo calidus. qz caliditas est nobilissima qlitatū qz ē maxie actiua & viuificatiua. g debet nobiliori elemēto. tale aūt est ignis. qd signū est qz situat iuxta corpus celeste. Itē ignis est ppinquissim9 fonti caloris. g est calidissim9: & p ɔns pmo calidus. qz qd est maxime tale: ē pmo tale Ex quo sequit φ aer est primo humidus. ptz. qz

aer est calidus et humidus. et nō ē prīo calid⁹ q: cōpetit igni. s₃ est prīo humidus. Ex quo sequit̄ vltra q̄ aqua est primo frigida. p₃ q: aqua est frigida et hūida. et nō est p̄io hūida. ergo est primo frigida. Ex quo seq̄tur q̄ terra est primo sicca. p₃ terra est frigida et sicca s₃ non est primo frigida quia hoc cōuenit aq̄. ergo est p̄io sicca. et sic p₃ cōstructio declarata

Dubitatur primo. an quodlib₃ elemētu₃ habeat duas qualitates in supmo.

Argui͂t q̄ sic. simplici debet̄ simplex qlitas modo si vnū haberet vnā qualitatē remissam talis nō esset simplex s₃ p̄mixta. Rn̄detur q̄ q̄libet elemētū hab₃ vnā qualitatē in supremo et alia sibi debet̄ i remisso vt sc₃ sit disposi tio ad illā qualitatē. Notādū tn̄ ē q̄ aliter conuenit igni q̄ sit calidus et alēt corpi mixto. nā mixtū dr̄ ēe calidū p̄ mixtionē ignis et ē humidus p̄ p̄ticipatiōē eius primi humidi q̄d est aer. et ita elemētu₃ nō h₃ calorē simplicē s₃ p̄mixtū cu₃ suo cōtrario. sed aer nō est sic calidus q̄ ibi sit p̄mixtio frigidi. q: nō h₃ calorē ab alio s₃ a p̄pria natura. a qua h₃ talē calorē rēparū i ordine ad talē qualitatē q̄ sibi cōuenit in supmo. q: hūiditas et caliditas nō p̄nt sil' esse͂t et ita caliditas aeris ē dispositō quasi ad hūiditatē ei⁹. et ita p̄portionalr̄ dicetur de alijs.

Dubitatur secundo vtru₃ calor

ignis et aeris sint eiusdē spēi et similr̄ quereret̄ de alijs. Vr̄ q̄ nō. vnius forme scd̄m spēz est vna op̄atio. sed humiditas aeris nutrit. et hūiditas aque corrūpit eā. simil' ē calor ignis vrit et incinerat. calor aūt aeris fouet et vegetat. ergo differūt spē. In oppositū argui͂t q: si differrēt spē sequeret̄ q̄ essent plꝛes qualitates prime q̄ quattuor. Rn̄detur breuiter q̄ sunt eiusdē spēi spēalissime. et similiter de humiditate et siccitate alioꝝ elemētoꝝ. Ad rationes dubij dicit̄ q̄ qualitates prime sunt instrumēta formalia ipsoꝝ elemētoꝝ. ideo nihil prohibet in igne calorē p̄ q̄to est instrumentū forme ignis habere aliam op̄ationem q̄ habeat calor aeris pro q̄to agit in virtute forme aeris. q: forma substantialis aeris differt spē a forma ignis. et ita de alijs q̄litatib⁹

Ad rationes ante oppositum

Ad primā p₃ solutio ex dictis. et ad eius confirmationē dicit̄ q̄ in aqua calefacta bene remanet humiditas. q: ignis p̄ncipaliter agit in aquā rōne caloris q: est magis actiu⁹ quā siccitas ei⁹. ideo quādo ignis corrūpit aquā prius tollit eius frigiditatē quā humiditatē. sed si aqua ab aliquo corpore corrūperet̄ sicco puta a vento prius corrūperet̄ per remotionē humiditatis. Dicit̄ vlterius q̄ frigiditas est qualitas magis actiua q̄ humiditas. ideo frigiditas est minoris resistētie. ideo nō seq̄tur. q: frigiditas primo remoueat̄ ab aqua q̄ aqua non sit primo frigida. Nec pōt aquā totaliter deperdere frigiditatē. q: nō pōt esse in supremo calida cum hoc solū igni debeatur.

Ad aliā dicitur q̄ aqua est magis cōpacta quare magis constringit poros q̄ aer. ideo magis humectat. Dicitur vltra q̄ p̄priu₃ est humidi fluere et faciliter diuisibile esse et male terminabile termino p̄prio et bene termino alieno. q̄ omnia magis cōpetunt aeri q̄ aq̄.

Ad tertiā dicitur q̄ nulla forma agit in subiectū propriuin inquātum huiusmodi. Dicitur vltra q̄ caliditas est instrumētum forme ignis. iō agit scd̄m q̄ agit forma et nō ignis: ideo nō oportet q̄ sicut ignis est maxime calidus q̄ sit maxime siccus. ratio eñ ex imaginatione procedit. imaginat̄ eñ q̄ vna qualitas est causa efficiens alterius q̄d non potest dici cum quattuor qualitates elemētoꝝ sint prime. ideo vna nō dependet ab alia effectiue Sequit̄ i textu. Quoniā aūt determiatū ē etc̄.

Queritur quito vtrum ex quolibet elemēto immediate generari possit quodlibet elementū.

Arguitur q̄ non. q: impossibile est aliquod totū elementū corrūpi. ergo impossibile est ex quolibet elemento fieri q̄dlibet. Secūdo sic ignis existens in concauo lune non pōt immediate conuerti in aquā vl' terram. q: oportet q̄ prius conuertatur in aerē aut saltē q̄ trāseat p̄ aerē eo q̄ de ratione eorū que transmutant̄ est q̄ ad inuicē se tangātur. Tertio sic ex igne nō pōt generari aer. q̄d p₃ q: oporteret ignē remitti in calore q̄d videt̄ īpossibile. Quarto sic ex terra nō pōt generari ignis igit̄. q: si sic oporteret formā ignis esse in densiori materia multo quā sit aer vel formā terre poss₃ manere in materia rariori multo q̄ sit aqua vel aer. vtrūq₃ autē videt̄ īpossibile. In oppositū ē p̄hs i tex.

Pro respōsione sciendū est primo q̄ postq̄ p̄hs inuestigauit numerum elementorum ex numero qualitatum primarum

⁊ oſtendit qualiter elementa ordinantur ad inuicē ſm ſitū ⁊ locū ⁊ qualiter ſe habeāt ad qualitates pmas ꝯſequēter phs agit de trāſmutatōne elemētoꝝ adinuicē. Circa quod tria oñdit. Primo qualiter ex quolibet elemēto poſſit generari qḋlibet. Secūdo declarat in quibus eſt facilioꝛ trāſitus. Tercio ex quibus elemētis pōt fieri vnū terciū ⁊ ex quibus nō. ⁊ de hijs tribus videbit in pñti queſtiōe.

Pro declaratōne primi ſupponit. ꝙ phus hic agit de elemētis cōſideratis ſm ſuū naturale ſcꝫ ꝓut ſunt cōſiderata ꝑ qualitates primas. ſm qḋ inter ea ſumit ordo ſm ordineꝫ qualitatū primarū. ⁊ ita in titulo queſtionis. li imediate debet capi vt mediū negat qualitatū ſiue formarū ſubſtantialiū alioꝝ. nō aūt vt negat mediū locū. ita ꝙ ſi ex terra fiat ignis nō oportet ꝙ prius couertat in aquam ⁊ deinde in aerē ⁊ poſtmodū in ignē. ſ3 imediate ex terrā poteſt fieri. Quis qñ ex terra fit ātequā fumus eleuatus ex terra in ignē cōuertatur bene poſſit tranſire ꝑ loca intermedia.

Supponit ſecūdo ꝙ quodlibet elemētū cuilibet elemento eſt contrariū. ptꝫ qꝛ ſunt qualitates pme cōuenientes cuilibet elemento qꝛ vna eſt vnius cōtrarietatis ⁊ alia eſt alteri⁹ ḡ ſuppoſitio vera. Suppōit tercio. vnuꝫ elemētū nō pt totū corrūpi in aliud. qꝛ fieret diſordinatio in vniuerſo. ⁊ ita cū dicit quodlibet elementū poſſe tranſmutari in quolibet nō oꝫ li qḋlibet capi collectiue ⁊ ꝓprie vt ſit ſenſus quodlibet elementū poſſe tranſmutari in aliud. ſ3 debet capi diſtributiue ꝓut ſcꝫ diſtribuit ꝓ ſingulis ꝑtib⁹ cuiuſlibet elementi. elementa aūt nō ſūt trāſmutabilia ad inuicē niſi ſm ptes. qꝛ vnū totū nō pōt in reliquū totū tranſmutari. Ex hoc ptꝫ ſolutio pme rationis ante oppoſitū.

Concluſio pma. ex quolibet elemento pōt generari imediate quodlibet elementū. Patꝫ qꝛ quodlibet cōicat in materia cū quolibet ⁊ habet cōtrarietatē ad ipm in vna q̄litate vel duabus. ḡ quodlibet elemētū imediate eſt trāſmutabile in quodlibet. et ſic ptꝫ pmū punctū declaratū. Pro ſecundo puncto ad videndū in quibus eſt facilioꝛ ⁊ in qb⁹ difficilioꝛ tranſmutatio.

Sciendū eſt ſecūdo ꝙ elementa dicunt ſimboliſare que in vna qualitate cōueniunt ſm ſpeciē ⁊ contrariant in alia. Unde dicitur ſimbolū a ſin quod eſt con vel ſimul ⁊ bole quod eſt ſimilitudo vl cōuenientia. Et iſta elementa ſimboliſantia ſunt que cōueniunt in vna qualitate. ⁊ hoc modo ſimboliſant quecūꝙ elementa que ſunt imediate in loco ſituata vt ignis ⁊ aer coueniunt in calido. ⁊ aer ⁊ aqua in humido. aqua ⁊ terra in frigido. ⁊ terra redeundo circulariter ad ignē cōmunicat in ſicco cū igne. Sed quecūꝙ duo elementa que nō ſe habent imediate non ſimboliſant vt ignis ⁊ aqua cōtrariātur in duabus qualitatibus: ⁊ aer ⁊ terra. Supponit ergo ꝙ facilitas tranſitus attendit penes hoc ꝙ eſt pauciora ꝑ ſe ⁊ a ſuis cōtrariis corrumpi quia vbi pauciora corrumpunt eſt minoꝛ reſiſtentia ⁊ ꝑ cōſequens maioꝛ actio ⁊ facilioꝛ tranſitus.

Hijs ſuppoſitis ponit cōcluſio ſecunda ad ſecundū punctū. In elemētis habentibus ſimbolū eſt facilioꝛ tranſitus vni⁹ ad alterū quā in non habentib⁹. Ptꝫ qꝛ facilius eſt tranſire vnum ꝙ multa. ſed habētia ſimbolū tranſmutant adinuicē vna ſola qualitate corrupta. ſed non habentia ſimbolum nō tranſmutant adinuicē niſi plures qualitates tranſmutent. ergo cōcluſio vera. Et ſi obijciat quia ex hoc videt ſequi ꝙ qualitas ſimbola manet eadē in genito que prius fuit in corrupto. Reſpondet ꝙ facilitas tranſitus nō attendit in ꝓpoſito penes hoc qḋ eſt pauciora accidentia ꝑ ſe corrūpi a ſuis cōtrarijs. modo qualitas ſimbola bene corrumpitur ex cōſequenti ad ſui ſubiecti corruptionē ⁊ nō manet eadem ſm numerum in genito ⁊ corrupto licet bene ſm ſpeciem. non tamen corrumpitur a ſuo primo ⁊ ꝑ ſe. ꝑ ſm eā non fit reſiſtentia patientis ad agens. imo ſm eā patiens conuenit cum agente. ⁊ ita iuuat actionem agentis. Et ꝑ hoc ptꝫ ſolutio alterius obiectionis que ſolet fieri ꝯtra concluſioneꝫ ꝙ eſſet ita facilis tranſitus in nō habentibus ſimbolū ſicut ſunt duo reſiſtentia ex parte patientis ita ſunt duo agentia ⁊ in habentibus eſt vnū agens ⁊ vnū reſiſtens ⁊ ita eſt ꝓportio vnius ad vnum. ⁊ duorum ad duo. dictū eſt ēī ꝙ qualitas ſimbola que eſt in patiente ꝑ quam patiens cōuenit cū agente iuuat actionem agentis ⁊ facit tranſitū faciliorem ita ꝙ minoꝛ eſt reſiſtentia in ſimboliſantibus ꝙ in non ſimboliſantibus. ⁊ ita ptꝫ ſecundū

punctum determinatum.

Pro tercio sciendū est tercio. ꝙ dupliciter potest intelligi ex duobus elementis generari vnū terciū. vel potest intelligi ꝙ in virtute ꝓpria scʒ ꝑ actionē duoꝝ elementoꝝ adinuicē generet terciū. vel potest intelligi ꝙ virtute alicuiꝰ tercij ex illis duobus trāsmutatis generet tercium.

Et ſm hoc sit cōclusio tercia ex quibuscūqꝫ elementis habentibus simbolū virtute ꝓpria potest generari tercium distinctū ab vtroqꝫ. Patet. nam ex igne ꝛ aqua corrupta siccitate ignis caliditate eius remanente ꝛ corrupta frigiditate aque ꝛ remanēte eiꝰ humiditate fit aer. vel corrupta caliditate ignis ꝛ remanente siccitate ꝛ corrupta humiditate aque remanente eius frigiditate fit terra ꝛ similiter ex aere ꝛ terra posset fieri ꝛ aqua ꝛ ignis. Et aūt ex aere ꝛ terra fiat ignis adducit phs exemplū simile. quia flāma nil aliud est ꝙ̄ fumus ardens. fumus aūt generat ex terra ꝛ aere eo ꝙ fumus naturam terre et aeris participat.

Cōclusio respōsiua. ex duobus elementis habentibus simbolū virtute propria non potest generari tercium elementum distinctum ab vtroqꝫ. Patʒ quia cum vnum ageret in reliquū vel maneret sola qualitas simbola ꝛ alie due corrūperentur. vel corrumperetur simbola ꝛ alie due manerent. sed neutro modo potest constitui elementū. quia nec vna qualitas sola neqꝫ due contrarie possūt constituere elementum.

Alia cōclusio ex quibuscūqꝫ duobus elementis siue habentibus simbolum siue non virtute alicuius tercij transmutantis ipsa potest fieri vnum elementum distinctū ab vtroqꝫ. Patet q2 ignis vel sol ex aqua vel terra que simbolisant corrumpendo ambas qualitates aque ꝛ terre potest generare ignem. ꝛ similiter sol vel ignē ex aere ꝛ terra que non simbolisant corrūpendo humiditatem aeris ꝛ frigiditatē terre potest generari ignis ꝛ similiter deducetur.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam patet solutio ex dictis. quia dictum est quomodo debet capi immediate.

Ad alias dicitur. ꝙ cū ex igne efficitur aer qualitas ignis remittitur ex consequenti. q2 aer agit in ignē per suam humiditatem corrumpendo siccitatem ignis. ideo ex cōsequenti remittit caliditatem. Ultra dicit ꝙ ignis est minoris resistentie. ꝛ ita cito corrumpitur ꝛ propter velocitatem eius corruptionis non percipitur eius remissio sensibiliter. licet in rei veritate remittatur. Ad aliam dicitur ꝙ ꝓpter imperfectionem formarum elementoꝝ ꝙ terra in via corruptionis existēte forma terre potest manere in rariori materia ꝙ̄ sit aqua sicut patet de exalatione in qua dominatur siccum terrestre quod rarius est aqua. ꝛ similiter forma ignis in principio generatōnis potest esse in materia densiori ꝙ̄ sit aer et cetera. Sequitur in textu. Sed tamen adhuc respicienus de eius.

Querit sexto. vtrum in genere corporum quatuor elementa sint prima.

Arguitur ꝙ non. quia celum est corpus et tamen est prius ipsis elementis. ergo ꝛcetera.

Secūdo sic. quia qđ per superabundantiā dicitur vni soli conuenit sed primum dicitur per superabundantiam. ergo non est nisi vnū primum corpus. Tercio sic vnum elementum fit ex alio ergo vnum est prius altero. tenet consequentia quia illud ex quo fit aliquid est prius eo quod fit ex eo. Quarto sic. quodlibet elementum habet vnam qualitatem in remisso. ergo participat eam ab elemento cui primo conuenit. ꝛ ꝑ cōsequens participat naturā illius elementi. sed participatiuum ē prius ꝑcipāte. igit ꝛc. In oppositum est philosophus in textu.

Sciendum est primo. ꝙ postꝙ̄ philosophus probauit elementa esse transmutabilia adinuicem. consequenter probat quattuor elementa esse prima corpora in genere corporum generabilium et corruptibilium.

Sciedū est secūdo. ꝙ vt sepe dictum est prius quidam antiquorum posuerūt vnum elementum esse principium aliorum. Alij vero posuerunt plura elementa esse principia. vel duo vel tria vel quattuor. Alij aūt non posuerunt aliquod elementum esse principium sed posuerunt aliquod medium inter elementa esse principium elementorum ꝛ aliorum corporum. Et omnes isti ponebant principium materiale esse principium omnium rerum et actu ens. Sic ergo patet ꝙ

ƀm eos non quodlibet elementū est principium in genere corporum.

Sit igit̄ cōclusio p̄ma nullū elementum est prius alijs imo omnia elementa sunt equaliter prima. Patet, quia si aliqđ elementum esset prius alijs ⁊ principium aliorum cum principium primum oporteat manere ƀm substantiam in generatione. ⁊ tale principium sit actu ens ƀm antiquos. sequitur ꝙ generatio est nisi alteratio. Secundo si ita esset sequeretur ꝙ duo contraria simul essent in eodem. Patet quia ex tali elemento fieret aliud. Et cum omnis transmutatio fiat ratione alicuius contrarietatis, oporteret ipsum cōtrariari alteri. Et tamen maneret in eo. quia fit ex eo. igitur in elemento facto essent due qualitates contrarie scilicet qualitas illius principij ex quo fieret et qualitas facti. Sed diceret aliquis ꝙ qualitas elementi quod esset principium maneret prius in ipso elemento qđ fit ex ipso. Contra hoc obijcit Philosophus ꝙ cū tale elementū esset transmutabile sequeretur ꝙ non esset transmutabile vt dictum est in primo libro. Item omnia elementa sunt adinuicem transmutabilia cum sint contraria. ergo vnum non est prius altero. Sed diceret aliquis ꝙ extrema elementa non transmutantur adinuicem sed solum proxima. Contra hoc arguit philosophus quia aer transmutatur in ignem. ergo contrariatur illi. similiter transmutatur in aquam ergo contrariatur aque. et quia ƀm eandem qualitatem non potest cōtrariari aque et igni. quia idem ƀm idem non potest pluribus contrariari. sequitur ꝙ ignis contrariatur aque ⁊ per consequens erit transmutabilis in aquam. Et similiter posset ostendi ꝙ aqua ⁊ ignis transmutantur in aquam ⁊ aerem. sed etiam transmutantur in ignem. ⁊ ita omnia elementa sunt transmutabilia adinuicem. ⁊ per conseq̄ns vnum non est prius altero. Sed diceret aliquis ꝙ sunt infinita elementa ƀm rectum ⁊ ita extrema non possunt adinuicem transmutari. Contra hoc arguit Philosophus nam due sunt contrarietates qualitatum primarum continentes solum quattuor qualitates que non possunt constituere nisi quattuor elementa ⁊ ita si poneretur quintum elementum distinctum ab alijs oporteret ponere nouam qualitatem. tandem oporteret ipsum contrariari alijs elementis. ⁊ per consequens oporteret qualitates esse contrarias in eodem elemento quod est impossibile.

Cōclusio secūda: non est ponēdum aliquod materiale principium quod sit de se actu ens ⁊ corpus prius ipsis elementis. Patet: quia tunc generatio elementorum ex illo materiali principio non esset nisi alteratio.

Ex istis duabus cōclusionib⁹ sequitur conclusio responsiua ꝙ quattuor elementa in genere transmutabilium sunt prima. Patet quia nullum elementum est prius alio vt dicit prima conclusio. neq̄ reducuntur ipsa elementa in aliquod corpus commune quod sit prius ipsis quod sit principium ipsorum. vt dicit secunda conclusio. ergo sunt prima. Et ista non resoluuntur in corpora priora ipsis. sed bene resoluuntur in materiam primam que est pura potentia et in formam simplicem actu ⁊ virtute. Et ista elementa nō sunt simpliciter prima sed solum in genere corruptibilium et transmutabilium. ergo ⁊c̄.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam dicitur ꝙ elementa sunt prima in genere corporum corruptibilium. et per hoc non excluditur quin celum sit primum corpus. Ad secundam dicitur. ꝙ quodlibet elementum est primum corpus exponendo li non negatiue. Ad terciam dicitur. ꝙ solum probat ꝙ materia prima ex qua fit generatio est prior ipsis elementis. materia autem non est corpus. Ad quartam dicitur. ꝙ elementum habens vnam qualitatem in remisso non participat eam ab alio vt contingit in mixto. vt dictum est. licet eam in ordine ad aliam qualitatem que primo competit elemento in q̄ est. Sequitur in textu. De elementis autem.

Querit̄ septimo vtrum ad generationem cuiuslibet mixti existentis circa medium concurrant quattuor elementa.

Arguitur ꝙ non. quia multa animalia generantur in centro terre et etiam infra aquam

ad que non videtur cōcurrere ignis τ aer cū non possint esse in aqua nec in terra naturaliter. Secundo sic omnia metalla sunt q̄dam mixta sicut aurum τ argentū. τ tamen ad eorum generationem sufficit aqua. vt videtur cum resoluantur in solam aquam per liquefactionem. In oppositum est p̄hus in vltimo capitulo huius primi tractatus secundi libri de generatiōe in quo postq̄ determinauit de generatione elementorum. consequenter determinat de generatōne elemētorum q̄ generantur τ corrūpunt per naturā elementorū.

Pro quo sciendū est primo q̄ ponētes elemēta intransmutabilia adinuicē sicut Empedocles non possunt saluare generationem mixtorū ex ipsis. q: si nō transmutarentur elementa adinuicem τ alterarent᷑ manerent in mixto separata τ diuisa abinuicem. τ ita mixtio solum fieret per iuxta positionem elementorum. τ ita quelibet pars mixti non esset mixta. sed facerent solum vnum sicut ex multis lapidibus fit vnus paries. Ex quo sequeretur q̄ non possent permanere. quia q̄dlibet elementum existeret extra suum locum proprium. τ ita cum nihil esset cōiungēs elementa in mixto statim compositum dissolueretur.

Sciēdum est secundo q̄ ponētes elementa transmutabilia adinuicē τ habere vnam materiam cōmunē possunt saluare generationem mixtorum ex elementis q̄uis quo ad hoc videatur esse difficultas. q: nō videtur qualiter ex elemētis contrarijs generet᷑ mixtum. cū contraria nō possunt simul esse nisi maneat sola materia vel alterum solum cōtrarium. Sed hanc difficultatem soluit p̄hus dicens q̄ contingit aliquod esse magis calidum τ minus. τ esse aliquid magis τ minus frigidum. τ ita dicatur de alijs. ergo eadē est potētia contrariorum. ita q̄d illud q̄d est actu calidum est potētia frigidum τ econtra. Ex quo sequitur q̄ elementa possunt transmutari de exellentijs suarū qualitatū ad vnū medium quod participat naturas ipsorum elemētorū. ita q̄ non solum maneat materia ipsorum elemētorū. sed etiā in quodā medio manent virtutes elementorum τ forme eorum in forma mixti virtualiter. τ ita ad hoc q̄ ex elementis fiat mixtum sufficit q̄ elementa sint taliter disposita ex toto alterum corrumpere nec ambo tertium.

Sciendum est tertio q̄ non est intelligendum q̄ qualitates elementorum reducuntur ad vnum medium indiuisibile. ita q̄ vna qualitas nō excedat alterā neq̄ ecōtra. Hoc enim non est possibile per naturam. sed reducuntur elemēta mixta ad vnū medium in ordine ad formam mixti ad quam sunt dispositiōnes. que quidem forma scd̄m suam naturam requirit excessum vnius qualitatis ad aliam in certo gradu. τ ita scd̄m diuersitatem formarum substantialium tam in specie q̄ in indiuiduo sunt diuerse dispositiones elemētorum adinuicem in mixto.

Omnibus itaq̄ premissis sit cōclusio responsiua ad questitum. Ad generatiōnem cuiuslibet mixti existentis circa medium locum cōcurrunt quattuor elementa. τ per mixtum existens circa medium locum intelligitur mixtum perfectum. ad differentiam istorum imperfectorum que sursum apparēt. ad quorum generationem non concurrunt elemēta de quibus agitur in libro methaurorum. Probatur conclusio. primo q̄ concurrat terra. q: omne locatum naturaliter in aliquo naturaliter participat naturam illius loci sed omnia mixta pfecta sunt in terra vel saltem circa terram. ergo. Deinde arguitur de aqua. q: oportet mixtū habere partes mixtas vnitas adiuicem. alias non posset consistere. cū ergo terra esset sicca statim decideret in puluere nisi esset humidum detinens eam. τ cum aqua sit humida τ bene terminabilis termino alieno sequitur q̄ concurrit cum terra ad generationem. Nec sufficeret humidum aereum sine aqua ad continendum terrā pp̄ter subtilitatē corporis. Deinde probatur de aere τ igne. q: aer τ ignis contrariantur aque τ terre. generationes autem sunt ex contrarijs. cum ergo in generatōne mixti sint aqua τ terra necesse est ignem τ aerem concurrere. Item natura mixti cōsistit in quodā medio temperato qualitatum primarum. ergo ad generationē mixti non sufficiunt elementa frigida. que sunt aqua τ terra. sed requiruntur etiam elementa calida. que sunt aer τ ignis ad temperandum frigiditatem terre τ aque. Probat etiam philosophus per quoddam signum commune sumptum ex parte nutritionis. Et primo arguitur ex parte nutritionis τ nutriti sic. Omnia sunt τ fiunt ex eisdem ex quibus compo

nuntur ⁊ econtra. sed nos videmus elementata misceri non solum ex vno elemento simplici. sed ex mixtis ⁊ compositis ex omnibus elementis. ergo omnia elementa concurrunt ad generationē mixti. Minorem probat philosophus per locum a maiori. nā quecūq; videntur vno solo nutriri sicut plāte sola aqua adhuc nutriuntur pluribus, q2 ipsa aqua est terre mixta. ideo rustici volentes nutrire plātas adhibent quedam mixta ad nutrimentū earū. puta fimū vel aliqd hmōi. Et q2 ad nutritiōez nō solū reqrit materia. sed etiā rō nutriēdi q̄ est forma nutriti q̄ p calorē naturalē tanꝙ per instrumentuz alterat nutrimentum cōuertendo ipsum in substantiaz nutriti. Cum ergo ignis sit in supremo calidus ⁊ formalior ceteris elementis. q2 est collocatus in supficie concaua celi ⁊ in termino corporum corruptibilium. sequitur ꝙ ad nutritionem preter aquam. simul ter requirit ignis. quia per calorem fit nutritio. ⁊ cum calor aeris sit maxime proportionatus vite cum sit temperat9 ad nutritionez requiritur aer ad temperandū calorem ignis. Sic ergo patet ꝙ ad nutritionem requiruntur quattuor elemēta. ⁊ per cōsequens ad generationē mixtoꝝ existentium circa mediuz hoc est mixti perfecti concurrūt quattuor elementa.

Ad rationes ante oppositu3

Ad primā dicitur ꝙ ad generationē mixtorū in aqua ⁊ terra concurrunt alia elementa superiora per influentiā ⁊ virtutez celestez vsq; ad centrum terre pertingentes. Ad tertiā dicitur ꝙ in istis liquefactibilibus concurrunt quattuor elementa. sed bene veruz est ꝙ in illis dominatur aqua. ideo sunt liquefactibilia. Sequitur in textu. Quoniam autem.

Queritur octauo vtrum tm̄ sint

tria principia generatiōnis ⁊ corruptiōnis istorum inferiorum. scz materia forma ⁊ efficiēs

Arguitur ꝙ sint plura tribus. priuatio est pricipiū generatiōnis. vt patet ex primo phisicorum. philosophus etiam in principio philosophie pōit quattuor causas que sunt plura tribus. ergo ⁊c̄. tenet consequentia quia q̄libet causa est principium. Secundo sic ꝙ sint pauciora. nam ab esse ⁊ fieri rerum videtur sufficiens actus ⁊ potentia. ergo videtur ꝙ sufficiant materia ⁊ forma. In oppositu3 est philosophus in primo capitulo huius secundi tractatus.

Sciendu3 est primo postꝙ philosophus determinauit de generatione ⁊ corruptione elementorum ⁊ elementatorum. cōsequenter determinat de causis generationis ⁊ corruptionis in hoc vltimo tractatu.

Pro quo sciendu3 ē secundo ꝙ principia generatiōnis ⁊ corruptiōis vno modo sunt duo. Alio modo tria. Alio mō quattuor. Alio modo quinq;. Sunt enim duo si solum numerentur principia intrinseca. ⁊ per se que sunt materia ⁊ forma. Sunt autez plura principia si enumerentur soluz principia intrinseca tam per se ꝙ per accidens. sicut enumerantur in primo phisicorum. Sunt eñ tria si enumerantur ea que realiter concurrūt ad motū primo. ⁊ per se vt sunt materia forma ⁊ efficiens. finis eñ nō mouet nisi methaphorice. ⁊ postea mouet efficiens cum cōprehendendo sub efficiēte. ⁊ hoc modo enumerantur in hoc libro. Sunt autez quattuor si enumerentur principia intrinseca ⁊ extrinseca per se que sunt materia forma efficiēs ⁊ finis. ⁊ hoc modo enumerantur secundo phisicorum. Sed sunt quinq; si enumerent principia intrinseca tam per se ꝙ per accidens. ⁊ extrinseca tam proprie mouentia ꝙ methaphorice que sunt materia ⁊ forma priuatio efficiens ⁊ finis. ⁊ per hoc soluuntur argumenta ante oppositum.

Sciendum est tertio ꝙ quia de materia ⁊ d̄ forma determinatū ē in pricipio huius secūdi ⁊ etiā in primo. ideo in residuo huius operis principaliter est agendū de efficiēte. de quo recitat phus duas opiniones. Prima est platonis ponentis solū duo principia rerum. scz materiaz ⁊ ydeam separatam quā dicit esse sufficientez causaz generatōis scdm ꝙ a materia participatur. ⁊ corruptionis scdm ꝙ a materia abijcitur. ⁊ nō pōit aliam efficientē. Alia fuit opinio aliorum dicentium materiaz de se esse actu ens ⁊ esse per se sufficiens principium generationis ⁊ aliorum motuum. Et hij partim sunt. naz quidam vniuersaliter negauerunt causam efficientem taz vniuersalem ꝙ particularez. Alij vero negauerunt causam efficientem vniuersalem. sed posuerunt efficientia particularia cū materia existētia i actu sic sūt calidū frigidū rarū ⁊ dēsū.

Sit cõclusio respõsiua ad quesitum. Ad generatões ꝛ corruptões cuiuslibet rei corpalis cõcurrũt tria pricipia. scʒ materia forma ꝛ efficiẽs. Probat nã generabilia ꝛ corruptibilia imitantur scðm quandaʒ analogiã corpa icorruptibilia. ergo pricipia generabiliũ sunt in genere ꝛ numero eadẽ. ꝛ equalia principijs corporũ celestiũ. sed in celestibus est materia. q: in omni eo qð mouet necesse est esse materiã ꝛ formaʒ. q: materia nuda nõ põt esse subiectũ motus localis. vt probatur quinto phisicoꝝ ꝛ efficiẽs. q: omne qð mouetur ab alio mouetur. ergo multo magis hec principia cõcurrũt ad generationẽ generabiliu ꝛ corruptibiliũ. Secunda rõ quicqd potest esse. ꝛ non esse necessario habʒ materiam partem sui. sed generabilia possunt esse ꝛ nõ esse ergo habent materiã. Et q: forma est eius cuius est materia. sequit ꝙ generabilia habẽt formã. Et q: nihil qð est potẽtia facit seipm in actu. ideo requirit efficiens preter materiã ꝛ formã. ergo sunt tria principia rerum naturalium sub efficiente comprehendendo finem.

Cõclusio secunda contra platonẽ. Ad generatõnem nõ sufficiunt materia ꝛ ydea separata Probatur q: si sic sequeret ꝙ cõtinue ꝛ semꝑ essent generationes cuiuslibʒ rei Patet q: ydea semper eodeʒ modo se habet. ꝛ idõ semꝑ equaliter disponeret materiã. Nec requirit approximatio ydee ad materiã. q: ydee nusꝙ̃ sunt scðm platoneʒ. ergo semper potent esse generatio qð est contra ipm. Tertia ratio sicut est ĩ artificialibus: ita est in naturalibus. sed ĩ artificialibus preter materiam ꝛ formam requirit efficiens. vt preter sanitatem ꝛ corpus requirit medicus sanans vel medicina. ꝛ preter discipulum ꝛ sciẽtiam requiritur doctor: ꝛ ita est in alijs. ergo in naturalibus preter formam ꝛ materiaʒ requirit efficiens. Nec põt dici ꝙ ydee sint cause efficientes. q: forma ꝛ efficiens non coincidunt in numero. vt patet secũdo phisicoꝝ. cum ergo ydee sint forme ꝛ qdditates ꝛ spẽs ꝑticulariũ scðm Platonẽ. sequitur ꝙ non sunt cause efficientes. ꝛ ita inconueniens est ponere ydeas rerũ separabilium ab intellectu. ꝛ precipue ab intellectu diuino. Sed nõ est negandũ quin sint intelligẽdo. Deide arguit phs cõtra opinionẽ negantẽ cãm efficientẽ tã vniuersalem ꝙ particularẽ. Alterius potẽtie est agere. ꝛ alterius est pati. vt patet in omnibus q sunt ab arte. lignum eñ non facit lectuʒ ex se. ergo etiam in naturalibus preter materiã cuius est pati. necesse est ponere potẽtiã actiuaʒ que reducat materiã de potẽtia ad actũ. ergo preter materiã oportet ponere efficiens. Sed diceret aliquis ꝙ cũ isti antiqui posuerunt materiã esse actu ens nõ concederent ꝙ materie esset pati vel esset agere. Ad hoc respõdetur ꝙ quicũqʒ posuerũt materiaʒ esse nõ tamẽ posuerũt esse actu illud qð ex ea debet generari. sicut illi qui posuerũt aquaʒ esse principiũ aliorũ ꝛ actu nõ dicebant aquã esse actu piscem qui fit ex ea. cuʒ ergo nihil qð est in potẽtia inqꝫtuʒ hmõi agit. sequitur ꝙ si ex materia debʒ aliquid generari. oportet ꝙ sit aliquod agens educens ipam de potẽtia ad actũ. Et sic pꝫ respõsio ad quesitũ. Ratões ante oppositũ soluunt ex dictis. Sequit in textu. Quia non sunt qdam generabilia.

Queritur nono vtrum quattuor elementa ꝑ suas virtutes actiuas ꝛ passiuas sint agentia sufficientia ad generationẽ mixtorũ inferiorum. Arguitur ꝙ sic. ois generatio est ex cõtrarijs. sed virtutes actiue ꝛ passiue elementorũ sunt contrarie. ergo sufficiunt ad generationẽ. Et confirmatur q: ad generationeʒ sufficiũt agẽs ꝛ patiens. ẜ vnũ elemẽtũ actu agit ꝛ patitur ab alio ꝛ ecõuerso. igitur ꝛc. Secũdo sic. illa sunt principia agentia ꝛ patientia scðm quoꝝ ꝓportiones distinguũtur diuersa generata. sed mixta distinguũtur adinuicẽ scðm diuersas ꝓportiones calidi humidi frigidi ꝛ sicci. ergo hmõi virtutes actiue sunt pricipalia agẽtia in omni generatõne. Tertio sic si ꝑter hmõi virtutes requirit agens primũ vel illud esset substantia aliqua separata. sed hoc non. q: hec non trãsmutat materiam ad formã eo qð omne agẽs agit in sibi dissimile. vel esset celũ. sed hoc nõ q: nõ est primatum istis inferioribus. vel essent ipse virtutes celestes. sed hoc nõ. q: cum sint accidẽtia ꝛ sunt iferioris gradus substãtijs iferioribus. mõ nihil põt agere vltra modũ sue ꝑfectõis. ꝛ ideo q: nõ possunt attingere formas substantiales sequitur propositũ.

Quarto sic qð est actu tale põt alterum ꝑducere quale ipm est. ergo ignis actu põt generare ignem sine agente exteriori.

In oppositum est philosophus in textu.

Sciendum est primo q postq phs ostendit q ad generationẽ cuiuslibet rei naturalis tria concurrũt principia q̃ sunt materia fo.ma et efficiens. et iprobauit opiniões Platonis ponentis materiã et ydeã separatã sufficere ad gñationẽ. improbauit etiam insuper opinionem antiquorũ phorum naturalium dicentium materiam per se sufficere ad generationem sine quocũq agente. consequenter posuit opinionẽ quorũdam negantiũ cãm primam et vniuersalem que est ipsum celũ motum ab intelligẽtia concurrere ad generationẽ mixtorum et dicentiũ q hec inferiora p suas virtutes actiuas et passiuas sufficiunt ad generationem istorum inferiorum.

Contra quam opinionem sit cõclusio prima opinio negãtiũ vniuersalẽ causam efficientẽ siue vniuersalẽ siue particularẽ est falsa. qr alterius potẽtie est agere et alterius est pati. vt patet inductiue. in artificialibus cũ lignũ non facit lectũ sed patitur. nec lapides domum ergo similiter in natura preter materiã cuius est pati necesse ẽ ponere potẽtiam actiam. cuius est agere et reducere potẽtiam passiuam ad actum.

Conclusio responsiua elemẽta inferiora in suis motib' actiuis et passiuis nõ sufficiunt ad generationẽ horũ inferiorũ. sed cũ hoc requirit principale agẽs qd est celum motum ab intelligẽtia. Probat duab' rõnibus textus. Prima ratio est. qr si illud qd est maxime actiuum inter hec inferiora nõ sufficiat p se ad generationẽ alicuius rei. sequit q nec q̃cunq alia inferiora sufficiẽt ad gñationẽ. sed inter hec inferiora ignis est maxie actiuus. et tamẽ nõ agit nec mouet nisi motũ ab celo. ergo nec secũda agẽtia pñt nisi mota ab ipo celo. Mino' p3 nã ignis et alia inferiora habẽt formã substãnalẽ a celo et sunt in actu p celũ. vnũqdq aũt agit scdm qd in actu. et agit per illud qd h3 esse in actu. ergo minor ẽ vera. Secũda ratio sicut ẽ in artificialibus ita est in naturalibus sed in artificialibus nõ attribuit instrumentis agere tanq primis et principalioribus agẽtibus. imo est necesse q preter instrumenta sit aliud agens principale. sed ista inferiora magis dependẽt a celo q istrumẽtũ depẽdeat a pricipali agẽte. g pter hec iferiora agẽtia. o3 ponere agẽs vniuersale qd ẽ celũ. Minor p3. qr agẽtia naturalia pticularia hñt formã p quã sut in actu et esse suum a celo sicut enim si cessarent motus istorum inferiorum cessante primo motu et celi. ita etiam cessarent ... q p motũ cõseruant. et sic p ipossibile sbe corruptibiles nõ possent pmanere naturalit. S istrumẽta ab ipso artifice nõ hñt nisi formã accidẽtalẽ q si remoueret ab ipis adhuc remanerent in esse substãnali. g p3 q si ab ipis iferiorib' remoueret illd qd hñt a celo maneret solũ in ipsa potẽtia. et ita se haberẽt sine celo deteri' q instrumẽta sine arte a qua solum habent formã accidentalem. quare conclusio vera.

Ad rationes ante oppositum

Ad primũ dr q q̃uis virtutes inferiorũ istorũ agentiũ sint contrarie. non tamẽ sufficiũt agere sine virtute superioris agẽtis a quo habẽt esse. et ex hoc p3 solutio. Ad secũdam dicit q agẽs et patiẽs sufficiunt ad agendum presupposita actione superioris agentis. Ad aliam dicitur q actus particulares distinguũtur adinuicem scdm suas causas proximas et particulares per quas determinant actiones vniuersaliũ ad effectum particularẽ. nec propter hoc sequit q particularia agẽtia sint principaliora. qr q̃to aliquod agẽs est magis vniuersale est principalius. Ad aliã dicitur q intelligentia mediãte corpore moto ab ea ipsa põt transmutare materiam ad formam. et ita celum motũ ab intelligẽtia est principale agẽs in genere phisico et agit p suam virtutem que simul est cũ istis inferioribus. q̃ q̃uis sit accidẽtalis agit tamẽ in vtute celi moti ab intelligẽtia. et ita vt instrumẽtum celi potest attingere q̃cunq formam educẽdam de potẽtia materie siue sit substãtialis siue accidẽtalis. Ad aliã dicit q oẽ tale põt facere alterũ tale psupposita actione agẽtis vniuersalis et alias nõ etc. Sequitur in tex. Nobis autem et vniuersaliter prius dictũ est de cãis.

Queritur decio vtrũ motus solis sub obliquo circulo sit cã ppetuitatis gñationis et corruptiõis istorum iferiorũ. Arguit q nõ. qr oẽs mutatiões et mot' istorũ iferiorũ reducunt ad motum primi mobilis tanq ad causam primam in suo genere. sed motus solis fact' sub obliquo circulo nõ est prim' motus. ergo etc. Secũdo sic idẽ non est causa diuersorum et contrariorum. vt habetur in textu.

sed motus solis factus sub obliquo circulo ē regularis. ḡ ꝛ vniformis. ḡ nō ē causa gñationis ꝛ corruptōis q̄ ɔtrariant. Tercio sic. vni⁹ effectus vna est causa ſ ꝑpetuitatis generatōis ꝛ corruptōis materia ē causa. ḡ nō motus solis sub obliquo circulo. In oppositū est pħs in textu in tercio capitulo. huius tractatus.

Pro responsione sciendū est p̄mo ꝙ postq̄ pħs ōndit ꝙ p̄ter efficiētia particularia necesse ē ponere agēs vniuersale ꝑñter determinat de hmōi vniuersali agēte. ōndendo ꝙ oportet reducere ꝑpetuitatē gñationis ꝛ corruptōis ad motuz celi. q: illud qḋ qñq3 est ꝛ qñq3 nō est. reducit ad illud qḋ sp̄ est. oēs aūt motus istoꝝ inferioꝝ qñq3 sunt ꝛ qñq3 nō sunt. iō reducunt ad motū celi q̄ est ꝑpetuus ꝛ vnus. oīs eīn pl'alitas reducit ad aliquā vnitatē. ꝛ potentialitas ad necessitatē. nūc eīn supponit motū esse ꝑpetuū ꝛ regularem ex phisicis. ḡ ꝛc̄. Ex hoc infert ꝙ motus celi ē causa gñatōis ꝛ corruptōis in istis inferiorib⁹. q: rōnabili⁹ est ens esse causā nōentis ꝙ ecōtra. motus aūt celi h3 rōnē entis cū sit ꝑpetu⁹. gñatio aūt rōnem nōentis cū possit nō esse. ideo motus celi abducit nobis ꝛ adducit solē q̄ est pater vite. iō in istis inferiorib⁹ mot⁹ celi est cā gñatōis ꝛ corruptionis. S3 q: gñatio ꝛ corruptio ɔtrariant ꝛ cōtrarioꝝ cōtrarie sunt cause. iō vt videat quō motus celi qui est cā gñatōis possit etia3 esse causa corruptionis.

Sciendū est secūdo ꝙ duplex ē motus celi. vnus ē motus p̄mi mobilis cōtinuus ꝛ vniformis q̄ ē ab oriēte in occidentē. sup polos mūdi quē eq̄noctialis diuidit per duo equalia ꝛ iste mot⁹ est simplicissim⁹ ꝛ regularissim⁹ nullā diuersitatē neq3 in se neq3 i habitudine ad motū recipiēs. Ali⁹ est motus celi q̄ est ab occidēte in oriētē fact⁹ sub obliquo circulo sup polis zodiaci distantib⁹ a polis mūdi. xxiij gradib⁹ ꝛ. li. minut ꝛ hūc motū zodiacus diuidit i duo eq̄lia ꝛ ſm hūc motū mouet sol motu ꝓprio ꝛ facit vna3 reuolutionē in vno anno. Et q̄uis motus sol' sb̄ ḃ circulo sit ɔtinuus ꝑpetu⁹ ꝛ vniformis in se. tñ ſm habitudinē ad nos ꝛ habitatione3 nostrā h3 q̄ndā varietatē accessus ꝛ recessus nā ꝑ medietatē anni sc3 a p̄ncipio capricorni vsq3 ad cancrū accedit ad nos. ſ ꝑ aliā medietatē huic oppositam q̄ est a p̄ncipio cancri ad capricornū recedit. ꝛ ḃ in motu ē duo cōsiderare. sc3 ꝑpetuitatē ꝛ varietatē. sic̄ ꝛ i generatione ꝛ corruptōe ɔsiderat ꝑpetuus successus gñatōis ꝛ corruptōis ꝛ alternatōes cōtrarias generatōis ꝛ corruptionis.

Quibus notatis sit conclusio p̄ma. motus p̄mi mobilis ꝛ diurnus nō ē sufficiens causa gñatōis istoꝝ inferioꝝ. ſ est sufficiens causa ꝑmanentie eoꝝ. Probat quia idē ſm ꝙ idē est similr̄ se habens sp̄ natū est facere idē. cū ḡ motus celi diurnus sit sp̄ idē ꝛ silr̄ se habens. sequit ꝙ semp nat⁹ ē facere idem. ſ generatio ꝛ corruptio ɔtrariant. ergo nō est sufficiens facere generatōem ꝛ corruptionē. Ideo dicit pħs ꝙ si non esset alius motus ab eo oporteret ꝙ sp̄ esset generatio vel corruptio nec p̄nt ambo fieri.

Cōclusio secūda respōsiua Ad quesitū. Motus solis sub obliquo circulo ē sufficiens causa ꝑpetuitatis generatōnis et corruptionis in istis inferioribus. Pat3 q: motus ille est cōtinu⁹. ꝛ habet diuersitatē in suis ptibus in habitudine ad nos. ideo ꝑ suam varietatē accessus ꝛ recessus ad nos est sufficiens causa gñatōnis ꝛ corruptōnis q̄ cōtrariant. q: ꝑ accessum ē causa generationu3 ꝛ ꝑ regressu3 corruptionū. per suā aūt ꝑpetuitatē est ꝑpetuitas accessus ꝛ recessus generationum ꝛ corruptionū. Et quia tempus accessus solis ad nos est equale tempori recessus. ꝛ ideo ex hoc sequit ꝙ tempus generationis hoꝝ inferiorum est equale tempori corruptionis eoꝝ. Et hoc videm⁹ ad sensu3. q̄a cū in quolibet anno sol accedit ad nos fiunt generatōnes. ꝛ cū a nobis recedit fiunt corruptiones. ꝛ sicut multotiens accedit ita multotiens generat. ꝛ sicut multotiēs recedit ita m'totiens corrumpit.

Dubitat primo. circa maiorem rationis prime conclusionis qualiter habeat veritatem illa ꝓpositio. idem inquantū ide3 ꝛ similiter se habens natū est facere sp̄ idem. Hoc enim videtur esse falsum. nam idem calor solis ſm idem ꝛ similiter se habens facit contraria. sicut durificat lutum ꝛ mollificat ceram. ita etiam calor ignis rarefacit et durificat. ꝛ ita habet multos effectus. Idem etiam homo potest currere ꝛ quiescere. ꝛ prima causa ens est causa oīm rerum cōtrariarum.

alias generatio .i. possibilitas

alias et q:



nos

Pro solutione dubij est sciendũ ꝙ duplex est agens. s. naturale ⁊ voluntarium. Agens autẽ naturale agit scd̃m modũ sue forme q̃ est determinata per materiã in qua est recepta ⁊ iõ agens naturale determinatũ est ad vnũ effectũ immediate. q: habet formam particularem ⁊ determinatam per materiã. vt dictũ est. sed tamen ad illuz effectũ immediate productũ ab agente naturali possunt sequi multa. sicut calor habz calorẽ facere immediate. sed ad illũ calorẽ põt sequi mollificatio ⁊ durificatio scd̃m diuersitatẽ recipientiũ. Luz etiam aliquod agens naturale sit instrumẽtum ⁊ agat in virtute alicuius superioris agentis põt multa ꝓducere sed hoc nõ erit scd̃m idẽ Sic ergo propositio p̱ncipaliter intelligitur de agentibus ~~principalibus~~ que semper faciunt vnũ nisi perueniat diuersitas ex parte alterius agentis vel recipiẽtis. Sed agens voluntarium quoddaz est agens [illegible]atũ quod agit scd̃m conditionẽ sue forme que est spẽs per quã intelligit ⁊ hoc nõ põt diuersa simul intelligere. possunt tamen in eo esse p̱les species intelligibiles successiue. Aliud autẽ est ~~immediatũ~~ vt est prima causa in qua lz non sint plures spẽs intelligibiles. q: intelligit ꝑ suam essentiam omnia cum se infinite intelligat. ideo potest simul omnia producere. Et iõ sequitur ꝙ omne agens voluntarium potest plura producere vel simul. sicut prima causa vel successiue sicut agentia creata. Et ita quodammodo. potest verificari propositio etiaz in agentibus scd̃m propositum. nam substãtie separate producte diuersa faciunt ⁊ producunt scd̃m diuersitatem conceptuũ. sed prima causa plura ⁊ diuersa producit non scd̃m diuersitatẽ ɔceptuũ. sed ꝓpẽ diuersitatẽ ydearũ. ⁊ rationũ ydealiuz. Et per hoc soluuntur obiectiones contra propositionem facte.

Ad rationes ante oppositum

Ad primam dicitur ꝙ ista inferiora q̃tum ad illud quod est permanentie in ipsis reducuntur ad primum motum. sed q̃tum ad successionem in eorũ motibus reducunt̃ ad motuz solis sub obliquo circulo. Ad aliam dicit̃ ꝙ motus celi inq̃tum est regularis est causa perpetuitatis generationis ⁊ corruptionis. s pro q̃to habet diuersitatẽ accessus ⁊ recessus in suis partibus est causa successionis generatõnis ⁊ corruptõnis. Ad aliam dicitur ꝙ vnius effectus possunt esse plures cause ꝑ se in diuersis generibus causarũ vt habet̃ secũdo phisicoꝝ. ideo prima materia põt separari a generatione ⁊ corruptõne. ⁊ etiam motus solis sub obliquo circulo ⁊c̃. Sequitur in textu. Omnium enim est ordo ⁊ omne tempus. ⁊ omnis vita mensurantur periodo.

Queritur vndecimo vtrum omne viuens habeat determinatam periodum

sue duratõnis a celo primo. Arguitur ꝙ nõ quia si sic sequeretur ꝙ in constellationibus celestibus possent infallibiliter legi durationes viuẽtiũ cõsequẽs est falsuz. igit̃. Secũdo sic nos videm⁹ ad sensum diuersa viuẽtia scd̃m spẽm vel eiusdẽ spẽi sibi tẽpore generari. vt pz de illis q̃ tamẽ nõ habẽt equalẽ durationẽ. ergo nõ omne viuẽs hz determinataz periodũ a celo. In oppõitũ ẽ p̃hs in textu.

Pro responsione sciendum est

primo qđ postq̃ p. ostẽdit ꝙ mot⁹ celi fact⁹ sub obliquo circulo ẽ causa ꝑpetuitatis ⁊ successus generatõnis. cõsequẽter ex hoc infert duo correlaria quoꝝ primũ ẽ ꝙ eorũ que generãtur ⁊ corrumpuntur tẽpus generationis est equale tẽpori corruptõis. ⁊ hoc scd̃m naturã corporis celestis. ⁊ huius rõ est. q: tempus accessus solis generantis est equale tẽpori recessus eiusdem ⁊ appellat p̃hs tẽpus generatõnis totũ illud tẽpus in quo res tendit de esse imperfecto ad esse perfectũ. ⁊ tp̃s corruptõnis dicitur totum illud tẽpus in quo res diminuitur ⁊ tendit in non esse. Est tamẽ aduertẽdũ ꝙ q̃uis hec duo tẽpora sint equalia in qualibet re viuente scd̃m naturam celestis corporis. tamẽ possunt esse inequalia ꝓpter aliam ⁊ aliam dispositionem materie. iõ dicit p̃hs in textu ꝓpter confusionem elemẽtorum adinuicẽ. id est ꝓpter aliã ⁊ aliaz mixtionẽ cõtingit tẽpus corruptõis minus esse q̃ tẽpus generatõnis. Secũduz correlariũ est ꝙ quodlibet viuens habet periodum determinatã a celo. cuius ratio est. Quia omnia hec inferiora reducuntur in motũ celi sicut in causam primam in genere phisico. ideo oportet ꝙ quodlibz determinetur scd̃m esse certo numero reuolutionũ motus celi. ⁊ hec mensura siue mensuratio vocatur periodus. Dicitur enĩ periodus a peri ꝙ est circa ⁊ odos ꝙ est modulatio siue consonantia. quia omnia generabilia ⁊ corruptibilia mensurãtur circa reuolutionem celi.

Vt pz in ano bisexti moquanto

Sciendu3 est secundo q nō omnes res generabiles τ corruptibiles mēsurātur eadē peryodo. imo quedā minore τ qdā maiore. quibusdā ergo rebus mēsura duratōnis est ānus. Alijs vero maior. alijs vero minor. τ hoc ppter diuersa3 proportionē elemētorū que est alia τ alia ī diuersis spēbus imo ē alia. τ alia ī īdiuiduis eiusde3 spēi. ideo nō oportet q influētia vel cōstellatio tribuat eādem durationē rebus diuersarum spērum aut eiusdē speciei. nam virtus τ cōstellatio celestis recipitur in materia scdm modum τ merita materie. Ex quo p3 q si q̄s p aspectus cōiūctiones τ cōstellationes sideru3 velit iudicare de duratōne alicuius rei oportet q aspiciat ad cās pticulares. puta ad cās 9trias impedientes τ ad dispositōnes materie alias iudiciu3 suum non habebit certitudinē suā. patet q quelib3 materia specifica requirit in idiuiduis determinatam peryodum durationis ex parte celi. sed peryodus in indiuiduis propter diuersam dispositionē materie alia ē τ alia vt dictū est. sicut homo h3 pro duratōne vite sue septuaginta ānos vt dicit cōmentator τ hoc debetur sibi ratōne spēi. τ ita tēpus generatōnis hominis est triginta quinq3 annorū τ corruptōnis totidem. sed tamen propter aliam τ aliam dispositionem. τ etiam propter aliam τ aliam cōstellationē que viget in ortu cuiuslibet hominis. aut propter diuersam dispositōnem loci. aut propter bona3 conseruationem vel liberum arbitriu3 vel propter malā cōseruationē homo potest plus vel minus viuere.

varia / que — Salmista Si aut in potentatibus octuaginta anni amplius eorum labor et dolor

Sit ergo cōclusio respōsiua sc3 omne viuens vniuersaliter qntum est ex parte celi habet determinatam peryodum sue durationis. τ ex pte speciei pōt abbreuiari in quolibet indiuiduo propter aliquam causam particularem vt dictum est. Prima pars patet. q2 motus solis sub obliquo circulo est prima τ principalis pars generationis cuiuslib3 viuentis. ergo etiam est causa durationis viuentium. cōsequētia tenet. quia generatio ibi p se terminatur ad esse quod mensuratur duratione. Secunda pars satis ex precedentibus patet.

Ad rationes ante oppositum

Ad primā dicit q duratio cuiuslibet viuentis potest legi in constellatione vigente hora tēporе natiuitatis illius rei τ qntu3 est ex parte celi. sed potest impediri propter aliam τ aliā dispositionē materie vel per liberum arbitrium. quia sapiens dominabitur astris vel propter alias circūstātias particulares. vt dictū est. Ad aliam dicitur q motus celi est primo causa τ equiuoca generatōnis ho3 inferiorum τ producit in esse hec inferiora mediantibus pticularibus agētibus. iō sicut pducit hec inferiora ad esse mediātibus agētibus pticularibus. ideo duratio essendi determinatur effectib⁹ a celo mediantibus tamē pticularibus agētibus. τ ideo diuersis spēbus debētur diuersi peryodi. sed de indiuiduis eiusdem spēi generatis in eodē tēpore dicitur q diuersitas resoluenda est ad diuersam dispositōem materie. τ alias circūstantias particulares que sub arte cadere non possunt. Et h de questione.

Sequitur in textu. Quo circa accidit propter ho3 generationem.

Queritur duodecimo vtrum ex parte finis τ cause mouentis sit ppetuitas in generationibus τ corruptōnibus. Arguitur q nō. q2 quelib3 gñatio est finita. τ sl'r qlibet corruptio. ergo generatōes τ corruptōes nō sunt ppetue. Secūdo sic gñatiōes τ corruptōes rerū inceperūt eē τ desinēt esse vt t3 fides catholica. ergo nō sunt perpetue. In oppositum est pbus in penultimo capitulo huius libri.

Pro respōsione sciēdum est primo q postq pbs ostendit cām perpetuitatis successionis generatōnis τ corruptōis ex pte mot⁹ solis facti sub obliquo circulo. cōsequēter hoc idē demōstrat ex pte cause finalis. τ etiam ex parte cause mouentis.

Pro quo sit cōclusio respōsiua generatōnes τ corruptōes sūt perpetue. Probat pbus ex parte cause finalis. In omnibus enim natura desiderat qd melius est. sed melius ē eē q nō esse. ergo natura sp desiderat ipsum. Quedā autem sunt que ppter nimiā distantiā a principio non possunt semp pmanere in suo esse idiuiduali. g o3 q natura cōtinet ista in esse per continuam generationem indiuiduorum. τ per consequens oportet generationem τ corruptōnem semper esse. Unde quia generatio est via ad esse. τ via est ppinqua termino. ideo est propinqua genera-

tio ipsi esse. cum ergo generabilia non possint perpetuari scd'm esse in vno indiuiduo. natura que non potest obtinere esse perpetuum appetit ⁊ accipit illud quod propinquuȝ est ipsi esse. ⁊ hoc per continuam generationem plurium indiuiduorum. ⁊ per istam continuam generationem saluatur esse specificũ. Et si arguatur contra maiorem huius rationis. quia desideriuȝ semper videtur sequi cognitionem. natura autem non cognoscit. ergo non desiderat quod est melius. Respondetur ꝙ desiderium semper sequitur cognitõnem alicuius superioris dirigentis ⁊ mouentis naturam in suum finem. Sed si obijceretur si natura directa a pricipio desiderat ipsum esse tanq̃ fineȝ ⁊ illud quod melius est. videtur ꝙ esse generabilium ⁊ corruptibiliuȝ sit finis ipsius dirigentis. ⁊ cũ ipsum esse generabilium sit extra primum. videtur ꝙ ipm primum habeat finem extra se ⁊ aliũ a se qđ est impossibile. Dicenduȝ ergo ꝙ ipsum primum intendere aliquem finem potest dupliciter intelligi. Vno modo ꝙ ipse finis quẽ intendit sit finis ipsius primi. ⁊ isto modo non intendit aliqueȝ extra se. Alio modo ꝙ finis quem intendit sit finis alicuius effectus alicuius mouentis ipsum ad finem. ⁊ sic bene intendit aliquid extra se tanq̃ finem sui effectus ordinando vnum ad alteruȝ. ⁊ vnamquamq̧ rem ad perfectionem suam. Deinde probatur conclusio ex parte cause mouentis supponendo ex dictis in octauo phisicorum ꝙ si mot⁹ ẽ necesse est mouens esse. ⁊ si mot⁹ semper est necesse est ꝙ semꝑ sit aliquod mouens. Et si motus sit vnus ⁊ regularis ⁊ vniformis. oportet mobile cẽ ingenerabile ⁊ inalterabile ⁊ vnum ⁊ esse mouens penitus immobile. Et si sint plura regularĩ mota oportet ꝙ sint plura mouentia immobilia habentia tamen ordinem sub vno primo mouente.

Hijs suppositis arguitur ad conclusionem motus corporum celestium ⁊ motores eoruȝ habentes ordinem sub vno primo sunt causa generationis ⁊ corruptionis in istis inferioribus vt dictum est prius. cum ergo motus corporum celestium sint perpetui ⁊ ordo perpetuus. sequitur ꝙ generationes ⁊ corruptiões causate ab huiusmodi motibus perpetue erunt perpetue. Quod autem motus celi sit perpetuus probat phs in presenti textu ex parte temporum ⁊ generatiõnes ⁊ corruptiones esse perpetuas dictum est in sexto phisicorum ⁊ in primo de celo. vbi probat ꝙ sicut non inceperunt nec desinent esse per transmutationem naturalem. Et quia phus dicit motum esse continuum querit a quo capit mot⁹ suam continuitatem. aut a mobili vel a termino. Respondet phus ꝙ motus non potest habere suam continuitatẽ a termino ad quẽ sicut patet de motu ad qualitatem. cuius terminus non est continuus nisi p accidens. scȝ ratione subiecti. motus etiam localis nõ habet continuitatem a loco siue spacio. quia motus corporis non est in loco seu per locum. ſ solum circa locum. ⁊ ita continuitatem nõ habet a loco Dicit ergo philosophus ꝙ mot⁹ vniuersaliter sumptus suam continuitateȝ accipit a mobili in quo est. ⁊ tempus a motu. Et de hijs satis visum est in phisicis.

Ad rationes ante oppositum

Ad primam dicitur ꝙ generationes ⁊ corruptiones habent perpetuitatem per successionem plurium corruptibilium. ⁊ nõ per hoc ꝙ vna ⁊ eadem generatio sit perpetua. Ad secundam dicitur ꝙ fides nostra. tenet ꝙ mot⁹ ⁊ tempus ⁊ generationes ⁊ res omnes inceperunt esse per creationem. ⁊ etiam desinent esse motus tempus ⁊ generatiões similit̃ res omnes. sed philosophus hic pbat ꝙ hec nõ inceperũt esse per transmutationẽ naturaleȝ nec etiam nullo modo desinent esse. ⁊ ista nõ repugnant adinuicem ⁊c̃.

Sequitur in textu. Quoniam autem hĩn cõtinue motis ⁊ cetera.

Queritur tredecimo vtrum aliquod corruptum possit ideȝ in numero reproduci.

Arguitur ꝙ sic. nam aliqua re corrupta possibile est eandem materiam remanere ⁊ ipsam disponi eisdem dispositionibus quibus fuit disposita ante corruptioneȝ eo ꝙ generans manet idem numero, ergo possibile est reproduci corruptum idem in numero.

Secundo sic eadem numero sunt quorum materia est vna. sed eadeȝ manet materia ante corruptionem ⁊ post. ergo.

In oppositum est philosophus in vltimo capitulo huius secundi de generatione.

Sciendũ est p'io ꝙ postq̃ philosoph⁹ ostẽdit perpetuitatem generationis ⁊ corruptionis tam ex parte efficiẽtis q̃ finis

consequenter ostendit qualis sit huiusmodi perpetuitas. vtrum scilicet secundum rectum vel secundum circulum: et circa hoc philosophus mouet quinque questiones. Prima est. an omne generabile de necessitate generetur. Secunda est an generationes perpetuentur secundum rectum vel secundum circulum. Tercia est verum in istis generatis de necessitate inferat prius sicut quod est posterius: Quarta est quare quedam generabilia reiterantur et quedam non. Quinta est presens questio.

Pro solutione prime questionis sciendum est primo quod generabilia sunt in duplici differentia. quedam sunt que habent causas necessarias. vt sunt eclypsis solis et lune. et in istis omne generabile de necessitate generabitur. Alia sunt que habent causas determinatas et non necessarias sic sunt res naturales inferiores que possunt dupliciter considerari. Uno modo in esse specifico. et isto modo omne generabile generatur prout li omne distribuit pro speciebus et non pro indiuiduis. Alio modo possunt considerari in esse indiuiduali. et isto modo nullum generabile de necessitate generabitur vno contingenter. Patet ergo quod ista est vera homo de necessitate generabitur res enim naturales quantum ad esse specificum habent causas necessarias. sed quantum ad esse indiuiduale habent causas contingentes. Dicunt autem quidam quod res artificiales nec in esse indiuiduali. nec in esse specifico de necessitate fiunt.. quia dependent ex nostro libero arbitrio. quod se habet ad opposita. et sic patet responsio ad primam questionem

Ex quo videntur patet solutio ad terciam questionem. in qua querebatur an prius de necessitate posterius inferat in ipsis generatis. nam in effectibus que de necessitate eueniunt prius necessario infert posterius. vt bene sequitur luna est dyametraliter posita inter solem et aspectum nostrum ergo est eclipsis solis. sol est supra hemisperium nostrum ergo est dies. Sed in hiis que non habent causas necessarias prius non infert posterius secundum indiuiduum sed bene secundum speciem. et bene sequitur terra est depluta. ergo generabitur nubes. sed non sequitur hec terra nunc est depluta. ergo ex ea statim generabitur nubes aliqua. sic ergo prius non infert posterius absolute sed solum ex suppositione. sicut etiam in naturalibus contingentibus.

Pro solutione secunde questionis in qua querebatur. an generationes sunt perpetue secundum circulum aut secundum rectum.

Sciendum est secundo quod generatio dicitur circularis cum eadem materia prius fuit sub aliqua forma et iterum post corruptionem est sub eadem forma in specie. cum ergo materia sit finita et supponendo perpetuitatem motus celi. generationes sunt infinite. et species rerum sunt infinite. oportet eandem materiam infinities esse sub eadem forma in specie. et non in numero. et ita generationes perpetuantur secundum circulum et non secundum rectum. Et si diceretur generatio perpetuari secundum rectum. sed tamen non rediret eadem forma secundum numerum nec secundum speciem. si enim generationes essent infinite secundum rectum oporteret species rerum esse infinitas et materiam rerum esse infinitam quod est impossibile. Et est aduertendum quod in aliquibus reiteratio forme secundum speciem fit imediate. in aliis vero per plura media et in aliis per pauca. sicut cum ex aere fit aqua imediate ex ipsa potest fieri aer sed si ex mure viuo fiat cadauer non tamen ex mure mortuo fit viuus. Et sic patet solutio ad secundam questionem. Sed pro solutione quarte questionis in qua querebatur quare aliqua generabilia reiterantur et quedam non.

Sciendum est tercio. quod illa proprie dicuntur reiterari in quibus imediate fit reuersio sicut est in elementis et non in mixtis et hoc propter imperfectionem formarum elementorum non requirentium aliquam organisationem in materia. sed in mixtis forme sunt magis perfecte ideo non fit statim reuersio in ipsis. Uerum est tamen quod ex puero generatur vir et econtra. ex viro generatur puer. sed tamen cum ex puero generatur vir manet eadem substantia secundum numerum et solum est tendentia de imperfecto ad perfectum. sed cum ex puero generatur vir li ex dicat habitudinem cause efficientis et non materialis. Et sic patet solutio quarte questionis.

Pro solutione quinte de qua querebatur in titulo questionis. Sciendum est quarto quod entium mobilium quedam sunt quorum substantia est incorruptibilis sicut sol et alii planete. talia mobilia bene redeunt eadem secundum numerum vtpote cum redeunt ab oriente in occidentem et econtra. ita etiam posset dici de corruptibilibus quando mouentur motu locali. sed de tali reditu non est ad propositum. sed de reditu qui fit per generationem: Sit ergo.

Conclusio responsiua ad quesitũ. Corruptũ nõ potest idem numero reproduci per naturã. Probatur. quia ad vnitatẽ motus requiritur vnitas mobilis temporis et forme scdm quod est mot⁹ cũ ergo omne quod generatur producatur in esse per motũ sequitur quod vbi non est idẽtitas motus nõ erit idẽ terminus. et ita non põt reproduci corruptum idem numero per naturã. tñ prima causa cuius actio nõ dependet a motu põt idẽ productũ numero reproducere et hoc tenet fides catholica. et sic patet responsio ad quesitũ etc.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primã dicitur licet in generato et corrupto maneat eadẽ materia. remota nõ tñ eadem materia prima et propinqua. modo illa dicuntur eadem numero quorũ materia proxima est vna. et per hoc etiam patet solutio ad secundã. et hec de questione. Et de toto libro de generatione et corruptione.

Sequitur liber methauro.

De primis quidẽ igitur causis nature et omni motu naturali. adhuc autẽ scdm superiorem lationez perornatis astris et cetera.

Circa initiũ primi libri methaurorũ queritur primo vtrũ corp⁹ simplex mobile ad formã mixti imperfecti put ẽ in via ad talẽ mixtionẽ sit subiectũ hui⁹ libri methaurorũ. Arguitur quod nõ. quia subiectũ attributionis alicuius scie dz esse diffinibile cũ diffinitio sit mediũ ad demõstrandũ passiões de subiecto. sed corp⁹ simplex mobile ad formã mixti imperfecti scdm quod huiusmodi nõ ẽ diffinibile cũ sit quoddã cõplexũ. ergo nõ põt esse subiectũ alicuius scie. Secũdo arguitur in libro de generatione determinatũ est sufficienter de mobili ad formã et etiã de ipso determinatur in libris mineraliũ vegetabiliũ plãtarũ et aialiũ. ergo nõ ẽ propriũ subm alicui⁹ scie. Tertio sic. scia denoiatur a subiecto: sed ista scia vocatur de impressionib⁹ metheorologicis. ergo impressio metheorologica ẽ subiectũ hui⁹ libri. In oppositum arguitur per omnes expositores aristotelis. Pro responsione ad questionem.

Sciendũ est primo quod iste liber methaurorũ est quart⁹ in ordine ad alios libros naturalis philosophie sicut patet ex diuisiõe librorũ naturalis philosophie supra penes diuisiões entis mobilis quod ẽ subm tot⁹ philosophie naturalis. que diuisio recitata ẽ in primo physicorũ. similiter recitata ẽ i alijs libris sequẽtib⁹. ex qua diuisione etiã satis haberi põt distinctio considerationis hui⁹ libri a consideratõib⁹ aliorũ librorũ. Pro ampliori tñ distinctiõe subiecti hui⁹ libri a subiectis aliorũ librorũ philosophie naturalis aduertẽdũ est quod vt dictũ ẽ iste liber tenet quartuz ordinẽ int libros philosophie naturalis. ideo subm huius scie quodãmodo mediũ ẽ int subm libri de generatiõe et mineraliũ vegetabiliũ et plãtarũ nã iste liber sequitur libros physicorũ de celo et mũdo de generatiõe et corruptiõe et precedit alios

Sciendũ est secũdo quod triplices sunt qualitates: vt sufficit ad propositũ. Quedã sunt que sunt prime et originales ipsis elementis sicut sunt calidũ: frigiduz: humidũ: et siccũ. graue et leue. et de corpore mobili ad formas substãtiales consideratas secundum cõmunẽ rõem forme substantialis et ad huiusmodi qualitates elementorũ naturales. s. calidũ: frigiduz: humiduz: et siccũ. sufficienter determinatuz ẽ in libro de generatiõe. Alie sũt qualitates que primo insequũtur corp⁹ alteratuz ad huiusmodi qualitates naturales elementorũ cuiusmodi sunt inflãmatio: coagulatio: cõgelatio: digestio: coloratio: ingrossatio: subtiliatio. et sic de alijs. et de corpore mobili ad tales qualitatẽ et proprietatẽ agitur in isto libro methaurorũ. Alie sunt qualitates et passiões que cõsequũtur corp⁹ alteratũ ad qualitates primas corporũ nõ tñ primo: sed ex cõsequenti et supponunt proprietates et qualitates de quib⁹ agitur in libro hoc et de corpore mobili ad tales qualitates et proprietates agitur in libris sequẽtib⁹ hunc libruz. scilz in libris de mineralib⁹ et vegetabilib⁹ et plãtis et aialibus. in quib⁹ agitur de corpore mobili ad formas substantiales que sũt posteriores formis substantialibus primo. um corporum qm agitur in eis de corpore mobili ad formas substantiales et proprietates corporum mixtorum aiatorũ et inaiatoruz. Sic patet ergo quod per corpus mobile ad formaz mixti

inpfecti prout est in via ad talē mixtōnē potest intelligi corp⁹ mobile ad ea que sequūtur ipsum primo per hoc ꝙ est alteratuz ad qualitates primoꝝ corporū: sicut inflāmatio et coloratio que sunt in cometa et accidentibus volantib⁹ et alijs impssionibus ignitis. et coagulatio q̃ est in pluuia: niue: vel grandine. q̃ est corporis alterati ad q̃litates aque. ⁊ sic de alijs. similiter. similiter salsedo que est in mari que est corporis alterati per calidū ⁊ frigidū. ⁊ sic de singulis.

Et est aduertendū ꝙ corpus mobile ad tales qualitates que scʒ sequūtur ipsuz primo sicut est alteratū aliter est subiectū i tribus primis libris huius sciene et aliter in quarto. q: in tribus primis agitur de corpe simplici alterato ad qualitates alteri⁹ corporis put ē mobile ad ea que primo sequūtur ipm virtute talis alteratōis. ꝫ in quarto agitur de corpore iam mixto: vt mobile est ad ea que sequūtur ipsuz primo per hoc ꝙ alteratur ad qualitates primorū corporuz et ideo in quarto agitur de speciebus digestionis: indigestionis: coagulatōis: ⁊ liq̃factiōis. Ex pcedentib⁹ satis ptʒ quare in libro hoc nō agit̃ de specieb⁹ odoꝝ ⁊ saporū. q: odores ⁊ sapores nō insequūtur primo alteratōem ad q̃litatē primoꝝ corpoꝝ. sed disponūt digestionē ingrossationē ⁊ liquefactionē. Et si dicatur ꝙ eadē rōne nō deberet hic determiare de colore sicut nec de sapore. Rn̄det ꝙ in colore duo sunt. scʒ formale qḋ est lumē siue illuminatio. ⁊ ꝫ mō de colore determiat̃ in hoc libro. Aliud est materiale scʒ qḋ cōsurgit ex cōmixtione q̃tuor primarū qualitatū. ⁊ quo ad hoc ꝯ colore nō determinādū est in hoc libro. ⁊c.

Sciēduz ē tertio ꝙ ista scientia

vocatur metheorologica siue methaurologica. et dicit̃ ad metha ꝙ est trās et etherō grece ꝙ est videre latine. et logos ꝙ est sermo vel ratio quasi sermo vel rō de sursum apparentib⁹. scʒ in suprema regione aeris. et in media. Et q̄uis aliqua impressio fiat infra terrā et in infima regione aeris super terrā. q: tn̄ impressiones sursuz gente sunt nobis notiores et magis apparētes. ⁊ sp a notiorib⁹ imponim⁹ nōīa. iō hec scia vocat̃ metheorologica ab impssionib⁹ sursum.

Sciēdū est vltimo ꝙ impressio

solet multis modis nominari. impssio eniʒ nōiat aliq̇d inductū ab aliquo agente exteriori. et hoc pōt esse dupliciter. Uno mō accipit̃ impssio ꝑ vestigio relicto in aliq̃ corpore molli facto ab aliquo corpe duro sicut impssio sigilli manet in cera. Alio mō accipit̃ ꝑ alteratōe facta ꝑ qualitates prias. Alio mō accipit̃ ꝑ effectu derelicto per huiusmodi alterationē et isto mō accipiēdo impressionē cometa nix grādo glacies et pluuia vocant̃ impssiōes. ⁊ etiā cū d: ꝙ iste liber ē de ipssiōib⁹ metheorol. His notatis sit

Conclusio responsiua ad questionē.

corpus simplex mobile ad formā mixti imperfecti prout est in via ad talē mixtionē est subiectū istius scie. Probari pōt cōclusio ꝑ diffinitionē subiecti alicui⁹ sciētie.

Dubitatur primo qualiter itelligitur

dictū phi in pꝛhemio hui⁹ libri i quo dicit ꝙ ea q̃ accidūt in regiōe elemētoꝝ ꝫm naturā inordinatiorē accidūt que sit ea natura q̃ est primi elemēti corporū. scʒ celi qḋ ibidē d: elemētū nō ꝙ substantialiter ꝯpositionē rei ingrediat̃: ꝫ solū virtualiter. Uidetur eīm ꝙ dictū illud phi sit falsum. q: ea q̃ accidūt in celo nō accidūt inordinate. ꝫ ea q̃ accidūt hic inferius nō accidūt scḋm naturā inordinatiorē. scʒ eā q̃ est in celo. q̄a cōparatiu⁹ ꝓsupponit positiuū. Respōdetur in illo dicto capitur inordinatū pro minus ordinato. Et si q̃ratur causa illi⁹ dicti Rn̄detur ꝙ hoc venit ex pte materie illorū inferioꝝ q̃ est ꝯtrarietati et priuationi ad mixta. iō nō sp obediūt dispositioni virtutis corpoꝝ celestiū. Sʒ q̄nq3 ꝑ ꝯriā dispositōes resistūt. ⁊ iō sepe hic inferi⁹ aliq̃ inordinate eueniūt qḋ tn̄ in celestib⁹ nō pōt venire.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dicitur ꝙ ad hoc ꝙ aliquod sit subiectum alicuius scientie sufficit ꝙ ratio formalis sub qua queritur subiectum in illa scientia sit simplex. ⁊ ita potest dari exemplum de subiecto perspectiue quod est linea visualis et est quoddā compositum ex determinatione et determinabilis. quia determinatio significat formaʒ a qua sumitur simplex ratio formalis sub qua considerat̃ illud subiectum. ideo illud totum compositum bene potest esse subiectū in hoc libro. ⁊ hoc est quod dicitur ꝙ subiecto huius sciē

ne sub ratione formali secūdum quam conside ratur non est nomen impositum. Ad secū dam patet solutio ex dictis. nam in libro de generatiōe agitur de corpore mobili ad for mam in que sive sit substantialis sive acci dentalis. Ad tertiam dicitur quod non semper oportet denominare scientiam a subiecto: sed quandoque a forma et a materia etc. Sequitur in textu. Quoniam aūt determinatū est etc.

Queritur secundo utrum neces sesit hunc mundum inferiorem esse conti guū lationibus superioribus: ut tota virt' eius gubernetur inde. Arguitur primo quod non: quia cōtinuorum est unus et idem mo tus: sed mundi et celi non est idem mot' etc.

Unde vniuersalia sic accepta sunt prima principia oim entiū et sunt ydee reꝝ pducēdarū in mente primi. Unde ydea nihil aliud est ꝙ prima causa ingenita et inmutabilis ab aliquo creato. ꝛ scdm ꝙ diuersimode inmitatur a diuersis rebus distincte ydee sibi attribuūtur. Dicendū secūdo ꝙ vniuersale in re hoc est natura vniuersalis in se cōsiderata sine intentiōe vniuersalitatis est aliquo mō prior ꝛ notior singularibus. q2 duplex ē ordo nature. quidā est gn̄atōnis ꝛ tempis scdm quē potentia pcedit actū in eodem. ꝛ scdm hūc ordinem vniuersale prius est singulari. vt in gn̄atione hoīs prius generat aīal ꝙ homo. Alius est ordo intentionis siue pfectionis scdm quē act⁹ pcedit potētiā. ꝛ hocmodo vniuersale est posteri⁹ singulari. sꝫ ꝙtum ad esse in actu. Dicit tertio ꝙ vniuersale post rem nihil est aut ē posterius suis singularibus. pꝫ. q2 tale vniuersale est natura accepta cum intentiōe vniuersalitatis. sed talis intentio attribuit nature per abstractionē a singularibus scꝫ similitudinē quā habet ad ipsa. ergo illo mō est posterius singularibus.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā d᷑ ꝙ nulla forma simplex quēadmodū prima causa que ē in fine simplicitatis potest esse subiectū alicui⁹ accidentis tn̄ aliqua forma que d᷑ simplex per carētiā cōpositiōis ex materia ꝛ forma pōt esse subiectū alicuius accidentis. Ad secundā d᷑ ꝙ in aliqua scia particulari nō dꝫ inuestigari quid sit subiectū per ppria principia illi⁹ scientie. s bn̄ p principia methaphisice q̄ stabilit principia oim aliarū scientiarū. ꝛ sic in presenti libro inuestigat diffinitio sui subiecti. s. aīe p diuisionē entis in actū et potētiā. ꝛ in decē pdicamēta. Ad ~~secūdā~~ d᷑ ꝙ in moralib⁹ ꝯsiderat aīa in ꝙtū ē principiū vl subiectū actuū vl habituū moraliū. vt virtutū ꝛ viciȷ̄. s hic cōsiderat ꝙtū ad principia ꝛ passiones ei⁹. Ad quartā d᷑ ꝙ aīa rōalis in pticulari ē subiectū inhesiōis hui⁹ scie. s aīa in cōi accepta ē subiectū attributionis eius.

Seqt text⁹. Ampli⁹ aūt et si nō mīte aīe.

Queritur tertio vtruꝫ accidentia magnam partē cōferant ad cognoscendum

(marginal manuscript notes, partly illegible: "ydea" ; "duplex ordo" ; "alibi Respondet ... [illegible]" ; "3ª")

ꝙ quid est. Arguit ꝙ nõ. q: quid est ē pn cipiũ per quod cognoscũtur accidẽtia ď subiecto. ergo accñā nõ ꝯferũt ad cognoscẽdũ ꝙ quid est: aliter idẽ esset noti⁹ ꝛ ignotius respectu eiusdẽ. Secũdo sic. eadẽ sunt principia essendi ꝛ cognoscẽdi. ꝫ accñā nõ sunt principia essendi ꝙ q̄d est. ergo nõ sunt principia cognoscendi ipm. Tertio sic. accidẽtia sunt minoris perfectionis ꝙ ꝙ q̄d ē aie. ergo si ꝯferant ad cognoscendũ ipm ꝙ q̄d ē agent vltra gradũ sue ꝑfectõis. In oppositũ est ph̄us in textu.

Pro responsione sciendũ ē primo ꝙ postꝙ. p. posuit difficultates ex parte aie inq̄tum est totũ essentiale respectu suoꝝ supioꝝ: ꝛ totũ vl'e respectu suoꝝ iferioꝝ. hic ꝯñr ponit alias difficultates ex parte ipius anime inq̄tũ est totũ potestatiuũ per respectũ ad suas potẽtias. Prima est si eiusdẽ ñ sint multe aie vt Plato ponebat. ꝫ solũ plures potentie ipsius. vt vegetatiuum. sensitiuũ: vel intellectiuũ.

Dubitatur prio vtrũ oporteat prius querere totá aiam aut ptes ei⁹. Etiam erit dubiũ que illaꝝ partiũ sint nate adinuicẽ ꝛ abinuicẽ separe: ꝛ q̄ non. Tertio erit dubiũ vtrũ oporteat prius cognoscere potẽtias aie aut opera vel actus ipaꝝ. ꝛ si oporteat pri⁹ cognoscere act⁹ adhuc erit dubium. vtrũ oporteat prius cognoscere obiecta actibus ꝛ potentijs: vel ecõtra. Ũn ratio pme dubitationis ē q: non solũ ꝙ quid est valet ad cognoscendũ cãs accidentiũ subẽ. ꝫ ecõuerso. etiã accña magnã partẽ ꝯferũt ad cognoscendũ ꝙ q̄d ē q: cũ habem⁹ noticiã de pluribus accntib⁹ rei aut de oĩbus etiã possumi⁹ hře noticiã de sbã ꝛ de diffinitiõe ipi⁹. ꝙ aũt illd ꝙ q̄d valeat ad cog̃scẽdũ accña. ꝓ ondit. q: ois demõstratõis pricipiũ ē ꝙ q̄d est sic diffinitio. iõ diffinitiões ꝑm q̃s nõ ꝯtingit accña cognoscere dicuntur dyaletice et vane omnes.



Sciendũ est secũdo ꝙ citra passiões aie. p. mouet aliá dubitationẽ. s. vtruꝫ oẽs opatões aie sint cões toti ꝯposito. ꝛ ista dubitatio ē nccia ad sciendũ vtrũ aia sit sepabil'a corpe vel nõ. q: si sit aliq̄ aie operatio vel passio ꝓpria erit separabil'. ꝛ si nullũ ē ꝓpriũ op⁹ ipi⁹ aie ñ erit separabil' a corpe ꝑm rẽ. ꝫ solũ ꝑm rõeꝫ. sic rectũ ē sepabile ꝑm rõneꝫ a materia sensibili. eo ꝙ multa sibi accidũt nõ inq̄tũ est in materia. vt tãgere sperá ꝑm punctũ. ꝛ tñ nõ ē sepabile ꝑm rẽ. Et sic argueret. p. ꝙ nlla sit opatio ipi⁹ aie. q: si sit marie eẽt intelligere. ꝫ hoc nõ. q: intelligere vl' ē fantasia quedá vel nõ ē sine fantasia. ꝫ nõ ꝯtingit aiaꝫ intelligere sine corpe: cum fantasia nõ sit sine corpe. Itẽ. oẽs passiões cũ quib⁹ patit corp⁹ ꝛ fiũt cũ motu corpori sunt cões corpi ꝛ aie. ꝫ oẽs passiones aie: vt ira. másuetudo. ꝛ sic de alijs fiũt cum motu corpis. qđ ꝓbat. p. duplici signo. Primũ est q: aliq̄ sunt q̄ in manifestis passionib⁹ ꝛ periclis nũꝙ irascũtur aut timẽt. alij vo a paruis ꝛ debilib⁹ mouent ad irã vel ad timorẽ. qđ nõ eẽt nisi ille passiões fierent ꝑm passionẽ corpis. Secũdũ signũ. aliq̄ sũt q̄ sine aliquo terribili exteri⁹ apparẽti efficiunt timẽtes sicut melácolici. qđ fit ꝓpter interiorẽ transmutatiõeꝫ sui corpis. ergo in illis passiõib⁹ corp⁹ ꝛ aia sil' sunt. ꝛ sic sũt cões toti cõiuncto. Ex dictis infert. p. duo corelaria. Primũ est ꝙ dicte passiones aie hñt diffiniri per materiã: pꝫ. q: ois passio hꝫ diffiniri ꝑ sbm i quo ꝛ a q̄ hꝫ esse. ꝫ passiões aie habent eẽ in corpe ꝛ a corpore. ergo hñt diffiniri ꝑ corp⁹ ꝛ materiã. vt ira diffinit qđ est mot⁹ alicuius ptis corpis ob h̃ ꝛ g̃ra hui⁹. i. ꝓpẽ aliquẽ finẽ. Secũdũ est. ꝙ prius phisici ē ꝯsiderare de aia ꝛ de passionib⁹ ipi⁹. pꝫ. q: phisic⁹ hꝫ ꝯsiderare oĩa q̄ sunt ꝯiuncta materie ꝑm esse et rõem. ꝫ passiones aie vl' oẽs. vel adminꝰ plures sunt cõiuncte materie ꝑm esse ꝛ rõneꝫ. ergo pertinẽt ad phisicũ. Sꝫ ad sciendũ q̄lr diuersimode pñt diffiniri a logico ꝛ phisico

Sciendum est tertio ꝙ predicte passiões possunt tripliciť diffiniri. Uno mõ per formã tm. vt cũ đr ira est appetitus vindicte. nã finis ire ē vindicta. mõ finis ꝛ forma coincidũt. Alio mõ per solá materiá. vt đr ira est accensio seu ebulitio sanguis circa cor. Alia est cõprehendẽs materiã ꝛ formaꝫ vt ira est ebulitio sanguis circa cor ꝓpẽ appetitũ vindicte. Prima diffinitio q̄ solá formá ꝯcipit ptinet ad dyaleticũ q̄ est artista intentionalis formas ꝑm se ꝯsiderans: ꝛ non vt sunt in mãria. ꝛ q: passiones fluunt a forma ꝑm ꝙ est in materia. iõ tales diffinitiões dyaletice sunt vane ad demõstrandũ passiones phisicas. Sed diffinitiones date per solam materiá vel per materiá ꝛ formá simul

pertinent ad philosophiã naturalē. ⁊ vnus alius artifex hꝫ illas illo mõ cõsiderare. Ex quibus infertur ꝙ physicus ꝯsiderat passiones aīe vt sunt in materia fm rē ⁊ intellectũ ad differentiã methaphisici q̃ cõsiderat eas vt sunt separabiles vtroq; mõ. ꝫ methaphisicus cõsiderat passiones separabiles fm intellectũ ⁊ nõ fm esse vt dicebatur q: causant a natura. q: licꝫ passiones artificialiũ sint in materia: tamen nõ sunt de ꝯsideratione physici. q: causantur ab arte ⁊ natura.

Sciendũ est quarto ꝙ duplex ē accñs. s. cõe qđ sequitur principia indiuidui. Aliud qđ insequit principia essentialia spēi ⁊ de isto est hic ad ꝓpositũ. posset tñ intelligi dupliciter ꝙ conferat ad cognoscendũ ꝙ quid est. Uno mõ ꝙ tale accidens cõferat ad cognoscendũ ꝙ quid est ex parte illi⁹ q̃ditatis. ita ꝙ tale accñs fuit principiũ accidentis. ⁊ cõsequenter cognoscant ipsius ꝙ quid est. Alio mõ ꝙ cõferat ex parte cognoscentis. q: s. cognoscens nõ fertur immediate in cognitionē ipsius ꝙ quid est. ꝫ ex accib⁹ venit in cognitionē ipsius.

Tunc sit cõclusio prima. Nulla accñia cõferunt ad cognoscendũ ꝙ quid est ex parte ipsius ꝙ quid est. pꝫ. q: vnũquodq; est cognoscibile inquantũ est in actu. ꝫ accidentia nõ dant esse in actu ipi ꝙ quid est. ergo ex parte ipi⁹ ꝙ q̃d est ñ ꝯferũt ad cognoscendũ ipm. ymo magis impediũt ad cognitionē ei⁹. q: anteq̃ intelligi possit oꝫ ipm denudari ab oibus accidentibus eius.

Conclusio secũda. accidentia ppria magnã ptem cõferũt ad cognoscẽdum ꝙ quid est ex parte cognoscentis siue ex mõ cognoscendi actũ intellect⁹. pꝫ. q: omis effectus proprius ⁊ essentialis hꝫ nos ducere in cognitiõez sue cãe: ꝫ accñia ppria sunt effectus ppꝛij ⁊ essentiales ipi⁹ ꝙ quid est. ⁊ intelligibilia accidẽtia a nob pri⁹ cognoscũtur per sensuꝫ qui ex parte cognoscentis ꝯferũt ad cognoscendũ ꝙ quid est.

Ad rationes ante oppositũ.

Ad primã dicit q̃ q̃d est cõfert ad cognoscendũ accñia demõstratiõe ppter q̃d. ⁊ potissima accñia cõferunt ad cognoscendũ ipꝫ ꝙ quid est demõstratiõe q: est tm. Ad secũdã dꝫ ꝙ eadē sunt principia cognoscendi ⁊ essendi a priori. s. eadē fm ratõ. ꝫ non oꝫ de principijs cognosci a posteriori. q: cognoscimus formã p operationē eius q̃ nõ est principiũ essendi forme ⁊ etiã materie per motũ.

Ad tertiã pꝫ solutio ex dictis. Sequit in tertiũ: Principiũ aũt questiõis apponere.

Queritur quarto vtrũ cognoscibile sit in cognoscẽte fm esse reale. Arguitur ꝙ sic. q: res cognoscunt in suo esse reali ꝫ de reb⁹ nihil cognoscit nisi qđ est i cognoscẽte. ergo cognoscibile est in cognoscente fm esse reale. Secũdo res est in aīa vł realiter vel similitudinarie. Si primũ habet intẽtũ. Si secũdũ cũ similitudo causet ab aliq̃ reali imprimēte suã similitudinem: sequeretur ꝙ res prius fuerit in aīa fm esse reale. Tertio sic aīa est quodãmõ oia vt dꝛ in tertio hui⁹. ergo oia habent esse reale in aīa. In oppositum est phs in tertiũ.

Pro nũc iõe sciẽdũ ē primo ꝙ post ꝙ. p. i. phemio ꝓposuit suã intẽtiõez: pñt fm ordinē pmissum ꝓseqtur suũ intẽtũ. ⁊ prio reprobat opiniones antiquoꝝ de aīa in toto residuo hui⁹ primi. Deinde in secũdo de ipsa veritatē incipit determinare. ⁊ q: q̃lib; res est inuestiganda per ea que sunt sibi ppria. ⁊ per q̃ differt ab alijs ⁊ in nullo sint propria aīalis p que differũt ab inaīatis. s. motus et sensus. per hoc eñ iudicam⁹ aliud esse aīatũ. q: se mouet ⁊ sentit. iõ fm ista duo varia sunt antiq̃ inqrere naturã aīe. q̃dã eñ inuestigauerũt eã ex pte mot⁹. alij vo ex pte sensus.

Sciẽdũ est secũdo ꝙ oẽs philosophi inuestigãtes ex pte mot⁹ in hoc cõuenerunt ꝙ nihil moueat nisi moueat. cũ ergo aīa maxie moueat: cõcludebãt eã maxie mouere. Sed diuersificati sunt. q: Democrit⁹ posuit corpa ꝯstitui ex athomis tanq̃ ex principijs ppt hanc rõez. q: principiũ oꝫ simplex eē et virtuosuꝫ. ꝫ athomi sunt hmõi. q: semp mouent. vt pꝫ i radijs solis intrãtib⁹ p fenestrã ⁊ sic dicit democrit⁹ corpa indifferent cõponi ex q̃buscũq; athomis. ꝫ dicit cõponi aīam solũ ex athomis rotũde figure ignee: eo ꝙ ignis est formalior ⁊ magis actiu⁹ ceteris elemēt. ꝫ aīa actuat ⁊ mouet. iõ dicit athomos aīe eē de natura ignis. ⁊ etiã rotũde figure. q: aīa mouet ad oēm differentiã positionis. mõ rotũditas ē indifferẽs mouere ad omnē partē. Et hui⁹ opiniõis fuit Leusipp⁹. ⁊ ꝯfir-

opinio democriti

leusippi opinio

manit. a signo. qz vita seruatur p respirationē et aspirationē eo q athomi sanguinis mouentur iō aie inspiratio attrahit athomos ne creāt iō q diu aialia respirant nō moriuntur. Sed alij phi cōsiderantes cōueniunt in hoc q posuerūt aiam esse ex athomis. Sed nō dixerūt eā de natura ignis. s tm̄ Archilaus magister Socratis posuit aiaz mouere athomos et nō esse ipos. Sed Anaxagoras dicit aiaz esse intellectū mouentē q nō mouetur. et q aia itelligit in aia et nō in brutis. Sz iste opiniones reprobantur. q: si aia mouetur vt ipi ponunt posset moueri localiter. et sic esset corpus et per pñs diuisibilis. s hoc est impossibile. g impossibile est per se mouere et moueri. Sz ad videndū opinionē inuestigantiū aiaz ex parte sensus et cōicatiōis.

Sciēdū est tertio q oms istiin hoc cōueniūt q cōicatū est in cōicante scd3 esse reale. Dicebant eni simile simili cognosci et cū aia oia cognoscat sequitur q hz similitudinē oim. et q: res sunt in suis principijs nō cōcludebant aiam cōponi ex suis principijs rez vt oia cognosceret. Sed isti diuersificati sunt sicut diuersificati sūt in positione principioz naturaliū. nā sicut Empedocles posuit qtuor principia naturalia. s. qtuor elementa. et duo ctiā. s. litē et amiciciā. ita dicit aiam cōponi ex illis: vt aia corpor Sz Plato ponēs ydeas et numeros principia rerū dicit aiaz cōponi ex ipis. Sz tales ponēs aquā principiū oim dicūt aiam nō esse aquā s esse motiuā oim. iō cū videbat magnetem attrahere ferrū dicebat magnetē hr̄e aiam. Dicit Diogenes aiam esse acrē. et Eraclitus vaporē. s Almeō dic̄ eā imortalē et d natura celi. Sz yperius dicit aiaz esse aquā eo q aq est maxime mobilis. Terqas vero dicit eē sanguinē. q: in aiali nō ē sensus sine sanguine. Et iste opiniōes in istis versib9 cōtinent. Sic sunt ponētes aiam primi sapiētes. ignē Democrit9. Athomos Leu. Pictagoras q3. ponit Anaxagoras intellectu. Empedocles elemēta. Plato ponit nūeros et ydeas. actales aiaz memorabitur esse motiuā. aera Diogenes. Eraclitus esse vaporē. cōparat. Almeon hāc imortalē. ypus. dicit aquā genitam. Terquias ex sanguine natam.

Sciēdū est quarto q res habet duplex esse. s. eē reale qd est eē pfectū et in propria eius natura, et esse eius intelligibile qd est eē diffinitū et deriuatū ab esse sue ppie nature. vt color in pariete hz esse reale. et spēs eius in acre q oculo hz esse intelligibile.

Conclusio responsiua ad qsitū.

Cognoscibile nō est in cognoscēte ↄm eē reale. s ↄm esse intelligibile tm̄. Primū pz. q: si aia cognosceret lapidē p esse reale lapidis: ita q esse cognoscendi lapidē eēt natura lapidis et lapis nō hr̄et aliud esse in aia q extra aiaz seqretur q lapis seipz cognosceret: cū in ipo sit tota ratio cognoscēdi. qd tñ est impossibile. Itē primū in vnoq q gñe ē cā eoruz que sunt post. sed in ordine cognitionū substātie separate sūt prime. ergo nihil participat vtutē cognoscēdi nisi sit quodāmō abstractū a matia. iō videm9 q sensus pcipiēs sine materia et nō sine cōditiōib9 materie ē minus cognoscitiuus q intellect9 q est imaterialior: ergo ñ oz cognitū eē i cognoscēte ↄm eē materiale. Secūda ps pz. q: oē qd cognoscitur ē in cognoscēte ↄm suā similitudinē et hoc ē ↄm esse intelligibile. ideo d: in tertio hui9 q lapis nō est in aia: s similitudo lapidis.

Ad rationes ante oppositum:

Ad primā d: q de reb9 ñ cognoscitur nisi qd ē i cognoscēte p suā similitudinē. s nō oz q illud cognitū sit in cognoscēte ↄm se. Ad secundā d: q res ē in aia ↄm suā similitudinē. et illa similitudo causat ab aliq reali ñ tm̄ existēte i aia. s extra aiaz qd multiplicat suas similitudines ad sensū. et sens9 repñtat fātasmata itellectui et p vtute itellect9 agēt ex ipis spēs itelligibiles i itellectu. iō ñ remouetur act9 corpal i itellectu imprimēs illā similitudinē in itellectu sicut pñtia sigilli ad imprimēdū figurā in cera. Ad tertiā d: q aia nō d: esse aia q sit cōposita ex oibus. s q: est i potētia ad oia q pōt cognoscere et ē receptiua oim spēz sensibiliū et intelligibiliū. et fit vnū cū ipis in eē intelligibili et imateriali. Et hec de questione. et p cōsequēs de toto primo libro de anima.

Sequitur liber secundus de aia.

Que quidē igitur a priorib9 tradita de aia dicta sunt: iterum aūt tanq ex principio redeam9 tēptātes determiare quid ē aia et q magis ppria erit ipius diffinitio.

Irca initiū secūdi libri d' anima q̄ritur primo vtrū aia sit substātia. Arguit q̄ nō. q: ppriū est accn̄ti inesse in subiecto. sed aia est in corpe vt in subiecto ergo. 7c. Secūdo sic. ppriū est accn̄ti diffiniri p subiectū ß aia est hmōi. q: diffinit p corp⁹. ergo nō est suba. Tertio sic. eē p se ē ppriū substātie. ß aia nō ē ens p se. ß existit in sua materia. ergo nō est subā. In oppositū est phs.

Pro responsione sciendum est primo q̄ postq̄. p. i primo libro reprobauit opiniōes antiquoꝝ d' aia. hic 9ūr incipit determinare de ipa fm veritatē 7 opiniōes ppriā. 7 dicit q̄ oꝫ tēptantue determinare d' ipa aia. 7 hoc dicit ppter ei⁹ difficultatē. q: nolebat de veritate inueniēdā psupponere. 7 primo determinat de aia fm se. 7 deinde de potentijs procedēdo a cōionb⁹ ad min⁹ coia. 7 per hoc soluitur vna q̄. ho mota in pmo libro de o die determinādoꝝ circa ipaꝫ aiaꝫ.

Sciēdū est secundo q̄ diffinitio substantie 7 accn̄tis inter se differūt vt habetur 7. methaphisice. q: diffinitio sube ē absoluta 7 nō dat p additamētū. ß diffinitio accidentis dat p additamētū. cui⁹ rō est. q: substantia in materia ppria est ens in se cōpletū nō hn̄s esse alteri inherens. 7 q: diffinitio significat q̄d est esse rei. iō in diffinitione substantie nihil addit extrinsecū. Accn̄s vo nō hꝫ esse nisi p subiectū 7 in subiecto. iō in eius diffinitiōe ponit subm. 7 sil'r q: nulla forma ptis est q̄d in spē cōpletū. iō in diffinitiōe forme ptis semp aliq̄d ponit q̄d est extra eēntiaꝫ ei⁹. iō cū aia sit forma ptis oꝫ q̄ in ei⁹ diffinitiōe ponat materia vel sbm 7 aliq̄d extra ei⁹ suā essentiā. iō. p. volens inuestigare diffinitionē ponit sex diuisiōes aie quaꝝ tres pme valent ad inuestigandā materiā aie. 7 alie tres se tenent ex parte subiecti aie quod ponitur in sua diffinitiōe tanq̄ sue essentie.

Sciendū est tertio q̄ prima illarū diuisionū est diuisio entis i decē pdicamenta. Secunda est diuisio sube in materiā. formā 7 cōpositū. q̄ sic differūt. q: materia fm se nō est hoc aliquid. ß tm̄ in potentia. et sic hoc aliquid. forma etiam non est hoc aliquid: ß est fm quam sit hoc aliquid in actu. Sed cōpositum quod est substantia 9pleta subsistens in vltimo actu nature est hoc aliquid. Et notanter dicitur subsistēs in vltimo actu nature 7 substantia cōpleta. q: licet aia rōnalis ē per se subsistens tm̄ nō est suba cōpleta. q: ē pars spēi 7 substātie cōplete. Tertia diuisio est actus in actū primū 7 secūdū: vt sciētia. sciētia est actus primus. 7 9siderare est actus secund⁹. Sed diuisionū que valent ad inuestigandū subiectū aie. Prima est q̄ substantiaꝝ quedam sunt corporee 7 q̄dam icorpe. inter quas corporee maxime videnł esse substantie. q: sunt nobis notiora alijs. Secunda diuisio est q̄ corpoꝝ quedā sunt phisica. vt homo vel lignū. quedam artificialia: vt scannū. que sic differunt. q: naturalia videntur esse magis substātialia q̄ artificialia. Primo quia sunt principia artificialiū. 7 non ecōtra. Secūdo quia sunt substantie fm materiam 7 formam simul. Artificialia fm materiam tm̄ quaꝫ supponūt a natura. 7 fm formam coꝝ sunt accidentia.

Tertia diuisio: corporum naturalium: quedam habent vitam: 7 quedam non. Unde vitam habere dicuntur que suscipiunt augmentum: decrementū: 7 nutrimentum. tamen non solum per habere augmentū vel nutrimentum aliquid viuere dicitur. sed etiam p hoc q̄ sentit 7 intelligit. sed etiam alia opa vite exercet. nam substantie separate nō nutriuntur. 7 tamen in ipis est vita. q: intelligunt 7 volunt. Unde ex prima triū pmarum diuisionū sumitur q̄ aia est substantia. ex secunda q̄ est forma vel actus. 7 ex tertia q̄ est actus primus. Sed ex prima aliarum trium sumitur q̄d est actus substātie corporee. 7 ex secunda q̄ est actus corporis phisici. 7 ex tertia q̄ est actus corpis in potentia vitam habentis.

Conclusio prima. aia est forma accidentalis. pꝫ. quia nulla forma accidētalis dat esse simpliciter ß psupponit aliquid in esse completo. ß anima dat esse corpori simpliciter 7 in actu. ergo 7c. Aña patet. quia in hoc differunt forma substantialis 7 accidētalis. q: accidentalis dat esse fm quid 7 aduenit enti in actu simpliciter: 7 in potentia scd̄m quid. Sed substantialis dat esse simpliciter 7 aduenit enti in pura potentia scilicet materie prime. Et hoc infert beatus Thomas q̄ vni⁹ rei nō possunt esse plures forme substantiales. q̄ prima faceret esse i

actu simpliciter. Alie vero advenirent enti cōpleto et pfecto in actu simpliciter.

Conclusio secunda anima non est totum compositū. Pz. qz totū cōpositū est hoc aliquid subsistēs subsistentia completa. sed anima non est huiusmodi: sed solum existit vt pars speciei. igitur etc.

Conclusio tertia. anima nō est materia. Pz. qz aia dat eē in actu et dat nomē et rōem ei cui' ē. s materia nullū istorū dat

Cōclusio quarta anima est forma substātialis per primā cōclusionem. pz qz nō est accidētalis et per cōns qz nō est materia nec cōpositū: ergo a sufficienti diuisione est forma substātialis. Ex quo pz responsio ad quesitū qz aia est substātia incōpleta et per modū partis et nō substātia cōpleta q directe ponatur in pdicamento.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dr qz aia nō est in corpore tanq in subiecto cū sit causa actu a q ipa capiat existētiā vt est subiectū accidētis. s solū est in corpore tanq act' substātial' in eo qz ē ens in potētia tm. Ad secūdā dicit qz diffinitio p additamētū nō cōuenit soli accidēti et sic ē sibi quarto mō pprium. s etiā cōuenit cuilibz forme ptis. Ad tertiā dr qz aia hz per se eē sic qz nō est in alio ente. ergo capiat fm subsistētiā. et iō nō ē i alio vt accidēs in subiecto. Seqtur i textu. Necesse est aiam.

Queritur secundo vtrum diffinitio aie sit bn assignata i qua dr aia ē act' primus corpis phisici organici potētia vitā habētis. Arguit qz nō. qz aia est actus sicut scientia vt dr in textu. s scia est act' secūdus. ergo aia nō est act' prim'. Secūdo sic. aia ē act' illi' qd subijcit gnationi. s illud dr materia pria. ergo aia ē act' materie et nō corporis. Tertio sic. aia ē act' corporis vitā habētis in actu. ergo male ponitur vitā habētis in potētia. Quarto sic. act' et potētia dnt inter se pportionari. s aia est act' simplex. ergo dz hre potētiā simplicem. s corp' organicū nō est simplex cū habeat diuersitatē organorū. igit aia nō est act' corporis organici. In oppositū est phus.

Pro responsione sciēdū est primo qz postq phs pmisit diffinitiões valētes ad inuesti gādū diffinitionē aie et nominauit primā ptē diffinitiōis aie. scz qd ipa ē actus cōnter noiat alias ptes vt cōcludat diffinitionē aie in ppis. et pmo ondit qz ē act' prim'. Nā est duplex act'. quidā est prim' sicut scientia. Ali' secūd' sicut cōsiderare. et horū actuū scia ē prior via gnatiōis. nā cōsideratio cōparat ad sciam sicut act' ad potētiā. modo act' lz via pfectiōis pcedat potētiā et in diuersis pcedat ordine gnatōis et pfectionis. tn in eadē potētia pcedit actū via gnatōis. eo qz aliqd pri' ē in potētia q in actu. iō sciētia prior ē gnatōe q cōsideratio. Un manifestū est qz aia est act' prim'. qz in corpe aiato sicut scia remanet i habitu tā in somno q in vigilia et so lū ē cōsiderare i vigilia. sic aia sp manet et sensatio et mot' q sunt act' etiā nō remanent. ergo aia est act' primus.

Sciendū est secundo qz corpus organicū dr qz hz diuersitatē ptium differentiū situ et figura deputatarū ad diuersa opa vite exercēda. diuersitas aūt est organū ps differēs ab alijs situ et figura deputata ad aliquā opationē exercēdā. diuersitas aūt organorū in corpe vitā habente ē necessaria ppter diuersas opatōes. cū enī aia sit pfectissima forma inter formas corporū naturaliū ipa ē principiū multarū opationū ppt qs reqrit diuersitatē organorū in suo pfectibili sz forme rerū inaiatarū ppt suā imperfectionem sunt principia paucarū opationū. iō reqrūt corp' homogeneū eiusdē dispositōis et figure i toto et in ptib'. Ex quo pz qz melior est act' corpis organici q materie prime: q uis aia sit simplex fm essentiam tn ē multiplex in virtutib'. et ille virtutes ad suas opatōnes reqrūt organorū pluralitatē. iō aia requirit habere corpus organisatū.

Sciendum est tertio. qz in vltima parte diffinitiōis dr potētia vitā hntis. qz corp' vitā hns simplex ē et in actu. et sic ē cōpositū. mō cōpositū nō ponit in diffinitiōe forme: s materia tm. Un materia corporis viui est illud qd cōponit ad vitā sicut potētia ad actū. et sic aia est fm quā corp' viuit in actu qd tn de se solū est in potētia ad vitā nō tn est intelligendū qz in corpe ante aduētū aie sit aliqua forma corporis de genere substātie q sibi det esse corporeū et quod det vniuersitm. s aia sibi adueniens dat esse

substantiale corpori cum det vitam et perficit materiam secundum omnes istos gradus perfectionis. et ideo recedente anima non manet idem corpus in specie.

Tunc sit conclusio prima. predicta diffinitio anime est sufficiens. Patet primo quod anima sit actus primus ex prius dictis. et quod sit actus corporis organici. probat philosophus a minori. quia minus videtur quod plante essent organice quam de aliis animatis propter imperfectionem anime vegetatiue que ceteris habet pauciores operationes. sed corpora plantarum sunt organisata. quia ibi sunt diuerse partes ordinate pro diuersis operibus: sicut folium ad copertum fructum et fructiferi illius partis in qua fructus nascitur cortex aut nascitur decopertum substantie arboris: vt cutis ad tegendum carnes animalibus. et radices ordinantur ad suggerendum nutrimentum a terra et proportionantur ori animalis per quod attrahit alimentum. ergo anima est actus corporis organici. Ex ista diffinitione infert philosophus quod non est querenda causa quare ex corpore et anima fit vnum per se: cum ostensum sit quod anima est propria forma hominis. et corpus est propria materia eius. modo non est querenda causa quare ex propria potentia et ex proprio actu fit vnum per se.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam dicitur quod licet scientia sit actus secundus respectu hominis: tamen respectu scientis est actus primus cuius considerare est actus secundus anime. Ad secundam dicitur quod licet anima in ordine forme substantialis sit actus anime per se. tamen in ordine anime inquantum habet talem gradum perfectionis quod potest operari per diuersas virtutes opera vite que requirunt diuersa organa est actus corporis organici. et quia hic diffinitur vt est anima. ideo melius dicitur quod est actus corporis quam materie. Ad tertiam dicitur quod viuere potest capi dupliciter. Uno modo pro esse viuentis secundum quod dicitur in .2. huius quod viuere in viuentibus est esse. et tunc dicitur quod corpus habens animam habet vitam in actu per alterum. sed precise tamen potentia respectu illius vite quamuis sit in potentia actu coniuncta. Alio modo capitur viuere pro operatione vitali vt dicitur actum secundum. et hoc modo corpus habens animam habet vitam in potentia etiam distinctam ab actu. quia non semper in actu habet omnes operationes vite. Ad quartam patet solutio ex dictis. Sequitur in textu. Uniuersaliter quidem igitur.

Queritur tertio vtrum anima rationalis

vniatur corpori organico vt forma. Arguitur quod non. quia nulla potentia que oritur ab aliqua forma potest esse magis eleuata quam forma a qua fluit sed intellectus est separatus et nullius corporis est actus. ergo anima cuius intellectus est potentia non vnitur corpori vt forma. Secundo. eiusdem est potentia et actus. nam idem est quod potest agere et agit sed actio intellectualis non est alicuius corporis actus. ergo nec potentia intellectiua. et per consequens nec rationalis. Tertio sic. quod secundum se habet esse non est forma corporis. sed anima rationalis habet esse secundum se et est subsistens. ergo non vnitur corpori vt forma

Quarto. esse vnitum materie semper conuenit forme quia esse sibi per se conuenit. sed anima rationalis non semper est vnita corpori sed quandoque separata. ergo sibi non vnitur vt forma. In oppositum arguitur per philosophum qui inquit quod est actus.

Pro conclusione sciendum est primo

quod postquam philosophus posuit communem diffinitionem anime. consequenter eam manifestat. et quantum ad ea que ibi ponuntur ex parte anime. et quantum ad ea que ponuntur ex parte subiecti. Quo ad primum ipsam manifestat dupliciter. scilicet per similitudinem rerum artificialium. Secundo ex proportione partium ad totum. Ratio primi est. quia forme artificiales eo quod sunt accidentia causata a nobis sunt nobis notiores quam forme substantiales a natura causate. Ratio secundi. quia partes anime sunt potentie eius que sunt nobis manifestiores ipsa anima. nam ex cognitione obiectorum venimus in cognitionem actuum: et ex actibus in cognitionem potentiarum per quas animam cognoscimus. ideo conuenienter manifestatur diffinitio anime.

Sciendum est secundo quod per similitudinem

rerum artificialium sic ostendit philosophus quod anima sit actus substantialis corporis. nam si dolabra esset corpus naturale sua forma esset actus essentialis eius et de sua quidditate. quia forme corporum naturalium sunt de genere substantie: et de essentia compositi. Et iterum si dolabra non solum esset corpus physicum sed etiam tamen forma dolabre esset anima. qua separata non esset plus dolabra nisi equoce. ergo cum animatum sit corpus forma que est anima est actus substantialis eius et de sua quidditate. et ipsa separata non remaneret amplius corpus naturale nisi equoce. sicut remota forma dolabre non remanet corpus artificiale nisi equoce. Deinde hoc manifestat ex proportione partium ad totum. quia si oculus esset animatus visus esset anima eius. quia visus est forma essentialis oculi. et oculus est materia eius: et deficiente visu non maneret oculus nisi equoce. sicut est oculus lapideus vel depictus. sed sic etiam p

re viuētis vt in oculo: ita in toto viuente. ꝑ sicut visus ē forma substantialis oculi: qua remota nō ē oculus nisi equiuoce. ita aīa ē forma substantialis corporis organici qua remota nō remanet idē corp⁹ in spē.

Sciendum est tertio ꝙ aliquid dr̄ esse in potētia dupl'r. Uno mō qz non habz principiū operationis. Alio mō qz hz principiū operationis. ſ nō operatur ſm ipm. corpus aūt cui⁹ aīa est actus non hz vitam in potētia primo mō: ſ secūdo modo. iō dr̄ in textu ꝙ hūiusmōi potētia nō est abijciēs aīaz. i. vitā. sed semen siue fructus in quo semen ꝯseruat' est in potētia ad principiū vite. qz semē modū hz aīe. ꝛ sic illa potētia abijcit animā. ſ hn̄s animā est solū potētia ad operationē vitalē ꝛ nō ad aīam: nisi loquēdo de potētia cōiuncta. Unde aīa est actus prim⁹ sic visus est actus oculi. ꝛ nō sicut visus qui est act⁹ secundus vel incisio respectu cutelli. Et sic pz ꝙ corp⁹ hn̄s animā habet actū primū lz q̄uis careat actu secūdo. Ex quib⁹ infert philosophus ꝙ aīa est actus corporis. sic partes ei⁹ sunt act⁹ partiū corporis cū nō separet forma ab eo cuius est forma sequitur ꝙ aīa nō potest separari a corpore vel ipa tota vel alique ptes eius. qd̄ dr̄ notanter. qz lz aliq̄ partes eius possint separari: tn̄ ille nō sunt actus alicuius partis corporis.

Cōclusio prima Anima que est actus corporis ſm se totā ꝛ ptes ei⁹. vt est sensitiua in brutis vel vegetatiua in plātis nō ē a corpe separabil' ſm esse. pz. qz talis aīa nō hz operatiōez nisi mediāte corpe sic istrumēto. ꝑ.

Conclusio secūda. Anima rationalis est separabilis a corpe ſm eē. pz. qz nō est totalr a materia cōprehensa. qz hz aliqs potētias nō affixas organo corpali. cū ergo potētia fluens ab aliqua essentia nō sit magis eleuata ꝙ̄ illa essentia: sequtur ꝙ aīa rationalis a qua fluunt tales potētie non est penitus corpori affixa.

Cōclusio tertia. aīa rōnalis vnitur corpori organico vt forma. pz. quia illō quo aliquid formalit' opatur est forma eius qz nihil agit nisi ſm ꝙ in actu. ſ aīa rōnal' ē principiū quo formalr operat' corp⁹ hūanū ꝛ etiā viuit. ergo etiam est forma eius.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dr̄ ꝙ intellect⁹ dr̄ separatus q̄a nō est affixus alicui corpali organo sicut potētie sensitiue. ſ tn̄ ſm esse est corpori ꝯiūct⁹ inq̄tū aīa cui⁹ est virt⁹ corpori cōiungit'. Ad secūdā dr̄ ꝙ aīa rōalis ꝓpter suā pfectōnē nō est totaliter immersa materie: ſ excedit materiā corporis. ꝛ ea parte q̄ excedit pōt habere aliquā virtutē q̄ nō est act⁹ corporis. q̄uis aīa ſm suā sbām sit actus corporis. Ad tertiam dr̄ ꝙ illud qd̄ est ſm se subsistēs per modum suppositi nūꝙ̄ vnit' alteri vt forma. ſ aīa nō subsistit per modū suppositi. ſ solū ꝑ modū spēi. Ad quartū dr̄ ꝙ lz aīa q̄nq̄ sit separata ꝛ nō vnita actualit' corpori tn̄ semp est vnibilis. qz dū est separata hz ꝓpriā inclinationē ad hoc ꝙ ꝓprio corpori reuniatur. Sequitur in textu. Qm̄ aūt ex incertis.

Queritur quarto vtrū propria diffinitio aīe sit bene assignata cū dr̄ aīa ē principiū quo viuimus sentim⁹ ſm locū mouemur ꝛ intelligimus. ꝛc̄. Arguit' ꝙ non. qz ista diffinitio aīe nō cōuenit omī aīe. ergo ē insufficiens. aīs pz. qz per aīam sensitiuā et etiā vegetatiuā nō intelligim⁹. Secūdo sic. diffinitio alicui⁹ dz dari per priora. ſ ista datur per posteriora. qz datur per opatōnes vite. ergo nō est ꝓpria. Tertio. si ista diffinitio cōuenit potētijs aīe. qz ille potētie sūt principia quib⁹ viuim⁹ sentim⁹. ꝛc̄. ꝑ illa diffinitio est insufficiēs. In oppositū est philosophus in textu.

Pro respōsione sciendū est primo ꝙ postꝙ̄ phs posuit diffinitiōez cōez aīe ꝯñr ponit aliā ꝑ quā intēdit illam demōstrare. nā quedā est diffinitio q̄ est demōstratōis ꝯclusio. Alia ē pncipiū. ꝛ qz in demōstratōe oz magis credere pncipijs ꝙ̄ ꝯclusiōi. iō necesse est ꝙ ois demōstratio ꝓcedat ex notiorib⁹ quo ad nos quib⁹ ꝑ demōstrationē notificat' ꝯclusio. Uñ in aliquibus eadē sūt nobis ~~magis~~ nota ꝛ nature: vt in mathematicis. iō in istis demōstratio ꝓcedit ex notioribus ſm naturā ꝛ quo ad nos. ſ in alijs non sunt nobis eadē nota ꝛ nature sicut in naturalib⁹. effectus cm̄ qz sunt sensibiles frequēt' sunt nobis notiores suis causis. iō in naturalib⁹ ꝯuenient' ꝓcedim⁹ a notiorib⁹ nobis et minus ſm naturā not'. ꝛ h̄ gñe demōstratōis hic vtit'. p. intendēs demōstrare vnā diffinitiōez aīe ꝑ aliā. nā quedā diffinitio pōt eē cō

clusio demõstrationis respectu alterius sic in mathematicis exemplū est de tetragono cuius est vna diffinitio: dicēs q: est vt tetragonismus ē ortogonū eqlaterale q̄drāgulo equale altera pte longiori. Alia vo dicit ppter q̄d. vt tetragonismus est medie rei inuētio. i. medie linee inter duo latera equalia quadrangulialtera pte longiori.

Sciendū est secūdo q̄ diffinitio aie prius posita pōt per p̄ñtē sic demonstrari. Illud qd est principiū viuendi est actus primus corporis organici ⁊c. s aia ē principiū viuendi in omibus: vt postea patebit. ergo ē actus primus vt patebit. q̄ ⁊ forma corpis viuētis. Et fm btm Thomā hec demōstratio ē a posteriori ex eo q aia q̄ est forma corporis viuentis est principiū opez vite. ⁊ non econuerso. Sz fm Egidiū de roma ponit esse a priori. Dicit enī q̄ ambe diffinitiōes dant per cām: s prima dat per cām cōez. ⁊ ista dat p cām specialē. iō hec diffinitio ē notior fm naturā q̄ prima. ⁊ etiam quo ad nos. iō pōt aliā d mostrare. nā prima diffinitio data per cām remotā dicit quia est. secūda vo data p cām specialē dicit ppter q̄d. Pōt tn̄ dici saluando vltimā opinionē q̄ si opa vite cōsiderent fm esse in intētione agentis hñt rōnem cause finalis respectu vnius aie cū corpe. ⁊ sic illa demōstratio ē a priori data per finē. Sz si psiderent ille operatōes fm esse in executione sic sunt posteriores: vt sbāle q ī pueniu corpi per aiaz. ⁊ sic ibi ē demōstratio qa est.

Sciendū est tertio q' ad probandū aiam esse principiū viuēdi supponit philosophus q̄ aiata distinguūtur motu ⁊ sensu. ⁊ cū sit multiplex modus viuēdi. q̄ si vnius illorū tm̄ insit alicui illud d: aiatū. Et vltra supponit secūdo q̄ sunt q̄tuor modi viuēdi. Primus est per intellectū. Secūdus ē p sensuz Tertius ē per motū localē. Quartus est p motū alimēti augmenti ⁊ decrementi. nā q̄dam aiata solū nutriūtur augent ⁊ decrescūt: vt plante. Quedā vero p̄ter hec habent sensuz sine motu locali: vt aialia imperfecta: vt cōche ⁊ ostree. Alia cū predictis hñt motū localē. vt aialia bruta pfecta. In alijs vltra reperit intellectus vt in hoībus. Appetitiuū aūt qd est quintū genus potentiaz aie nō facit g̃duz distinctū in viuentibus. q: vbicūqz est sensus ibi est motus appetitus sensitiui. ⁊ ecōtra. iō q̄uis sint quinqz genera potentiaz aie. tm̄ tm̄ sunt q̄tuor gradus viuēdi. ex quibus probatur q̄ anima sit principium viuendi scdm omnes gradus.

Pro quo sit cōclusio prima. aia in plantis est principium viuendi. quia vbicūqz inuenitur vnus modus viuendi ibi aia ē principiū viuendi. s in omnibus vegetabilibus ⁊ plantis inuenitur primus modus viuendi. s. nutrimenti. ergo in ipsis anima est principium viuendi. Et q̄ illud principium non sit natura: s anima. patz. q: natura nō mouet ad ptrarias differentias positōnis. s motus augmenti fit fm loca contraria. quia vegetabilia augent non solū sursum nec deorsum. s vndiqz. ergo tale principiū viuēdi non est natura sz anima. Et q: vegetabilia viuunt q: solum augentur ⁊ decrescūt q̄diu nutriuntur. Ex quo patet q̄ vegetatiuuz est primū inter genera viuendi ⁊ separabile ab alijs. s alia nō possunt ab eo separari. sic tactus separatur ab alijs sensibus: sed non separantur ab eo. ⁊ hoc est verū in mortalibus: sicut dicit tertius. quia in incorruptibilibus intellectiuum separat ab alijs.

Conclusio secūda. aia est principiū viuendi in animalibus. patet. q: aliqd d: esse animal propter sensum. q: lz quedaz animalia sentiant ⁊ moueantur. tn̄ nō soluz illa q̄ mouēt se dicūtur aialia: s omnia que hñt sensum. q: multa sunt aialia q̄ nō mouētur motu pgressiuo vt cōche ⁊ ostree. ⁊ sic sensus facit gradū viuēdi in aialibus. Et inter oēs sensus primus ē sensus tactus. q̄ necessario puenit omi aiali. ⁊ separabil' ē ab alijs. alia vero nō separant ab ipo. q: nō pōt esse aial sine sensu tactus. ergo aia est principiū viuēdi in aialibus. Et sicut pbatū est de istis duobus modis viuendi de quibus est minus manifestuz: potest faciliter probari de alijs duobus qui sunt mouere se localit: ⁊ intelligere.

Ex dictis possunt sumi faciliter diffinitiones proprie partiū aie. Vt vegetatiua ē principiū quo viuimus: nutrimur: augmētamur ⁊ generamur. Sensitiua ē principiū quo viuimus sentimus. Intellectiua vero est principium quo viuimus sentimus fm locū mouemur ⁊ intelligimus.

Conclusio responsiua. predicta

diffinitio anime est sufficienter assignata. Patet ex predictis.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primã dicitur q licet illa diffinitio cõpleta eo mõ quo posita est solũ cõueniat anime intellectiue. q: datr p quattuor grad' viuẽdi q̃ solũ fluũt ab aia intellectiua. tamẽ ex ea possunt elici pprie diffinitiones aliaz animaz. ideo dicitur ppria. Ad secundã dr vt dictũ est. qm̃ principiuz esse operationũ vite põt eẽ prius ipa aia. Ad tertiã dr q aia ẽ pricipiũ pricipale et primũ opationũ vitaliũ. et potentie anime sunt principia proxima et minus principalia. ideo predicta diffinitio non cõuenit potentijs anime. Sequitur in textu. Utitur autem vnumquodq̧ horum.

pp. 476 ar. 4

Queritur quinto: vtrum in eodem homine sint plures anime p essentiam differentes aut etiã preter animã rõalẽ in eo sit ponenda alia forma substãtial'.

Arguitr primo q vegetatiuũ z sensitiuũ essentialr distinguantr ab intellectiuo. q: corruptibile z incorruptibile essentialr distinguũtur. sed aia intellectiua ẽ incorruptibilis. sensitiua vo et vegetatiua sũt corruptibiles. ergo essentialr ab intellectiua distinguũtur. Secũdo sic. q: dr in libro de gñatiõe aialiũ q embrio pri' ẽ aial q̃ hõ. qd nõ essz si essz eadẽ eẽntia aie sensitiue z intellectiue. ergo sensitiuũ et intellectiuũ p essentiã distinguũtur. Tertio sic. gen' sumitr a materia z differẽtia a forma: s3 rõnale qd ẽ differẽtia ↄstitutiua hois sumitr ab aia intellectiua. aial vero dr eo q h3 corp' aiatuz aia sensitiua. ergo aia intellectiua cõparatr ad sensitiuã vt forma ad materiã. z sic eã suscipit sicut materia formã. et p ↄñs p eẽntiã distiguũtr essẽtialr. Simlr argueretr de vegetatiuo z sensitiuo. Quarto ar. q in hoie pter animaz sit vna alia forma substãtialis. q: aia ẽ act' corporis phisici. ad quod cõparatr sicut forma ad materiã. sed corpus habet aliquam formã substantialem per quam est corp'. ergo ante aiaz in ipso corpore erit alia forma substantialis. Quinto arguitur. hõ ẽ mouens seipm. s3 tale diuiditur in partez per se mouentẽ et partez per se motã. sed pars mouens est ipsa anima. ergo alia pars debet esse talis q possit moueri. sed materia prima non potest per se moueri: vt dicitur pmo phisicoz. ergo in quolibet aiali preter animam est alia forma substãtialis. Sexto arguitr. ordo in formis attẽditur scdm habitudinẽ ad materiã primã. ergo si in hoie preter aiaz rationalẽ nõ sit alia forma ipsa anima rõnalis imediate vniretur materie prime. ergo in ordine formarũ esset imperfectissima qd est falsum. Septimo arguitur. corp' humanũ est corp' mixtũ ex elementis. ergo in eo sunt plures forme substãtiales. s. forme elementoz. In oppositũ est Aristoteles. z ratione arguit sic. vni' rei vnicũ est eẽ substãtiale. ergo z vnica est forma substãtialis.

Pro responsione sciẽdũ est primo

q postq̃ phs ostendit aiam esse principiũ viuẽdi scdm diuersa principia vite. ↄsequẽter oñdit qualiter se habeãt ptes aie ad inuicẽ fm quas aia est principiũ vite. z etiã quomõ se habeãt ad aiam. et circa hoc mouet duas questiones. Prima est q cuz aia que est principiũ viuendi sit determiata vegetatiuo sensitiuo motiuo scdm locũ an qdlibet hoz sit aia vel pars aie. Secũda q̃stio est si vnũquodq̧ istoz sit pars aie vtrũ separentur abinuicẽ scdm rationem tm̃. aut etiam loco z subiecto. ita q in vna parte sit vnũ z in alia parte aliud.

Sciendũ est secundo. q duplices

sunt potentie anime: quedã sunt vniuersales q̃ diffundũtur p totũ corp'. Alie sunt potentie que solum sunt in determiatis organis: sicut visus: auditus: z olfactus.

Tunc sit conclusio prima potẽ-

tie aie vegetatiue adinuicẽ distingunt rõne solũ z nõ loco z subiecto. Ex quo pt3 q lic3 in eodez sit vna aia vegetatiua tm̃ in actu sunt tm̃ plures in potẽtia. q: in potẽtia multiplex est. z hoc est pp̄ter eius impfectionem Prima ps p3. q: cuiuslibet potẽtierõ est ad actũ et obiectũ. q: ab obiecto actus capit spẽm ergo diuersitas obiectoz arguit diuersitatẽ actuũ et diuersitas actuum diuersitatẽ potẽtiarũ. S3 act' potẽtiaz aie vegetatiue diuersi sunt: vt nutrire diuersum ẽ ab augere. ergo tales potẽtie rõe z specie differũt.

Conclusio secunda potẽtie vni-

uersales aie sensitiue. sc3 sensitiuũ appetitiuũ et motiuum scdm locũ nõ distinguũtur

subiecto sed ratione tm̄. et hoc debet intelligi in eodem. Prima pars patet. q2 quedaʒ sunt aialia imperfecta quorū partes decise viuūt. q2 lʒ aia est actu vna est tm̄ multiplex in potētia. quelibʒ cm̄ pars decisa sentit vt pʒ. q2 si pungat̄ se retrahit. hʒ etiā motū ꝺm locū: vt pʒ ad sensum. ergo in eadeʒ pte est motiuū et sensitiuū. Sʒ vbicūq; ē sensus necessario ē fantasia. ꝛ etiā appetit⁹. q2 necessario ad sensuʒ seqtur ꝯmitatio delectatio vel tristitia. ꝛ ꝑ ꝯñs si pars decisa sētit vt manifestū est. hʒ appetitiuū et motiuū scđm locū. ergo nō distinguūtur subiecto. Sʒ ꝙ distinguātur rōe ꝓbatꝫ sic ē de potētijs aie vegetatiue. Sʒ aduertenda ꝙ hic intelligitur de fantasia indetermiata q nō hʒ actuʒ nisi mediāte sensibili actu ꝑsente. et nō intelligit̄ de fantasia determiata que hʒ determinatū organū in cerebro. Aduertendū insup ꝙ nō intelligit̄ ibi de motu ꝺm locū ꝓgressiuo. ꝫ itelligit̄ ꝺ motu dilatatōis ꝛ ꝯstrictōis.

Cōclusio tertia. potentie particulares distinguūtur in eodē loco et subiecto et etiā rōe. vt visiuū ab auditiuo. Patet q2 oēs tales potētie sunt organice. ꝫ organa distinguūtur loco ꝛ subiecto. ergo et ille potētie distinguūtur adinuicē. Sʒ ꝙ distinguātur rōne pʒ. q2 inter diuersos act⁹ et diuersa obiecta. diuersa ē rō. nō potētie capiunt diuersitatē specificā ab actib⁹ et obiectō. Uerū ē tm̄ ꝙ sensus tact⁹ q2 cōis toto aiali et est primus in toto corpe. iō nō est distinctus loco ꝛ subiecto ab alijs. ꝫ fundant̄ omnes sensus supra ipm tactū.

Cōclusio quarta potentia intellectiua distincta ē a sensitiua ꝛ vegetatiua. Pʒ. q2 est alteri⁹ generis ꝙ ꝑdicte potentie cū nō sit virt⁹ organica. est etiā potentia ꝑpetua et alie corruptibiles. ideo separat̄ ab alijs sicut ꝑpetuū a corruptibili. Relinquit tm̄ phūs sub dubio. an habeat organum in corpore. et postmodū hoc manifestabit.

Sciendū est vlterius ꝙ dupliciter pōt intelligi ꝙ diuersitas potentiarū ꝑsupponat diuersitatē aiarū. Uno mō in diuersis: ꝛ sic manifestū est ꝙ presupponat.

Alio modo in eodē. ꝛ tunc de isto modo est ad propositum.

Sciēdū est quarto ꝙ quibusdā oēs. quibusdā vero quedā. alijs vero vna potētia sola inest cuicūq;. ergo inest vna sola potentia oportet ꝙ illa sit aia. sicut vegetatiuā in plātis est aia vegetatiua. Sʒ quibuscūq; insunt plura quodlibet illorū est potētia. tm̄ aia denoiatur semꝑ a pncipali pte. vt in homine denominatur intellectiua ab intellectiuo. in aiali vero denoiatur sensitiua a sensitiuo. ꝛ ꝑ hoc patet.

Conclusio responsiua ad q̄situ scʒ ꝙ in eodē nō sunt plures aie per essētiā distincte licet sint plures potentie accidentales. nec etiā sunt plures forme substātiales distincte ꝑ essentiā. Per rōnem post oppositū factā. Pʒ etiam aliūde ex modo ꝓdicationis. q2 illa que sumūtur a diuersis formis nō ꝑdicant̄ de se inuicē. vel ꝑ accidens si nō sint adinuicē ordinate vt cū dicim⁹ albū est dulce. Uel si forme sint ordinate erit ꝑdicatio in secūdo mō dicēdi per se. q2 subiectū ponitur in diffinitōe ꝑdicati: sicut cuʒ dicimus corp⁹ supficiatū est coloratū est secūdus modus dicēdi per se. Si ergo alia ē forma a qua corp⁹ dicitur viuū. ꝛ a qua aliquid dicit̄ aial. et a qua dicit̄ homo. ergo vnū horū nō ꝑdicabitur nisi de ꝑ accidens si forme nō habeant ordinē adinuicē vel ꝙ ibi sit predicatio in secūdo mō dicēdi per se si vna sit ꝑambula ad aliā. hoc aūt est incōueniens. q2 aial est de diffinitōe hois et corpus aiatū de diffinitōe aialis. Sic ergo pʒ ꝙ in hoie nulla alia forma substātialis ē nisi aia intellectiua. ꝛ sic sicut ipa virtualiter continet aiam sensitiuā et vegetatiuā ita et oēs formas inferiores. ꝛ ipa sola facit in homine quicqd imꝑfectiores forme. Et ita manifestum est si ponerent in homine alie forme imꝑfectiores ꝙ supfluerēt. Et simili͛ dicendū est de aia sensitiua in brutis et vegetatiua in plātis. ꝛ vniuersaliter de omnib⁹ formis imꝑfectiorib⁹ respectu formarū ꝑfectarū. Ex omnib⁹ ꝑcedētib⁹ pʒ falsitas opinionis Platonis q ponit plures aias i vno corpore. qb⁹ diuerse opa vite attribuebat. dicebat eñ nutritiuā esse in epate. sensitiuā in corde. cogitatiuā in cerebro. sed hec opinio improbata ē q̄tū ad illas ptes aie q organis corporeis in suis opatōib⁹ vtūtur ex eo ꝙ in aialib⁹ que decisa viuūt in qualibet pte inueniūtur diuerse opatiōes anime. Posset tñ illa opinio sustineri si poneret̄ ꝙ

anima vniretur corpori nõ vt forma: ſ vt motor mobili. modo oſtenſuz ẽ prius ꝙ aĩa vnitur corpori vt forma.

Ad rationes ante oppoſitum.

Sciendū est tertio ꝙ vox ēst repercussio aeris respirati. sola eñ aialia respirantia dicūtur vocare. ⁊ iō aialia non habētia sanguinē non respirant. ⁊ quedam aialia habentia sanguinē non vocāt: vt pisces. ⁊ si pisces quandoqꝫ dicantur vocare: sicut pisces qui sunt in athileo. i. in illo flumine. vel mari: hoc est ideo ꝙ cum brachijs vel cū alio hmōi faciunt sonū similē voci: qui tamē non est vox. Unde quattuor sunt gña aialiū sanguinē nō habentia: vt dicit in libro ꝺ aialibus. s. aialia mollis carnis extenus: vt sunt sepie. ⁊ aialia mollis teste: vt cancri. et aialia dure teste: vt conche ⁊ ostree. ⁊ aialia que sunt corpis anulosi: vt apes ⁊ formice. nullū eñ hoꝝ hꝫ sanguinē necꝫ vocāt.

Sciendū est quarto ꝙ cor ⁊ pulmo sunt partes vehemēter calide. iō reqrūt aerē refrigidantē ⁊ temperantē calorē coꝝ. iō natura in aialibus hñtibus pulmones q̄ habēt magnū calorē ad cor ordinauit respirationē aeris ⁊ aspirationē ad refrigerium cordis. ⁊ sic habet pulmo in respiratione ad modū follis recipientis ⁊ emittētis aerē. ⁊ p talem aspirationē ⁊ respirationē mēbra pncipalia. s. cor ⁊ pulmo excellēter calida tēperanꝫ in calore. Ex quo pꝫ ꝙ anima vtiꝫ aere respirato ad duo opera. s. ad mitigationē caloris cordis tanꝙ ad aliquod necessariū. et ad locutionē ⁊ formationē vocis tāꝙ ad id quod est de bene esse ⁊ nō necessariū simpliꝫ sicut etiā natura lingua ad duo opera vtiꝫ. scꝫ ad gustū qui est necessari⁹ inq̄tum est discretiuus alimenti cōuenientis a discōuenienti. ⁊ etiā ad locutionē que non est necessaria simpliciꝫ. ꝭ bene de bene esse. vox eñ fit p arteriaꝫ vocalē tanꝙ per ppriū organū. quia aer respirat⁹ ⁊ tractus ad cor ⁊ pulmonē in virtute aie repercutiꝫ ad arteriā vocalē in q̄ repercussione fit vox. ⁊ ita arteria vocalis ē organū vocis. est eñ arteria vocalis quedā vena vel aliquid sile vene que est iuxta guttur ⁊ ꝯtinuatur lingue ⁊ pulmoni. ⁊ dicitur via spūs siue aeris. sicͭ vena ꝺ: via sanguis sic pꝫ in quo modo causaꝫ vox. Causaꝫ eniꝫ qñ aer respiratus ⁊ attractus circa cor ad pulmonē per virturē aie repercutiꝫ ad arteriam vocalē. ⁊ in illa repcussione fit vox. ⁊ oꝫ aerē aspiratū retinēri. q: sine aere respirato non fieret vox.

Istis pdictis poniꝫ conclusio responsiua ad q. Diffinitio vocis est sufficiēter assignata. Patet per ea que requiruntur ad bonā diffinitionē. poniꝫ eñ repcussio tanꝙ genus. ⁊ est ibi pdicatio causalis ⁊ nō formalis. Et p hoc ꝙ ꝺ: aeris respirati ab aia. excludūtur soni facti ab inaiatis. ⁊ p hoc ꝙ ꝺ: ad arteriā vocalē excludūtur soni q̄ fiūt per alias partes inaiatas. per hoc etiā ꝙ ponitur ab aia excludūtur soni qui fiunt ex necessitate nature: sicut tussis. Et q: oñis vox fit mediāte ymaginatiōe ⁊ appetitu. ⁊ ita ois vox signat naturaliter vel appetitū aie vel aliquā ymaginationē sui vel alteri⁹ rei. vel etiam signat ad placitū. voces eñ aialium

brutoꝝ signant appetitū aīe cū aliq̄ ymagi natiōe. ⁊ voces humane articulate signant ad placitū ex impositiōe. Ex quo potest pate re ꝙ in formatione vocis tria sunt. s. ꝑcutiens quod est ipa aia cū sua vi motiua. ⁊ ꝑcussuꝫ quod est arteria vocalis. ⁊ mediū qd̓ est aer respiratus. Et ꝯ cū aia sit forma totius corporis. ⁊ in qualibet parte tota sit ꝑm essentiā: tn̄ principalr̄ dꝫ esse in corde ꝗ̄tum ad vim motiuā. ⁊ ita aia dicit̄ esse in corde ⁊ pulmone. q: in illis partib⁹ principaliter operat̄ cū cor sit principiū vite. vox aūt dꝫ esse vbi opatur. Ex quo pꝫ ꝙ sola aialia respirantia que hn̄t pulmonē ⁊ arteriā vocalē formāt voces

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam dꝫ ꝙ ibi est ꝑdicatio cālis. et est sensus: vox est causatus ex repercussione. Ad secūdā pꝫ solutio ex dictis. Ad tertiam dicendū ꝙ ois vox in vl̄ est naturalis ⁊ signat naturalr̄: tn̄ aliqua vox ꝑut est articulata signat conceptū mentis ad placitū. nihil eī ꝓhibet aliqd̓ in vniuersali cōceptū esse naturale: ⁊ tamen ꝑm quandā circūstantiam esse voluntariū ⁊ ad placitū. sicut punire latrones ē de iure naturali. ꝭ punire ipos hoc vel illo mō cadit sub iure positiuo et est ad placitū. Sic̄r naturale eſt homini loqui ⁊ vocare. ꝭ taliter vl̄ taliter ⁊ ꝑm talē de articulationē est voluntariū. Ad aliā dꝫ ꝙ alij soni non sunt ab anima ꝓpter appetitū vel ymaginationē: ꝭ propter nature necessitatē.

Sequitur in textu. De odore aūt ⁊ olfactibili min⁹ bn̄ est determinabile.

Queritur vicesimosecūdo vtrū

odor sit propriū obiectū olfact⁹. Arguit̄ ꝙ nō. q: propriū obiectū alicui⁹ potētie dꝫ esse adequatū illi. ꝭ odor non adequat̄ olfactui. Tum primo. q: aliquis est odor qui non ꝑcipitur ab olfactu nr̄o: ⁊ aliquis q̄ nō percipit̄ ab olfactu brutoꝝ. sicut odor rosaꝝ. Tuꝫ secūdo. q: olfactus non solū percipit odorabile. ꝭ etiam nō odorabile. vt habet̄ in textu. igit̄ ⁊c. Secūdo sic. odores ꝑcipiuntur a gustu. q: bene sapida bn̄ odorāt. ergo odor non est propriū obiectū olfactus. In oppositū est Aristoteles in textu.

Pro responsione sciendū ē pri

mo ꝙ postꝙ ph̄s determinauit de visibili ⁊ visu. audibili ⁊ auditu. ꝯiter determinat de odorabili ⁊ olfactu. Licet enī odores cognoscant̄ per sapores. prius tamē agit Aristoteles de odorabili ⁊ odoratu qui percipit suum obiectū per medium extraneum: sicut visus ⁊ auditus. ꝙ de sapore ⁊ gustu q̄ percipit suū obiectum per mediū intraneū.

Sciendum est secundo: ꝙ difficilius est determinare de odoribus ꝙ de coloribus ⁊ sonis. Cui⁹ ratio est. q: homo inter cetera animalia hꝫ maius cerebrū in proportione ad alias partes corporis. Cerebrū autē est humidū ⁊ frigidū. ⁊ odor consistit in calido et sicco. et q: organū dꝫ esse proportionatū suo obiecto: oportet organū olfactus esse calidū ⁊ siccum. quia ergo in homine organum olfactus contrahit humiditatem ⁊ siccitatē a cerebro qd̓ est maximum in nobis: iō habent sensum peiorē alijs animalibus. ꝓpter quod homines differentias odoꝝ medioꝝ nō discernūt nisi referendo ad sapores. ꝭ solū excellentes odores facientes delectationē vel tristiciā. Unde sicut quedā aialia duros oculos habentia: vt sunt locuste. non percipiūt parua visibilia. ita etiā nos n̄ odoramus nisi odores excellentes.

Sciendū est tertio ꝙ q: nos nō

bene percipimus differentias odoꝝ discernimus eas per analogiam ⁊ proportionem ad gustū. Cuius ratio est. q: homo est optimi gustus ⁊ mali olfact⁹. ideo discernit spēs odoꝝ per species sapoꝝ. Et aūt habeat certissimū gustū. pꝫ ex eo ꝙ gustus est quidam tactus. tactus eī in hominib⁹ est certissim⁹: eo ꝙ complexio hominis inter cetera aialia maxime est reducta ad equalitateꝫ: ⁊ recedit ab excellentia qualitatū primaꝝ. ita ꝙ organū tactus in homine inꝗ̄tuꝫ possibile est denudatū est ab excellentijs qualitatū primarum. Ex quo sequitur ꝙ homo est prudentissimū animaliū. q: in genere hominū ex sensu tactus percipimus ꝙ aliqui sūt ingeniosi ⁊ aliqui non. quod non facim⁹ ex alio sensu. q̄ enim habent carnē durā ⁊ malū tactuꝫ sunt inepti mente. qui vero sunt molles carne ⁊ habent bonū tactum sunt apti mentē. vt dicit ph̄s in textu. alia eī aialia hn̄t durioꝛē tactū ꝗ̄ hō. Unde signū boni tactus est raritas in cōplexione. tenuitas vnguiū. suauitas carnꝫ ⁊ subtilitas oculoꝝ.

Istis notatis sit cōclusio respō

siua ad q. Odor est propriū obiectū olfact⁹

probatur hec cōclusio sicut ꝓbatū est de co lore ꝛ sono. nihil em̄ percipit ab olfactu nisi odor ꝛ reducibile ad odorē sicut em̄ visus ē visibilis ꝛ inuisibilis. ꝛ auditus audibilis ꝛ inaudibilis. ita olfactus est odorabilis ꝛ inodorabilis. Sꝫ nō odorabile dicit̄ multipliciter. aūt ꝙ oīno non pōt hr̄e odorez: sicut corpa simplicia. aut q: hꝫ parū de odore: vt quidā lapis: ꝛ q̄daz gn̄a metallorꝫ. aut quod puuz habet odorē: sicut sulphur. ꝛ ita de inuisibili. ꝛ nō audibili. sil̄r de nō gustabili. ꝛ nō tāgibili. ista aūt sil̄r multipliciē dicūtur.

Dubitatur prio vtruz aptitudo mentis magis correspōdeat bonitati tact⁹ q̄ visus. Videt̄ ꝙ nō. q: visus est spūalior inter om̄s sensus. ꝛ plures rerꝫ differentias nobis ostendit. iō d: cōiter vt etiaz dicit. p. ꝙ visus ꝛ auditus sens⁹ mor⁹ discipline. tactus aūt inter oēs alios sensus est mag̃ materialis et vicinior potentijs vegetatiuis. Oppositū dicit. p. in. t. Ad dubiū r̄ndet̄ ꝙ duplici de cā bonitas mentis corr̄ndet bonitati tactus. Prima est. q: tactus est fundamentū oim̄ sensuū. organū em̄ tact⁹ expādit̄ per totū corpus ad modū rethis. ꝛ ex sensu tact⁹ hꝫ aial ꝙ sit aial. iō cū hꝫ meliorē tactū hꝫ meliorem naturā sensitiuā. ꝛ cū bonitas sensus sit dispositio ad bonitatē intellectus cū nihil cognoscam⁹ nisi ꝑ ministeriū sens⁹ seq̄tur ꝙ qui habent meliorē tactū meliorez hn̄t intellectum. Ex hoc aūt ꝙ aliq̄s hꝫ meliorē visum vel auditū nō propter hoc simpliciter d: melioris nature sensitiue: nisi solū ſm quid. s. in illa parte in qua est visus vl auditus. Secūda est q: bonitas tactus ꝯsequit̄ cōtemperantiā in cōplexione. Et q̄uis organū tactus nō possit esse oīno denudatum a q̄litatibus tangibilibus: co ꝙ est compositū ex quattuor elemētis. oꝫ tn̄ ꝙ sit ī potentia ad excellentias qualitatū tangibiliū per hoc ꝙ est reductū ad medium. ꝛ q̄to organū tactus est magis reductū ad medium tanto magis tact⁹ ꝑcipit excellentias qualitatū tangibiliū. ꝛ tanto cōplexio corporis ē melior. ꝛ cū ad bonā cōplexionē corpis seq̄tur nobilitas aie. q: omis forma ꝓportionatur materie ꝛ aie insequūtur corpa: vt dicit ph̄s in libro de phisonomia: sequitur ꝙ qui sunt melioris tactus sunt melioris aie ꝛ ꝑfectioris mentis: si mentē habeant.

Dubitatur secūdo cū homo habeat certissimū tactū quare sp̄es odorꝫ dn̄ominant̄ a sp̄eb⁹ saporꝫ magis q̄ a q̄litatib⁹ tangibilib⁹ q̄ ꝑcipiūtur tactu. Rn̄det̄ ꝙ cā ē. q: odor ꝛ sapor sumūtur ex cōmixtiōe q̄litatū elemētorꝫ. sapor em̄ sumit̄ in calido ꝛ humido aqueo digesto. odor aūt in sicco humido aereo. ꝛ iō sp̄es odorꝫ magis r̄ndent sp̄eb⁹ saporꝫ q̄ simplicib⁹ q̄litatib⁹ tangibilib⁹ ꝛ ita noiam⁹ sp̄es odorꝫ ꝑ sp̄es saporꝫ eo ꝙ hēm⁹ bonū gustū ꝛ malū saporatū ꝛ ꝓpter affinitatē ꝑdictā quā hn̄t odores ad sapores

Dubitat̄ tertio an semper sp̄es odorꝫ correspōdeāt speciēb⁹ saporꝫ sic ꝙ illa q̄ habent dulcē odorē habeāt dulcē saporē. Rn̄det̄ ꝙ nō sp. Cui⁹ cā est. q: sapor cōsistit in hūido aqueo aliqualit̄ digesto ꝑ calidū z odor aūt ꝯsistit in hūido aereo aliq̄liter temperato ex actione enchimi sicci in ipm. ꝯtingit aūt quādoq̄ vtrāq̄ substātiā. s. subtilem aereā: ꝛ aqueaz esse certius cōmixtā ſm debitā cōmixtionē. ꝛ sic suauitas odorꝫ ꝛ saporū correspōdēt sibi inuicē. Si vo sit debito mō ꝓportionata in vno ꝛ nō in altero erit ī vno suauitas ꝛ non in altero. Et sicut dictum est de dulci ꝛ amaro que sunt extrema in saporibus: ꝛ transferūtur ad odores extremos. ita etiā noia saporꝫ mediorꝫ attribuūtur odorib⁹ medijs. sicut em̄ d: sapor acetosus auster⁹ pōtic⁹. acut⁹: ꝛ pinguis. ita noiant̄ odores

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā d: ꝙ nihil percipit̄ ab olfactu nisi sub rōe odoris. ꝛ ita nō odorabile ꝑcipitur ab olfactu ꝑ q̄to est priuatio odoris nō oꝫ etiā ꝙ qdlibꝫ genus aialiū ꝑcipiat quoscūq̄ odores. q: accidit olfactui in cōi ꝙ sit in organo sic disposito in tali sp̄e aialis vel tali: Ad secūdā d: ꝙ odores nō ꝑcipiunt̄ a gustu. q̄uis em̄ odorabile sit gustabile per accn̄s. nō tn̄ est intelligendū ꝙ odor ꝑcipiat̄ a gustu. vt satis declaratū est pu⁹ Sequitur in textu. Est aūt olfactus ꝛc̄.

Queritur vicesimotertio vtrum odor multiplicet̄ realit̄ ꝑ mediū aut solū intētionalit̄. Arguit̄ ꝙ multiplicet̄ realiter. q: vt dicit Auicēna poma odorifera ꝑ hoc ꝙ odorant̄ desiccant̄ ꝛ ꝯhūt rugas: qd̄ nō eēt nisi esset realis defluxus odoris a corpe odorifero. Secūdo. odor est quedam fuma

lis euaporatio. vt dicit. p. in de sensu et sensato. fumalis autem euaporatio est aliquid reale igitur diffunditur realiter. Tertio. experti sunt venatores quod quedam bestie silvestres quando appropinquant loco in quo debent quiescere faciunt quosdam magnos saltus vt interrumpant via canibus vt canes non possint eas inuenire. sed cum se mouent ab eis resoluuntur quidam vapores per quos a canibus inueniuntur. quod non esset nisi odor esset quidam realis defluxus. In oppositum arguitur tribus rationibus commentatoris Prima ratio. quia cygni et vultures venerunt a quinquaginta miliaribus ad bellum troianum propter corpora occisa. et tamen si cadauera fuissent resoluta igne vltra cuius raritatem non est maior tamen non potuissent se diffundere per tale spacium et maxime cum odor orbiculariter diffundatur. ergo oportet odorem multiplicari intentionaliter in medio. Secunda ratio est. Si odor multiplicaretur realiter per medium sequeretur quod duo corpora essent simul et quod esset penetratio dimensionum. Tertia ratio. corpus simplex non potest esse subiectum odoris eo quod odor est qualitas secunda. ergo oportet quod sit in aliquo subiecto mixto et non in aere. si multiplicetur realiter hoc est impossibile vt patet per precedentem rationem. quia esset penetratio dimensionum.

Pro responsione sciendum est primo quod postquam p. determinauit de odorabili consequenter determinat de immutatione medij et organi odoratus ab odorabili. et primo de immutatione medij.

Pro quo sciendum est secundo quod proprium medium odoris est aer aut aqua. quod probat. p. quia tam aialia aquatica quam aialia in aere viuentia: siue habeant sanguinem siue non: percipiunt odorem a longe eo quod currunt de longinquo ad nutrimentum. quod non esset nisi mouerentur ab odore.

Sciendum est tertio quod quidam dixerunt omnem sensum perfici per quendam contactum. ita quod oportet sensus et sensibile se tangere ad hoc quod fiat sensatio. sed tamen aliter assumpserunt hoc accidere in visu et aliter in alijs sensibus. quia dixerunt quod a visu egrediuntur linee visuales procedentes vsque ad rem visam. et per hoc quod tangunt visibile perficitur visio Sed in alijs sensibus dicebant econuerso quod sensibile venit ad sensum: sicut manifestum est in gustu. et tactu. et similiter in auditu. nam sonus venit ad auditum per motum localem. et similiter dicebant in olfactu quod a corpore odorifero egreditur quedam fumalis euaporatio in qua est odor quod deuenit ad sensum olfactus. Illi autem qui nihil perceperunt de immutatione spirituali. s. antiqui: solum considerauerunt immutationem realem et materialem. modo in alijs sensibus apparet manifeste quedam materialis immutatio. soni enim et odores deferuntur per medium et impediuntur per ventos. similiter corpus tangibile et calidum et frigidum calefacit medium realiter. Et ideo dixerunt in istis quattuor sensibus sensibile venire ad sensum. sed quia colores in medio non impediuntur per ventos. etiam quia species colorum sunt similiter in aere. non sic autem est in alijs sensibus. et ita isti non percipientes immutationem spiritualem: quare dixerunt quod visus fit extramittendo per emissionem luminis a visu ad rem visam. sed quia percipiebant immutationem qua medium immutatur ab alijs sensibilibus dixerunt talia sensibilia venire ad sensum

Conclusio responsiua ad quesitum.

Odor multiplicatur in medio realiter vsque ad certam distantiam: et vltra intentionaliter. Prima pars patet. quia odores impediuntur per ventos quod non esset si solum intentionaliter multiplicarentur in medio. ventus enim non impedit multiplicationes coloris in medio agitur et cetera. Et etiam hoc probant rationes et exempla adducta ante oppositum. Secunda pars patet per rationes factas post oppositum. Pars aliunde. quia sensibile positum supra sensum non facit sensationem. ergo oportet quod intentionaliter odor multiplicetur per aliquam partem medij.

Dubitatur primo qualiter organum olfactus immutatur ab odore. Dicendum quod odor vsque ad certam distantiam multiplicatur realiter et defertur cum quadam fumali euaporatione et vltra immutat medium intentionaliter. et medium motum immutat organum olfactus. quod quidem olfactus est in potentia ad odores sicut visus ad colores.

Dubitatur secundo vtrum homines et alia aialia habeant eundem sensum olfactus. Arguitur quod non. quia si sic: similiter odorarent. sed non similiter homines odorant nisi respirando neca longe nec a prope. sed quedam alia aialia sine respirando odorant. Oppositum tamen arguitur duabus rationibus textus. Prima ratio est. potentie distinguuntur per actus et actus per obiecta. sed est idem obiectum odoratus hominis. et aliorum animalium. quia tam homines quam alia animalia percipiunt odores per olfactum. igitur habent vnum et eundem sensum olfactus.

Secunda ratio. eiusdē potentie sunt eadem corrūpentia. sed sensus odoratus in hominib⁹ et aliis aīalib⁹ corrūpitur a fortib⁹ odorib⁹ sicut a sulphure. ergo hūt eundē sensū

Ad dubiū rūdet phūs q tam aīalia respirantia q̄ nō respirātia hūt eūdē sensuz odoratus. sed solum est differentia in modo odorandi qui nō variat sensus. Prima pars pz p rationes factas post oppositum dubii. Secūdā partē declarat. p. q: sicut aīalia hūtia palpebras in oculis nō vidēt nisi palpebris eleuatis et aīalia hūtia oculos duros sine palpebris statim vident ea q̄ sunt in loco lucido. ita etiā aīalia respirātia hūt organū olfactus coopertū quodā cooperculo et nō possunt odorare nisi eleuet hmōi cooperculū p respirationē. aīalia vero nō respirātia nō hūt cooperculū supra organū odorat⁹. et ita statiz odorāt in aere vel aqua sine respiratōe. verū est tn̄ q nō est oino simile: sed ē dissimilitudo in hoc q homines et aīalia respirantia hūt peiorē olfactū q̄ aīalia nō respirantia. sed ecōtra habentia palpebras habent meliorē visum q̄ nō habentia palpebras q̄ hūt duros oculos. quia nō immutant nisi a fortib⁹ coloribus. Animalia vero habentia palpebras hūt oculos claros et faciliter immutātur ab omni genere colorum. et ppter hoc ad defēsionem oculorum habent palpebras. Un̄ dicit textus q ppriuz est homini nō odorare sine respiratione. non tamen ppriuz in quarto mō. sed in secundo modo qd cōuenit omni. sed nō solum fuit necessitas respirādi in odorādo puenit ex hoc q organū olfactus in homie est coopertū et clausum ppter caliditatē et humiditatē cerebri qd maius est in homie q̄ in aliis aīalib⁹ scdm q̄ntitatem corporis. ideo vt eleuetur illud cooperculū quo coperit organuz olfactus in homine in odorando indiget respiratione.

Dubitatur vltimo circa vnum

notabile prius positum quare magis fit spūalis immutatio a visibili q̄ ab aliis sensibilib⁹ immutantib⁹. Rūdet q cā est. q: visibiles q̄litates insunt corporib⁹ corruptibilib⁹ scdm q cōmunicāt in aliq̄ materia cōi. scz i dyaphanitate cū corporib⁹ incorruptibilib⁹. et ideo qualitates visibiles hūt esse formali⁹ et nobilius q̄ reliqua sensibilia que solū inueniūtur in corporibus corruptibilib⁹. et ita visibile immutat totū mediū spūaliter.

Ad rationes ante oppositum:

Ad primā d. q odor multiplicat realiter vsq ad certā distantiā. verū est tn̄ q poma eius odorata desiccant. et sic cōtrahūt rugas ppter exalationē humorū manu tenentium pomū. Ad secundā d: q ibi est pdicatio causalis. odor est fumalis euaporatio. sensus eīn est q odor multiplicat per fumalem euaporationē. vel q odor est in fumali euaporatione vt in subiecto. Tertia rō bene pbat q colores vsq ad certā distantiā multiplicantur realiter i medio. Ad rōes post oppositū pōt dici. Ad exēplū pmētatoris q p flatū ventorum de prelio illa fuerūt q̄dā fumales euaporatōes resolute a cadaueribus vsq ad locū in quo erāt cygni et vultures. vl pōt dici q vultures et cygni venerunt ad cadauera nō q: mouerēt a cadauerib⁹. sed q: sūt aues altissimi volat⁹ et acutissimi vis⁹ p quē q vidēt cadauera. Vl pōt dici q odores cadauerum multiplicati sūt i medio primum realiter. et partim intētionaliter. Ad tertiā d: negādo. qa ppter hoc nō sequitur q duo corpa sint simul q̄uis enī fumalis euaporatio sit q̄dā corpus subtile in q ē odor. tn̄ pōt recipi in aere eo q aer sibi cedit. q: ē facilis diuisiōis. Et ad aliā d: q odor realr ē in fumali euaporatōe sic̄ i subiecto. Possz tn̄ dici q odor possz eē in aere vt i subiecto. q: aer iste q ē ppe terrā nō ē elemētū purū: sed ē quodāmō mixtū vt posita dicit i illo. 2. q aer fert. sed spēs odoris multiplicati sūt in aere intētionalr vt in deferēte

Sequitur text⁹. Gustabile aūt et c.

Queritur vicesimoquarto vtrū

sapor sit ppriū obiectū gustus. Arguit q nō. obiectū gust⁹ se dz hre ad obiectū tact⁹ sicut inferius ad superius. sed sapor non ptinet sub obiecto tact⁹ qd est ipe qualitates pme igit et c. maior pz. q: gust⁹ est quidā tact⁹. ergo gustabile dz esse quoddā tangibile. et hoc etiā habet in textu. minor pz. q: sapor nō est q̄litas tangibilis. Secūdo illud ē obiectū gustus sub cui⁹ rōe fert gust⁹ in oē illud in qd fert. sed sub rōe hūidi saliualis gust⁹ pcipit oē illud qd pcipit. ergo hūidū saliuale ē obiectū gustus. In oppositū ē phs in textu.

Sciendum est primo q postq̄

phūs definiuit d visibili gustu. audibili. et auditu olfactibili et olfactu. pnt definiat de gustabili et gustu. et q: circa quodlibz sensum

mia sunt osideranda .s. mediu̅ obiectu̅: et organu̅. ideo in presenti q̄stione videbitur de his tribus per ordine̅. primo tn̄ de medio. secu̅do de obiecto: et tertio de organo.

Sciendu̅ est secu̅do q̄ omnis sensus percipit suu̅ obiectu̅ per aliquod mediu̅. Nam sensibile positu̅ supra sensum no̅ facit sensatione̅. Sz duplex est mediu̅: quodda̅ est intraneu̅: et aliud est extraneu̅. Un̄ visus: auditus: et olfactus pcipiu̅t sua obiecta p mediu̅ extraneu̅: puta per aere̅ vel aqua̅. Sed gustus et tactus percipiu̅t sua obiecta p mediu̅ intraneu̅: et est extremitas lingue. Sz 9 hoc obijcerek pbando q̄ mediu̅ gustus no̅ sit intraneu̅. q2 si in aqua dissoluak corpus sapidu3 puta mel. et essemus in aqua distantes ab illo corpore nos sentiremus illud corpus esse sapidu̅: et hoc per mediu̅ extraneum. Ru̅det phs ad hoc q̄ nos sentim9 sapores tal' corporis p̄ q̄to miscek aque. sicut apparet in potu in quo si ponak mel pcipim9 dulcedine3 eius. no̅ ergo sentimus sapore3 talis corporis p̄ q̄to miscek aque. sed sapore̅ in aqua immutata a tali corpe que quide̅ aqua immutata ta̅git lingua̅. Cuius signu̅ est. q2 min9 intense immutat gustu̅. eo q̄ ille sapor debilitatur per admixtione̅ aque.

Ulterius sciendu̅ q̄ nihil sentik per gustu̅ sine humiditate. sicut em̄ no̅ videtur color sine lumie: sic nec sapor sine humido. o3 g̅ om̄e gustabile h̄re hu̅iditatem actu vel pote̅tia. actu quide̅ sicut est hic quod sumik per modu̅ pot9 vt vinu̅ vl' aliq̄d h̄moi. pote̅tia vo sicut est aliq̄d q̄d sumik p modu̅ cibi: et propt̄ hoc o3 q̄ sit saliua in ore. et sit etia̅ sup lingua̅ vt possimus recipe om̄s sapores. ita q̄ ista saliua no̅ habeat alique̅ sapore̅ in se. s̄ sit indifferens ad om̄n sapore̅. non tn̄ intelligendu̅ e̅ q̄ saliua sit pp̄riu̅ et primu̅ mediu̅ gustus. ymo caro q̄ est supra lingua3 Deinde videndu̅ est de obiecto gustus.

Pro quo sit co̅clusio respo̅siua ad .q. q̄ sapor est pp̄riu̅ obiectu̅ gustus. probatur hec 9clusio sicut pri9 probatum est de colore in ordine ad visum. nihil em̄ percipit gustus nisi sapidu̅: vl' insapidu̅ p̄ quanto insapidu̅ reduciк ad sapidu3 sic tenebra ad luce̅. Sed q2 gustabile actu est quodda̅ hu̅idu̅ aqueu̅ q̄d est potabile. io̅ videk q̄ potabile et no̅ potabile sint principiu̅ eo3 q̄ gustu pcipim9. gust9 em̄ pcipit ambo. s̄ vnu̅ vt co̅ueniens .s. potabile. aliud vt prauu̅ et corruptiuu̅ gustus sicut no̅ gustabile. Un̄ potabile e co̅e est tactui et gustui. na̅ est tact9 vt humidu̅. et e̅ gust9 vt sapidu̅. na̅ hu̅idu̅ aqueu3 est principiu̅ sapori. q2 sapor fundak in hu̅ido aqueo. et nu̅q̄ percipik sapor sine tali hu̅ido quia no̅ pot̄ esse in actu sine eo. Deinde videndu̅ est de organo gustus.

Pro quo sciendu̅ est quarto q̄ organu̅ gustus est quida̅ neruus diffusus supra latitudine̅ lingue. q̄d quide̅ organu̅ no̅ d3 actu esse hu̅idu̅. nec d3 e̅e tale q̄ no̅ possit fieri humidu̅ sicut organu̅ visus no̅ d3 h̄re alique̅ colore̅. s̄ esse susceptiuu̅ colo2. gustus em̄ patik a gustabili sicut quilibet sensus patitur a suo sensibili. mo̅ gustabile in actu est hu̅idu̅ in actu. io̅ o3 organu̅ gustus esse hu̅idu̅ in potentia. et cu̅ iam passu3 est actu e̅ humectatu̅. saluak tn̄ in sua natura vt possit gustare. ita o3 q̄ de sua natura sit pseruatum ab intensa hu̅iditate et intensa siccitate. et hoc p3 a signo. nam lingua exn̄s sicca no̅ potest gustare. neq3 exn̄s valde humida. q2 q̄n̄ est valde humida hu̅iditate pcede̅te tunc in ea fit sensus primi hu̅idi. et no̅ supuenie̅tis. sic cu̅ aliquis gustauerit forte̅ sapore̅ et postea gustet aliu̅ sapore̅ non pcipiet. q2 adhuc manet gustus saporis in lingua. sic̄ in febricita̅tibus q̄bus om̄ia videnk amara. q2 sentiunt p lingua̅ plena̅ amara humiditate .s. colera. sic ergo p3 q̄ organu̅ gustus d3 esse tale in pote̅tia quale est gustabile in actu. Sed tunc mouentur aliqua dubia.

Dubitatur primo vtru̅ gustus sit quida̅ tactus. Videk q̄ no̅. q2 si sic. ee̅t q̄da3 spe̅s tactus. s̄ spe̅s no̅ ponit in numeru̅ contra gen9. ergo no̅ esse̅t q̄nq3 sensus exteriores. Oppositu̅ m̄ dicit .p. in textu. Ad dubiu̅ ru̅dek q̄ gust9 et tact9 possunt dupl'r capi Uno mo̅ q̄tu̅ ad actu̅ sentie̅di. et isto mo̅ gust9 est q̄dam tact9. q2 pcipit suu̅ obiectu3 tangendo et pcipit etia̅ suu̅ obiectu̅ p mediu̅ intraneu̅ sic̄ tact9. et etia̅ gustabile est quodda̅ tangibile. q2 om̄e sapidu̅ est hu̅idu̅. Alio mo̅ p̄nt 9siderari gust9 et tactus q̄tu̅ ad sua obiecta formaliter accepta. et sic o3 dicere q̄ sic se h3 obiectu̅ gust9 ad obiectu̅ tact9: ita se h3 sensus gust9 ad sensu3 tact9. et q2 sapor q̄ est obiectu̅ gust9 e̅ q̄litas secu̅da: et no̅ aliqua

q̄litatū tāgibiliū simpliciū.ideo ipse sapor causat a q̄litatib⁹ tangibilib⁹.ꝛ fundat in hūido sicut in natura ꝓpria.ideo etiā sensus gust⁹ n̄ est id qđ sensus tactus.ſ; in eo radicat ꝛ fundat sicut sapor fundat in hūido. Un̄ hūidū inq̄tū hmōi nō immutat sensum gust⁹. ſ; inq̄tū sapidū.ꝛ hoc ē qđ solet dici cōib⁹ v̄bis ꝙ gust⁹ pōt dupl'r ꝯsiderari. Uno mō vt est discretiu⁹ sapoꝝ.ꝛ sic nō est necessari⁹ omni aīali. Potest etiā capi vt ē q̄dam tact⁹ ꝓut scʒ ꝑcipit q̄litates tāgibiles: ꝛ ꝓut ē sensus alimenti.ꝛ isto mō est necessari⁹ omī aīali.ꝛ est q̄dam tact⁹. Un̄ dicebat in tertio ethicorū ꝙ temꝑantia nō est circa delectatiōes gustus accipiēdo gustū primo mō.scʒ vt est discretiuus sapoꝝ.nā probatores vinoꝝ ēēnt intemꝑati.sed intemperantia est circa delectationes gust⁹: vt gustus est quidā tactus.

Dubitatur secūdo scilicet quot sunt spēs saporis. R̄ndet ꝙ sunt septe. scʒ. dulce.amarū.pingue.salsuʒ.acre siue acetosum:seu austerū.ponticū:siue stipticū.ꝛ acutū.quaꝝ sufficientia sic pōt hēri. q: ois sapor aut est med us:aut extrem⁹. Si extrem⁹:sic sunt sapor dulcis ꝛ amar⁹. Si medi⁹:hoc ē dupl'r.aut est medius ꝑ eque distantiā ab extremis:aut non. Si primū:sic est sapor acutus.si secundū:hoc est duplicit̄. aut mediat inter dulce ꝛ acutū:aut inter amarū ꝛ acutū Si primū:hoc est dupl'r. q: vel magis appropinquat dulci:ꝛ sic ē pingue. vel magis acuto.ꝛ sic est acre austerus.si vero mediet inter amarū ꝛ acutū. hoc est dupl'r. q: vel mag' ꝓpinquat amaro:ꝛ sic est salsus. vel acuto: et sic est pontic⁹ sapor: cui⁹ saporis sunt fruct⁹ nondū maturi. Et est aduertendū ꝙ licet sapor causetur a q̄litatib⁹ primis ꝛ ꝯria sunt q̄ maxime a se distant. tñ ſm maximā distātiā q̄litatū primaꝝ nō attēdit contrarietas nec differentia in speciebus saporis: ſ; in ordie ad gustū. Un̄ nō est necesse dulce vel amarū eē maxime calidū vel frigidū.humidū vel siccū.ſ; decet ꝙ habeant imutare gustū cū horrore vel suauitate. Pʒ igit' r̄nsio ad q̄situm. pʒ de obiecto medio ꝛ organo gust⁹. Determinare aūt de natura ꝛ ḡnatiōe sapoꝝ ꝑtinet ad lib:ū de sensu ꝛ sensato. ideo ad p̄ns sufficiat ostendere q̄d sit obiectū organū ꝛ mediū gustus. Tunc ad rationes āte oppositum latis patet ex dictis. Sequitur in textu. De tangibili autem.ꝛc.

Queritur vicesimoquito vtruʒ sensus tactus sit vnus sensus aut plures. Arguit' ꝙ sit vnus.q: si tactus esset pl'es seq̄ret ꝙ essent plures sensus exteriores q̄ quiꝗ.ꝯ̄ns est fl'm.igit'.ꝛc. Secūdo arguit' sic sensus tactus capit vnitatē a subiecto. ſ; potentia actiua hʒ vnū subiectū siue organū.s. quendā velū expansum ꝑ totū corp⁹ ad modū rethis.ergo tactus est vn⁹ sensus Tertio sic.si tact⁹ nō esset vn⁹ sensus hoc eēt q: esset pluriū ꝯrietatū ꝑceptiu⁹.ſ; nō ꝓpt' hoc est plures.q: etiā q̄libet alioꝝ sensuū est ꝑceptiu⁹ ꝯrietatū pluriū.s.visus ē albi ꝛ nigri: turpis ꝛ pulchri.audit⁹ etiā ē ꝑceptiu⁹ acuti ꝛ grauis circa vocē.magnū ꝛ paruū:aspe rū ꝛ lene.igit' tact⁹ nō propter hoc est pl'es: q: ꝑcipit plures q̄litates. Ad oppositum est p̄hs in textu.

Sciēdū est primo ꝙ postq̄ philosophus determiauit de visibili ꝛ visu. audibili ꝛ auditu.odorabili ꝛ odoratu. gustabili ꝛ gustu.ꝯ̄nt' determiat vltimo de tangibili ꝛ tactu.q: int' oēs alios sensus tact⁹ est mi⁹ sp̄ualis q̄uis sit fundamētū oiʒ alioꝝ.

Sciendū est secundo ꝙ quātū ad ea q̄ inquirenda sunt circa tactū eadem ratio ē de tactu ꝛ tangibili. nā si tact⁹ nō sit vn⁹ sensus ſ; plures nō erit vnū gen⁹ tāgibiliū ſ; pl'a. Mouet igit'.p. duas dubitatiōes circa tactū.quaꝝ prima ē p̄ns q̄stio. Secunda est de organo tactus an sit caro: vel q̄d.

Sciendū est tertio ꝙ organum tact⁹ ēt vnū subiectū:ꝛ diuersuʒ formaliter ꝛ rōne.nā organū tact⁹ est q̄dā neru⁹ expansus ꝑ carnē ad modū rethis cōsistēs in proportiōe media q̄litatū tangibiliū.ꝛ ita ē cuʒ ille neru⁹ sit vn⁹:organū tact⁹ ē vnū naturaliter.ſ; est diuersuʒ formal'r.q: organū aliꝗ cui⁹ sensus est q̄dā ꝓportio armonica medians inter sensibilia ꝯria quoꝝ ipe sensus est perceptiu⁹.ita ꝙ sensus app̄hendit illa quorū ipe est media ꝓportio.ꝛ q: sensus tact⁹ ē ꝑceptiu⁹ pluriū ꝯrietatū per se nō reducibiliū ad vnū gen⁹ ꝑmū q̄ sunt:calidū:frigidū:hūidū:ꝛ siccū oʒ organū tact⁹ eē mediū pluriū ꝯrietatum.ꝛ organū tactus formaliter non esse verum.

Conclusio responsiua ad q̄situ. Sensus tact⁹ ē vnū subiecto ꝛ nūero.sed est

plres bm formā siue spēm. Prima ps pz. qa accñs nūerat ad nūerationē subiecti. s tact⁹ est in vno organo idiuiso p totū corp⁹ expā so. iō tact⁹ ē vn⁹ vnitate subiecti. Secunda ps pz. q: potētie distinguūtur p act⁹: z act⁹ p obiecta. cū igit tāgibilia nō pnt reduci ad vnū gen⁹ primū. q: in vnoq̄ gñe ē tm̄ vna prima ɔ̄rietas. oz q tact⁹ sint plres. q: qlibet sensus ē pceptiu⁹ vni⁹ ɔ̄rietatis prime z vni⁹ gñis q̄uis possint accipe plres ɔ̄trarietates p subdiuisiōez. sic sensus cōis. vel etiā p acci dēs: sicut sensus pticularis. vt visus cogno scit pulchrū z turpe. in gñe aūt tangibiliuz sunt plres ɔ̄rietates p se: quaz vna n̄ ɔ̄tinet sub altera. z nō reducūt ad vnū gen⁹ primū z sunt ɔ̄rietates p se z p accñs. Est tm̄ aduer tendū q ɔ̄rietas qlitatū tangibiliū q̄dāmō reducit ad vnū subm̄ z ad corp⁹ mixtū in q̄ sunt q̄ttuor qlitates tangibiles reducte ad mediū. z maxie in corpe aialis. s nō reducūt ad vnū subiectū qđ sit gen⁹ primū illaz cō trarietatū non eñ posset assignari gen⁹ pri mū ad quod reducūtur calidū: frigidū: hūi dū: z siccū. oēs aūt ɔ̄rietates pcepte a q̄cūq̄ sensu reducunt ad vnū gen⁹ primū. Pz igit q sensus tact⁹ est vn⁹ materialit. s plres for malit. Et hoc etiā pz a signo. nā si p totū cor pus gustarem⁹ sicut p totū corp⁹ tāgim⁹ ni hilominu⁹ gustus eēt distinctus a tactu bm rō nē z formā. sic nūc est dicendū pp̄ter diuersi tatē obiectoz. z tm̄ gust⁹ z tact⁹ videret vn⁹ sensus. s q: solū gustam⁹ p linguā: z p oīa istos tangim⁹. iō manifesta est diuisio p gu stū z tactū silr etiā q: p totū corp⁹ pcipimus vtrūq̄ gen⁹ tangibiliū videt nobis q tact⁹ sit vnus sensus pp̄t vnitatē z indiuisionez organi bm materiā. z tamen plures forma lit vt dictū ē. igit pz solutio prie dubitatōis

Dubitatur secūdo vtrū caro sit

organū tact⁹ in aialib⁹ hñtib⁹ carnē. z in nō habētib⁹ aliqđ pportionabile carni sit etiā organū tactus. Et arguitur q sit caro. quia ad tactū carnis statim tangim⁹ z sentimus tangibilia. ergo caro est organū tact⁹. Pro dubio sciēdū est q caro nō est organū tact⁹ s est mediū intrinsecū z generale in sensu. z se habz caro vel aliquid pportionabile car ni ad sensum tact⁹ sicut aer z aqua ad sensū visus z olfactus. si eñ aer circūdās nos eēt cōnaturalis nobis z de substātia nr̄a videre tur nobis q ille aer esset organū visus: audi tus: z olfact⁹. cuz sint mediū. vt videremur vno organo: vno sensu sentire sonū z odo rē. z ita videret nobis q vnus audit⁹ et ol fact⁹ essent vn⁹. pz. q: illud mediū distiguit a nobis. ideo manifestū est q nō est organū aer eñ z aqua: z gñaliter quodcūq̄ corpus simplex non potest esse pars corpis aiati. oz eñ oē corpus aiatū esse firmū vt possit cō sistere. mō aer z aqua sūt corpora simplicia: z ita ex ipsis pure non ɔsistit corpus aiatuz z ita oz q corpus animatū sit mixtū ex terra aere: z aqua. cuiusmodi est caro q̄ est mediū connaturale gust⁹ z tact⁹: z nō organū. nūc illud inductū ad probandū oppositū ē suffi ciens signū. q: si aliquis extenderet sup̄ car nē aliquā pelliculā aut telam subtilē statim cū tangeret illa pellicula sentiret. z tm̄ ɔstat nō esse in illa pelle. z si pellis illa fieret nob cōnaturalis citius per eā sentiremus. q̄uis igitur ad tactū carnis q̄ est cōnaturalis nob statim percipiamus tangibile: non seq̄tur p̄ pterea q caro sit organuz tactus. sensibile eñ positū supra sensum nō facit sensationē. z ita si caro esset organū tact⁹ z apponeret immediate aliquod tangibile supra carnez non sentiret. oz igitur q caro sit mediū tāgi bile: z nō organū.

Ad ratiōes ante oppositum.

Ad primā rñdet q q: sensus tact⁹ est vn⁹ numero dicim⁹ q solū sunt q̄nq̄ sensus ex teriores. nihil tm̄ phibet aliq̄ esse eadē nūero z subiecto z distincta bm spēz. Et hoc mō re spōdet ad secundā. Ad tertiā d: q aliqui sensus exteriores nō sūt pceptiui pluriū ɔ̄ri etatū primaz primo z per se. ymo qlibz ali⁹ a tactu est pceptiu⁹ tm̄ vni⁹ ɔ̄rietatis per se. s q: in vno gñe possunt esse plures ɔtrarie tates post primā vel post modū subdiuisio nis vel per accñs. iō vnus sensus percipiēs vnā primā cōtrarietatē sub illo gñe pōt acci pere oēs cōtrarietates ɔtentas sub illa pri ma diuisione per modū subdiuisiōis. z etiā pōt accipe omnes cōtrarietates p accñs re ducibiles ad illā primā. sicut sensus cōis pci pit vnā primā cōtrarietatē immediate: z ta men cognoscit etiā oēs cōtrarietates pcep tas p sensus particulares. cōtentas sub illa prima cōtrarietate. similiter visus percipiēs album z nigrum que sunt prima contraria sub colore pcipit. z pulchrū z turpe circa co lore p accidēs. nec pp̄ter hoc ē plrs sensus.

& sensus tactus vt dictū est ē perceptiu⁹ pluriū cōtrarietatū pmarū que nō ptinentur sub vno gñe pmo. iō tact⁹ nō ē plures sensus. Seqtur textus. Dubitabit aūt.

Queritur vicesimosexto vtrum inter tangens ⁊ tactū sit semp idem mediuʒ

Arguit qꝫ nō. qꝛ si sic sequeret qꝫ esset processus in infinituʒ in corporib⁹ tangibilib⁹ ⁊ tactū. pñs est falsum: ⁊ pbaꝛ pña. qꝛ si capiantur duo corpora que se tangant vl' videantur se tangere. aut ibi inter illa ē corp⁹ medium aut nō. si nō habetur intentū. si sit medium. aut inter illud mediū ⁊ corpus est mediū vel nō. si sic habetur intentū: ⁊ arguetur vt pri⁹. ⁊ sic oportet dicere qꝫ inter tāgens et tactum nō sit semp mediū vel qꝫ pcedatur in infinitū. Secundo sic. illa dicūtur se tangere: quoꝝ extrema sunt simul ⁊ inter quoꝝ extrema nullū est medium. ergo inter tangens ⁊ tactū nullum est corp⁹ medium. Tertio arguitur si ponatur manus in aqua manus tāgit aquā et nō per mediū igitur. Quarto arguitur. capiaꝛ corp⁹ durum et acutuʒ vt stilus et applicetur alteri corpori duro vel carni. tūc manifestū est qꝫ perforabit ⁊ penetrabit illud corpus. quod nō esset si inter actioneʒ stili ferrei ⁊ corpus penetrabile esset medium. In oppositum est philosophus in textu.

Pro responsione sciēdū est primo qꝫ postqꝫ phūs ostendit qꝫ in sensu tact⁹ requiriꝛ medium intrinsecū ⁊ naturale qđ ē caro. pñter ostēdit qꝫ etiā tact⁹ qñqꝫ imutat p medium extraneum.

Pro quo sciendū est secundo qꝫ cum omne corpus habeat tres dimēsiōes illa corpora non tangūt se immediate que habent aliquod corp⁹ mediū. hūiditas aūt est quedaʒ qualitas que nō est sine corpore in quo est. ⁊ ideo si sint corpora existentia in aqua que habeant extrema per que tangūt humida. oportet qꝫ inter illa sit humidū vl' humectū. ⁊ ita qꝫ sit corpus mediū.

Ex hoc patet conclusio responsiua. Inter quecūqꝫ duo corpora dura se tāgentia siue in aere siue in aqua est corp⁹ mediū. Probatur primo de aqua. qꝛ corpora que se tangūt in aqua sunt humida vel humectata. & humiditas nō ē sine subiecto corporeo. ergo necesse est inter illa corpora esse subiectū. qđ nō potest esse superficies sola sine corpore. ergo oportet esse aquam mediā et similiter pbaretur de aere. qꝛ aer est subtilior qꝫ aqua. ergo semper oportet inter tangens et tactū aerem mediare. Ex quo pꝫ qꝫ tactus cōuenit cuʒ aliis sensibus in hoc quod est habere mediū extraneū. licet nob latet eo qꝫ tangibile est magis ppinquum tactui qꝫ alia sensibilia. ⁊ etiam licet nobis magis lateat qđ sit mediū in aere qꝫ in aq. eo qꝫ semp sum⁹ in aere: sicut etiaʒ latet aialia habitātia i aqua mediare aerē que ē subtilior aqua ⁊ minus pceptibilis.

Sciēdū est tertio qꝫ gustus ⁊ tactus differenter imutāt per mediū extraneū et alii tres sensus. qꝛ mediū extraneū in visu: auditu: ⁊ olfactu. se habꝫ actiue pro qꝫto ipm immutatū a sensibili immutat sensum. & mediū extraneum in tactu nō se habꝫ actiue. & simul imutatur ipm extraneū ⁊ ipse tactus queadmodū pcussus per clipeuʒ simul pcutitur cum clipeo. nō eñ pcutitur clipe⁹: vt percutiaꝛ clipeatus. & simul clipeus ⁊ clipeatus. Sꝫ instaret aliqs. qꝛ pri⁹ ordine naturę tangitur clipe⁹ qꝫ clipeatus. ergo simul nō pcutiūtur. Item p prius in tempore mediū extraneū humectaꝛ qꝫ organū tact⁹ pcipiat caloreʒ aut humiditatē. qualitates eñ tangibiles imutant mediū realiter qđ non pōt esse sine successione. in visu aūt nulla est successio. imo simul imutaꝛ. ergo differētia assignata inter illos duos sensus scꝫ tactuʒ ⁊ gustuʒ ⁊ alios tres sensus nō est cōueniēs Ad hoc dicitur qꝫ qñ dicitur qꝫ simul immutatur mediū ⁊ organū gustus et tact⁹. intelligendū est qꝫ li simul tollit ⁊ remouet ordinem causalitatis. qꝛ in gustu ⁊ tactu immutatio medii nō est cā imutatōnis organi. eo qꝫ organū gustus ⁊ tact⁹ potest mutari sine medio extraneo. ⁊ ita mediū extraneum nō de necessitate requiriꝛ ad gustuʒ ⁊ ad tactū & accidit gustui ⁊ tactui qꝫ immutētur p medium extraneū. qñ tamen imutantur p medium intraneū pri⁹ tempore imutaꝛ mediuʒ extraneū qꝫ organuʒ: vt prius arguebatur. & in visu auditu ⁊ olfactu imutatio medii extranei requiriꝛ de necessitate. qꝛ sine tali mutatione nullo mō potest fieri sensatio in istis ⁊ sensus. ⁊ ita in ipis nō simul immutaꝛ medium extraneuʒ ⁊ organū sensus, vt li simul

excludat ordinē causalitatis tm̄. in visu eniꝫ imutatio mediꝫ extranei ē cā imutatōis visꝰ et tn̄ simul tpe ⁊ nō natura imutaꝛ mediū extraneū ⁊ organū visus. Pꝫ ergo q̄liter diversimode requiriꝛ mediū extraneū in gustu ⁊ tactu et sic de aliꝭ sensibus. sꝫ in gustu et tactu mediū intraneū qđ est caro vel aliq̄d ꝓportionale carni ⁊ nō h̄ntibꝰ carnē se habet actiue. ⁊ est de necessitate. ⁊ p̄ꝰ causalitate imutaꝛ q̄ȝ gustꝰ. sicut dictū ē de medio extraneo respectu alioꝝ triū sensuū. ⁊ ita caro ē mediū gustꝰ ⁊ tactus sicut extraneū medium est vere mediū alioꝝ sensuū.

Dubitatur primo. cur sensꝰ tactus inueniꝛ in q̄libet ꝑte corꝑis aīalis. ⁊ n̄ alij sensus. R̄ndeꝛ ꝙ causa ē. q: tactꝰ ꝑcipit ea in q̄bꝰ cōsistit vita aīalis ⁊ etiā cōseruat vitā aīalis. iō natura ordinauit ꝙ tactꝰ eēt diffusus ꝑ totū corpꝰ vt q̄libꝫ ꝑs aīalis posset ꝑcipere ⁊ sentire suū corruptiuū. ordinauit etiā natura ꝙ ipm̄ mediū tactꝰ esset nobꝭ cōiūctū: vt efficatiꝰ sentiremꝰ nociua. Alij vero sensus sunt de bñ esse ⁊ discernūt ea q̄ nō statim corrūpūt aīal. iō nō oportuit ꝙ essent diffusi ꝑ totum corpus.

Dubitatur secūdo vtrum organū tactus sit calidū frigidū humidū aut siccū. Arguiꝛ ꝙ sic. q: organū tactꝰ est pars aīalis qđ hꝫ corpꝰ cōpositū ex quattuor elementis. Oppositū arguiꝛ. q: sensus debꝫ eē denudatꝰ a suo sensibili. ergo cū tactꝰ ꝑcipiat q̄litates sensibiles oportet ꝙ nullā habeat in actu. Ad dubiū r̄ndeꝛ ꝙ organuꝫ tactꝰ nō pōt eē oīno denudatū a q̄litatibus tāgibilibꝰ sicut arguebat. Denudaꝛ tn̄ ab ipsis q̄tū est possibile. q: organū tactꝰ ꝯsistit in q̄dā medietate tāgibiliū. ⁊ ita denudatū ꝯsistit ab excellentijs q̄litatū tāgibiliū. iō tactus ē in potētia ad tāgibilia sicut mediū ē in potētia ad extranea. Ex q̄ sequiꝛ ꝙ cū hō sit temperatissime ꝯplexionis q̄litates sensibiles tāgibiles sūt maxie reducere i eo ad mediū. ⁊ iō hō hꝫ optimū tactū. Ex quo seq̄tur vlteriꝰ ꝙ tactꝰ nō ꝑcipit eque calidū aut eque frigidū sicut ē suū organū. q: sensꝰ dꝫ esse in potētia ad suū sensibile ſ̄ ꝑcipit excellentias qualitatū tāgibiliū. sicut eñ alij sensus sūt oīno denudati a suis sensibilibꝰ. ita oꝫ ꝙ tactꝰ sit denudatꝰ ab excellētijs q̄litatum tangibiliū vt posset ea ꝑcipere.

Dubitaꝛ tertio vtrū aqua possit tangi siue etiā aer. Circa hoc aduertendū est ꝙ cōmentator Auerroys dicit ꝙ corpora nostra nō possunt imutari a qualitatibus elemētaribꝰ. ⁊ cām assignat: q: cum mediū sentiendi debeat eē denudatū a sensibꝰ. ⁊ aer ⁊ aq̄ sūt media tāgendi: vt ꝓbatū ē. oꝫ ꝙ aer ⁊ aqua denudentꝛ a q̄litatibꝰ tāgibilibus a nobis. ītra dicit Cōmentator ꝙ solum possumꝰ ꝑcipere ꝑ tactū qualitates tāgibiles corpoꝝ mixtoꝝ ⁊ nō simpliciū. Dicit secūdo ꝙ sic nō pōt fieri ignis frigidus igne manēte. ita nec aq̄ pōt fieri calida aq̄ manēte. Dicit eñ ꝙ in aq̄ sūt corꝑa subtilia i q̄bꝰ recipiꝛ caliditas. iō videꝛ nobis aq̄ calida. Sꝫ in istis duobꝰ est defectꝰ. qđ pꝫ de p̄mo q: corꝑa nr̄a silr̄ se h̄nt ad motū ⁊ ad locuꝫ naturalē sicut elemēta i eis ꝯ̄stantia: ſ̄ vnuꝫ elemētū patiꝛ ab alio. ergo etiam corꝑa nr̄a possunt pati ab elemētis. Itē nota ꝙ qđ est in potentia pōt trāsiri ab eo qđ est i actu ſ̄ corpora nostra cū ꝯsistūt in quadā medietate tangibiliū sunt in potentia ad excellentias tangibiliū. ergo p̄nt imutari ab ipsis et ꝑ ꝯn̄s magis imutari ab elementis q̄ h̄nt in quadā excellentia qualitates tangibiles q̄ȝ a corporibus mixtis q̄ h̄nt eas in esse remisso. hoc etiā est cōtra experientiam. et iste Auerroys ꝓteruit. q: nesciuit distinguere inter elementa vt sunt cōtraria ⁊ vt sūt se inuicem cōtinētia. Dicit eñ Thomas ꝙ elemēta p̄nt cōsiderari dupliciter. Uno mō scđm coꝝ qualitates actiuas et sic contrariantur Alio modo q̄ȝtum ad formas substantiales quas h̄nt et cōsequūtur a celo primo locante. ⁊ isto mō superius elementum locat inferius. ⁊ q̄ȝto elementū ꝓpinquius est celo tāto plus hꝫ de forma et ē cōtentiuū ⁊ locatiuuꝫ. Similr̄ scđm dictū suū est falsuꝫ. quia cum ignis inter elemēta est formalior. ideo nō dicitur trāsiri sensibiliꝛ ipo manente. q̄a statim ad alterationē seq̄tur corruptio. aer et aqua transiri possunt que sunt elementa grossiora. cū aūt aqua et ignis corrūpātur necesse ē ipsas prius disponi ipis manētibꝰ q̄ȝ corrumpi. Dicendū ergo ad dubiū ꝙ aer ⁊ aqua possunt tangi a nobis sine alio medio extraneo. sicut pꝫ per experiētiā nec sūt aer ⁊ aqua mediū tactꝰ vt necessario requisita ad tactū sed sunt mediū accidentale. iō possunt se habere in rōne obiecti.

Dubitatur vltimo quid est obiectū tactus. Dicitur q̄ est tangibile qđ diuiditur in q̄ttuor qualitates tāgibiles prio et p se. que sunt calidū: frigidū: humiduz et siccū. Probatur etiā sicut pbatū est de visibili in ordine ad visū. nā sicut visus est visibilis et nō visibilis. ita tact⁹ est tangibil' et n̄ tangibilis. et sicut inuisibile dr multipliciter. ita et intangibile. Ex oībus p₃ quid sit tact⁹: q̄d mediū: quid organū: et q̄d obiectū

Ad rationes ante oppositum.

Ad tres primas p₃ solutio ex dictis. Ad quartā dr q̄ cū stilus ferreus pforat aliqđ corpus durū in aere vel in aqua oportet vt inter latitudinē penetrātis et penetrati mediet aer vel aqua. q₂ nisi esset mediū non fieret perforatio. nō oportet tn̄ q̄ punctū corporis penetrātis et penetrati. tactus em̄ ē su perficiei et nō pūctorū aut lineaꝝ. Seq̄tur in textu. Oportet āt mediū de oī sēsu ec.

Querit vicesimoseptimo vtruz sensus sit susceptiu⁹ specieꝝ sine materia.

Et arguit q̄ nō. q₂ sensus cognoscit rez singulariter. sed res nō pōt singulariter cognosci sine circūstantijs materie. circunstantie autem iste sunt aliq̄d materie. ergo sens⁹ cognoscit cū materia. Secūdo forma sensibilis potest immutari scdm esse intentiōale ergo et bm eē reale. ꝯña tenet. q₂ maioris virtutis est esse intentōale q̄ eē reale. Tertio si scinderet neruus tactus homo plus lederetur q̄ si scinderetur sola caro. ergo sensus non est receptiuus specierū sine materia.

In oppositū est textus.

Pro responsione sciendum est primo q̄ postq̄ Aristoteles egit de ꝓprio sēsibili cuiuslibet sensus in pticulari. nūc agit d ipo sensu ꝓponēdo quedā gn̄alia omnibus sensib⁹. Et q₂ sensus pōt ad duo ꝯparari. s. ad obiectū et ad organū. ideo sunt duo gn̄alia cuilibet sensui. quoꝝ primū sumit ex pte obiecti. sc₃ q̄ sensus est susceptiu⁹ specieruz sine materia. Et secūdum sumit respectu organi sc₃ q̄ sensus est eadem potētia cuz suo organo. Differūt tn̄ ratione. q₂ alia est ratio organi. et alia potentie. Nā potentia est forma et actus organi. et organuz est materia. cū em̄ sensus cognoscat singularia: necessario indiget organo sibi ꝓportionato.

Sciendu₃ est secundo q̄ organū cōsistit in quadā ꝓportione cōplexionabili requisita ad hoc q̄ sensibilia pcipiātur. et q₂ excellentia sensibiliū pōt soluere illam ꝓportionē qn̄ motus sensibilis fortior ē q̄ organū pōt pati. ideo excellentia sensibiliū potest corrūpere organū sensus: vt cū aliq̄s fortiter pcutit cordas instrumenti soluitur melodia que in quadā ꝓportione consistit.

Ex dictis p₃ q̄ plante nō sentiunt: licet habeant animā et patiant a tangibilib⁹. nā in plantis non est illa ꝓportio que requirit ad organum sensus. q₂ nō habent mediate cōplexionē inter sensibilia quā requirit tactus sine quo nullus potest esse et sic plante non habēt sensum. patiunt tamen a sensibilibus bm naturalē transmutatōem. q₂ qualitates tangibiles habent esse materiale in ipsis sicut in elementis. et sic patiūtur a tangibilibus. et tn̄ a gustabilibus non vt gustabilia: sed vt tangibilia.

His suppositis ponitur conclusio rn̄siua ad .q. Sens' est receptiu⁹ sensibiliū sine materia. nō tn̄ sine ꝯditōib⁹ materie P₃ primū. q₂ sicut cera recipit formā sigilli: ita sens⁹ spēꝫ sensibil'. ꝫ cera recipit formā sigilli sine materia pura siue auro vl' ere. ḡ sēsus recipit spēs sēsibiles sine materia rei sēsibilis. Secūdū p₃. q₂ sensus cognoscit singulariter. ergo cū cōditōib⁹ materie q̄ sunt esse hic et nūc. S₃ cōtra istud argueret aliq̄s nam recipere formā ab agente sine materia cōuenit omni patienti. patiēs em̄ recipit ab agente scdm qđ agens est. agens aūt agit per suā formam. ergo patiens recipit formā sine materia: vt aer recipit formā ab igne. s₃ nō materiā. ergo nō est ꝓpriū sensus recipere species sine materia. Rn̄det q̄ l₃ cōe sit omni patienti recipere formā ab agēte: hoc tn̄ fit differenter. q₂ quedā recipiunt illā formam realiter et per ꝯn̄s materialiter. Alia recipiunt formam intentional'r solum. et talia patiētia dicūtur recipē formā sine materia. q₂ nō recipiūt sub tali eē materiali q̄ prefuit in agēte. Ex dictis p₃ q̄ sensibile positū supra sensum nō facit sensationē. patet q₂ cū sensus recipiat spēs sine materia reqritur modus in quo fiat spūalis ratio ipius speciei. imaginandū est em̄ q̄ spēs sensibil' immaterialior est in potentia q̄ in medio et

in medio q in obiecto.

Dubitatur primo vtrum nõ habens sensum possit pati ab alijs sensib⁹ a tangibilib⁹ et gustabilib⁹. et a colore sono et odore. Et arguit q nõ. q: oẽ qd patitur ab odore hz olfactũ. q: pprĩũ est odoris facere olfactũ. sed nõ habens sensum tact⁹ non olfacit. ergo nõ patit ab odore. Secũdo lumen: tenebra: son⁹: et odor: nihil faciunt in corpore inaiato nisi forte p accidens p q corpa hñtia istas qualitates aliqd agũt: sic aer in tonitruis ex vehementia mot⁹ frangit arbores. et sic patiũtur arbores a sono. non per se ab aere moto. Rñdet fm textũ. primo. q: corpora inaiata patiuntur a tãgibilibus et gustabilib⁹ inq̃tũ tãgibilia sunt. ptz q: nisi ab ipsis paterent nõ possent alterari a quocũq alio cũ qualitates tãgibiles sũt qualitates actiue mediantib⁹ quib⁹ fit talis alteratio. Dicit secũdo q ab alijs sensib⁹ patiunt quedã inaiata. nõ tñ omnia. sed solum quedã determiata: vt aer et aqua q̃ sunt humida et bene diuisibilia. Q aũt aer patiatur ab odore manifestũ est. naz aer q̃nq ab odore feret. Verũtamen non tñ patitur ab ipsis sicut a tangibilibus vel gustabilibus Cuius ratio est. q: tãgibilia sunt cause aliorũ sensibiliũ. ideo plus habent de virtute actiua et possunt agere in quecũq corpora. Sz alia minus hñt de virtute nec possũt agere nisi in corpa valde passibilia. Ad obiectõez dz q nihil patit ab odore passiõe intentionali que dr sensatio. nisi habeat olfactũ. nec illo mõ aer patitur ab odore. sz tñ patitur vt sit sensibilis.

Ad rationes ante oppositum.

Due prime soluũtur ex dict. Ad tertiã dz q in neruo tact. nõ ẽ caro cõiũcta p quaz fit sensatio et sine qua nõ fieret. tñ est magis lesio q̃n sciditur neruus et caro q si caro tñ et nõ fit sensatio in illa parte in qua scindit neruus pp realem pñtiã sensibilis: sed in parte distanti. Et hec de questione.

Sequitur in textu. Quod autem non sit sensus et c̃.

Queritur vicesimooctauo. vtrũ sint tñ quinq sensus exteriores. scilicz vis⁹: audit⁹: gustus: tact⁹: et olfactus. Et arguit q non. q: sc hz intellectus ad intelligibilia ita sensus ad sensibilia. sed pro omnib⁹ intelligibilibus tñ ponitur vnus intellectus possibilis. ergo pro omnibus sensibilib⁹ tñ deb et poni vnus sensus. Secundo spẽs non diuiduntur cõtra suum genus: sed gustus est quidaz tactus. ergo nõ sunt quinq sensus. Tertio sensus est cognoscitiu⁹ accidentiũ. sz plura sunt accidentia q quinq. ergo plures erũt sensus q quinq. Quarto diuersitas p se obiectoz variat potentias sed magnitudo et figura sũt sensibilia p se et etiã diuersa. q: plus differũt q color et sonus. ergo nõ tñ sunt quinq sensus exteriores. In oppositũ est textus.

Pro responsione sciẽdũ est primo q postq Aristoteles ostẽdit aliqua gñalia omi sensui. pñter inqrit in speciali numerũ sensuũ. Fm sctm Thomã hic incipit terti⁹ liber Aristotelis. q: hic icipit inuestigare distinctionẽ intellect⁹ a sensu. et vt dic sctũs Thomas sic inuenit intitulatio apud grecos. scdz aũt Egidiũ de roma et Albertũ liber terti⁹ incipit ibi. Quoniã aũt duab⁹ differentijs. q: ibi Aristoteles incipit agere de intelligibili postq in secũdo egit de sensu. sz scdm modernos liber terti⁹ incipit ibi. De parte aũt anime qua cognoscit. Sed vt dicit Egidius ista difficultas est modice vtilitatis. ideo relinquẽda est.

Hoc supposito ponitur conclusio rñsiua a. d. q. Tñ sunt quinq sensus exteriores capiẽdo tactũ pro vno sensu. Ptz ex pte organoz. nã quicqd hz organa quibus nata sunt cognosci oia sensibilia cognoscit oia sensibilia et ecõtra vt hñs organũ tact⁹ sentit oia tangibilia. et ecõtra qui sentit oia tangibilia hz organũ tactus. sz oĩe aial pfectũ hz omnia organa quibus nata sunt cognosci oia sensibilia nata cognosci p illa organa. sed q: sunt quinq sensibilia distincta que cognoscũtur ab aialib⁹ pfectus. ergo solũ sũt quinq organa et quinq sens⁹. minor pbat. q: organa pportionãtur medijs. ergo si nullũ mediũ deficit aiali pfecto: etiã nullũ deficit organũ. sed sibi nullum deficit medium quo natum sit sentire. quod pz. q: vel tale mediũ est actu pars corporis et tũc nõ deficit aiali pfecto alias non esset perfectum. Vel illud mediuz est extrinsecũ: et tunc ẽ aliquod elementoz. sz ignis nõ potest esse mediũ alicuius sensus. quia ẽ minime passiu⁹

neq; terra ꝓpter materialitatē q̄uis p mixtionē maxime appropietur tactui. ergo relinquitur ꝙ tm̄ aer ⁊ aqua possunt esse media extrinseca sensuū. ſ nos habemus vnū organū qd̄ est de natura aeris ꝓportionatū auditui. ⁊ aliud de natura aque ꝓportionatū visui. ergo per illa organa recognoscim⁹ aliq̄ sensibilia. que deferūtur p illa media. s. colores ⁊ sonos. Etiā habem⁹ aliū sensum cuius organū in aliquo ꝓportionat̄ aque: ⁊ in aliquo aeri ſm diuersitatē aialiū. ergo nullum mediū neq; intrinsecū neq; extrinsecū deficit animali perfecto. ⁊ per ꝯn̄s nullū sibi deficit organū. ⁊ per ꝯn̄s neq; aliquis sensus. Sz tm̄ habem⁹ quinq; organa. ergo tm̄ habemus q̄nq; sensus exteriores. Unde q̄uis aliqua animalia ꝑfecta careant visu: vt talpa. tm̄ adhuc ipa videnť habere oculos sub pelle. vt assimilētur suo generi. ſ q: habitāt i terra. ideo nō fuit necesse ꝙ habeant visum ⁊ oculos discooptos. q: terra ipos offenderet. Itē posset ꝓbari numer⁹ sensuū ex parte obiectoꝝ ⁊ etiā ex pte medioꝝ. que ꝓbatiōes cōsideranti satis patere possunt.

Dubitatur primo vtrū pro sensibus cōibus oporteat ponere eis vnū sensum appropriatū. Pro dubio supponiť ꝙ dupliciter aliquid sentiť p accidēs. s. vel q̄a per se sentiť ab vnico sensu ⁊ per accidēs ab alio. vel q: a potētia supiori percipiť. s. ab intellectu. vt cleonis filius per accidēs sentiť inquantū est alb⁹. Tunc r̄ndeť ad dubiū ꝙ ꝓ sensibus cōibus nō oz ponere aliquē sensuz cōis ꝓpriū. q: ꝓpriū sensibile vni⁹ sensus nō sentiť ab alio nisi p accidens. ergo si esset vnus sensus ꝓprius sensibiliū cōmuniū nō sentireť ab alio nisi p accidens quod est contra rōem sensibilis cōis.

Dubitatur secūdo quare habemus plures sensus: ⁊ nō vnū tm̄. R̄ndet textus ꝙ est ideo ꝙ nō lateat nos differētia sensibiliū cōium a ꝓpriis. nā si vnico sensu sentirem⁹ oīa sensibilia. vt p visum videremus magnitudinē ⁊ colorē nesciremus distiguere inter illa duo. q: per se inuicē sentiuntur. q: nihil videtur nisi sit magnū ⁊ etiā coloratū. sed etiam ista differentia est nobis manifesta. q: per aliquē sensum pcipimus magnitudinem quo nō pcipim⁹ colorem.

Ad ratiōes ante oppositum.

Ad primā d̄r ꝙ intellect⁹ est immaterial' ⁊ pcipit suū obiectū in esse vniuersali. ideo vnus existens pōt hr̄e ꝓportionē ad omnia intelligibilia. Sensus v̄o est potētia organica ⁊ pcipit suū obiectū in esse particulari. et q: vnus sensus nō pōt esse ꝓportionat⁹ ad oīa sensibilia in esse particulari: cū habeāt modos pticulares disparatos. ⁊ vnus sensus nō pcipit nisi ea q̄ sunt proportiōata organo eius. iō oz esse plures sensus. Ad secundā pz solutio ex dictis. Ad tertiam dicitur ꝙ nō oīa accidētia sunt p se sensibilia ſ sole qualitates de tertia specie qualitatis a quib⁹ alterantur sensus ⁊ etiā corpa inaiata. Ad quartā d̄r ꝙ illa sensibilia cōia nō alterant sensum per se primo. ſ rōne sensibilis propꝛii ⁊ p alterū. iō distinctio eoꝝ nō facit distinctionē sensuū. Et hec d̄ q̄stiōe. Seq̄tur in textu. Om̄ aūt sentimus. ⁊c̄.

Queritur vicesimo nono vtrum sensus particulares pcipiant suas actiōes. Et arguiť ꝙ sic. q: visu videmus nos videre. ⁊ auditu pcipim⁹ nos audire. ⁊ sic d̄ aliis ergo sensus pcipiūt suas actiōes. aīs pz. q: vel eodē sensu quo videm⁹ colorē videmus nos videre vel alio. Si eodē: habeť intentū. si alio: tunc illo alio videmus nr̄am visionē ⁊ cū nihil videať nisi color: seq̄tur ꝙ eiusdē sensibilis erūt duo sensus: qd̄ falsum ē. Secundo. vel eodē sensu quo sentimus colorē sentim⁹ nos sentire. vel alio. Si eodē: habetur intentū. si alio: tunc pcipim⁹ actionē illi⁹ alterius sensus. aut ergo pcipim⁹ eā alio sensu. ⁊ sic iretur in infinitū. aut eodez. ⁊ sic ita erat dicendū de primo. Ad oppositū arguiť. q: nihil videť nisi color vel coloratū. ſ visio non est color neq; coloratū neq; etiam sensus particularis. ergo visu quo videmus colorem non videmus nostrā visionē

Pro r̄nsiōe sciendū est primo ꝙ postq̄ Aristoteles in tractatu precedenti egit de sensibilibus ⁊ sensibus exterioribus. Consequenter agit de sensibus interiorib⁹. Et primo de sensu cōmuni cuius naturā inuestigat duabus operationibus que nō possunt esse a sensu particulari. Prima opatio est ꝙ per sensum cōem pcipimus actiones sensuum particulariū. Operatio secunda ē ponere cōuenientiā ⁊ differentiam inter sensibilia diuersoꝝ sensuum particulariū. P̄bs

enim per istas operationes inuestigat sensū cōmunē. τ primo ex pte prime opatōis. gratia cuius inquirit vtrū hec operatio prima possit cōuenire sensui particulari aut preter ipsum sit ponēdus sensus cōis.

Sciēdū est secundo φ actio visus et cuiuslibet sensus pticularis pōt dupliciter cōsiderari. vno mō prout cōsistit in inmutatiōe organi a sensibili exteriori. τ sic a visu nō sentitur nisi color. τ ista actiōe nō videt sensus visus se videre. Alio mō considerat̄ inq̄tū post ipsaȝ immutationē organi iudicat de ipsa pceptiōe sensibilis τ inmutatōe organi a sensibili et etiā sensibile excedēte. τ isto mō visus nō solū sentit colorē sed etiam visionē coloris τ pcipit se videre visus tñ capit̄ pro sensu cōmuni. qui fm q̄ mutatur ab actionib' sensuū pticulariuȝ et eo ꝫ sensib' recipit noia sensuū pticularium inq̄tū cū pcipit colorem aut visionē vocat̄ visus. τ inq̄tū pcipit auditionē. vocat̄ audit'. vnde sensus cōmunis respectu pticulariū est sicut centruȝ circuli quod est terminus linee procedētis ab eo ad circūferentiā. Ex dictis patet φ color τ vnūquodq̧ sensibile habet duplex esse. vnuȝ materiale in re sensibili fm q̄ mediātibus speciēb' pcipit̄ a sensu particulari. Aliud est spūale in sensu sub quo percipitur a sensu cōmuni. eadē enim specie qua immutat̄ sensus pticularis immutatur sensus cōmunis.

Sciendum est tertio φ videns in actu est simile colorato. τ sic potētia q̄ est videre aliquē esse videntē nō est extra gradus potentie visiue. eo φ videns sit coloratū. pȝ quia vt dictū est primū organū sens' denudatū est a speciēb' sensibilib' illius sensus ꝫ est in potentia in ipas Dictū est aūt φ organū sensus est receptiuū specieȝ sine materia. quare hn̄tibus sensibilib' f.ūt nob sensationes τ apparitiones fm quas aliq̄ sentim'. inq̄tum ergo videns hȝ aliquo mō similitudinē coloris coloratuȝ dicitur. τ ita cōformiter dicendū est de alijs sensibus:

Sciendū est quarto. φ nō solū videns dicitur coloratū: ꝫ etiaȝ actus ei' est vnus et idē cū actu visibili. esse tñ est alterū vt dicitur in textu. sicut est ideȝ son' in actu qui dicitur sonatio: τ auditus in actu qui dicitur auditio q̄uis rōne differant. q̄ pbat̄ q: vt dicitur tertio phisico: ū tam motus φ actio τ passio sunt in patiente et mobili. Vn cum auditus patiatur a sono opoztet φ sonatio que est actus sonātis. τ auditio que ē act' audiētis sūt i organo audiētis. Jō ē q: act' actiuoȝ sūt i patiēte τ pdisposito τ nō i agēte quare nō est necesse oē mouēs moueri. nā sicut actio τ passio sunt vnus actus substātie et differūt rōne per hoc φ esse huius ē ab hoc et huius in hoc. ita est idem act' sensibilis τ sentientis. differunt tñ ratione. τ vt dicitur in textu in quibusdā sensibilibus et sensitiuis vtrūq̧ actus est noiatus vt auditio τ sonatio. ꝫ in quibusdā tñ vnū est nominatū vt act' visus dicitur visio: ꝫ act' coloris est innoiatus.

His presuppositis ponitur conclusio resiua ad .q. Nullus sensus pticularis potest pcipere suam actionē. pȝ q: nulla virtus materialis et organica pt agere in seipaȝ ꝫ sensus particularis est virtus materialis. ergo non sentit suā actionem: ꝫ soluȝ sentit obiectum a quo immutatur. Itē nullā virtus materialis potest habere supra se reflexionē. ꝫ sensus est virtus materialis. nam si reflectitur vel totū reflectitur supra totum. ita φ quælibȝ pars reflectetur supra quālibȝ partē. τ hoc est ipossibile. q: tūc totuȝ ponēretur in minima pticularissimo in pūcto. τ sic nō haberet extensionē. vel vna ps reflectit̄ supra aliā. τ tūc nō erit reflectio eiusdē sup se. relinquit̄ ergo φ nulla virt' materialis reflectit̄ supra seipam. Ex quo pȝ φ null' sensus pcipit suam actionē ppriā. τ intellectus qui est virtus imaterialis pōt pcipere suā actionē τ reflectitur supra ipam.

Conclusio secunda. sensus cōmunis pōt pcipere actionē sensus pticularis pȝ q: sensus cōis est sicut centrū circuli respectu particulariū. τ sensus pticularis sicut circūferētia. ideo sensus cōis est aliquo mō idē cū sensu pticulari. τ put cōiungit̄ visui vocatur visus τ sic de alijs. ergo sensus particularis mediat inter sensum cōem et suū obiectū. ergo sicut sens' exterior reducit̄ i actū per suū obiectū immutans ip̄m. ita sensus particularis redact' in actū inmutat sensum cōem. ergo sensus cōis potest percipere actionē sensus particularis τ per eādeȝ specieȝ qua immutat̄ particularis. etiā τ cōmunis

Sed dubiũ est vtrũ sensus & sensibile simul saluantur & corrũpantur. Respondet q sensus in actu & sensibile simul sunt & nõ sũt. sed nõ sic est de sensibili et sensu in potẽtia. q2 vnũ potest esse sine alio. Ideo decepti sũt antiqui qui nõ distinguebãt inter sensibile in actu & sensibile in potentia nec int' sensuz in actu & sensũ in potẽtia. sed tñ capiebãt sensibile & sensum in actu dicẽtes nihil eẽ albuz & nigrũ sine visu eo q credebãt totũ esse rei in apparentia cõsistere. iõ cõcedebãt contradictoria simul esse vera. Aliud dubiũ quare q̃dam sensibilia corrũpũt sensũ et quedam delectant. Rñdetur q hoc est. q2 organuz cuiuslibet sensus cõsistit in quadã proportione media sensibiliũ: sed excellentie sensibilium excedentes talez proportionẽ corrũpũt sensuz et cõtristant. habentia vero talem proportionẽ qualem hñt sensum delectant.

Ad rationes ante oppositum.

Patet solutio ex dictis. Et hec de questione &c. Vnusquisqꝫ quidẽ igitur &c.

Querit' tricesimo vtrũ ad discernendum sensibilia diuersorum sensuũ abinuicẽ sit ponendus sensus cõis.

Et arguitur q nõ. q2 sensibilia diuersorum sensuũ sufficienter cognoscuntur a diuersis sensibus. ergo nõ est ponendus sensus cõmunis ad cognoscendũ differentias ipsorum. Secũdo sensibilia diuersorum sensuũ sufficienter abinuicẽ distinguũtur per intellectũ. ergo nõ est ponend' sensus cõis ad distinguenduz hmõi sensibilia. Tertio nos nõ possum' discernere sensibilia diuersorum sensuũ nisi cõponendo & diuidẽdo. sed sensus nõ cõponit nec diuidit. igitur. Quarto impossibile ẽ idẽ in indiuisibili mouere diuersis motib'. sed sensibilia cõtraria mouẽt cõtrarijs motib'. ergo impossibile ẽ q eadẽ vis cognoscitiua simul cognoscat cõtraria sensibilia. ergo differẽtias eorum non pñt iudicare. Ad oppositũ est textus.

Pro responsione sciendũ ẽ primo

q postq Aristoteles inuestigauit sensũ cõem per primã operationẽ que ẽ percipere immutatiões particulariũ. Cõsequenter inuestigat ipm per illã operationẽ que ẽ discernere sensibilia diuersorum sensuũ abinuicem.

Sciẽdũ est secundo

q quilibet sensus particularis est vnius obiecti cuius cognoscit differentias. ideo ad discernẽduz inter sensibilia eiusdẽ sens' nõ requirit' ali' sensus a particularib'. sed sensus particularis nõ põt abinuicẽ discernere sensibilia diuersorum sensuũ. q2 potẽtia discernẽs aliqua duo necessario ãbo cõponit. quare oportet q discernerent' per aliã potentiã a sensu particulari. nec sufficit potẽtia intellectiua. q2 cognoscim' differẽtiã albi & nigri nõ solũ quo ad id qđ ẽ per intellectũ sed etiã quo ad diuersã immutationẽ sensus qđ nõ fit nisi per sensum.

Sciendũ est tertio

q illud iudicans et discernẽs sensibilia diuersorum sensuũ est vnũ subiecto & rõne differẽs. nã sm q ẽ diuisibile & alterũ sentit diuersa et per hoc solui põt vltima ratio ante oppositũz. Hãc tñ solutionẽ nõ tenet phũs q impossibile ẽ q idem subiecto & diuersum ratione possit habere contraria sm actum. nõ eñ possibile ẽ idẽ indiuisibile simul esse album & nigrum nec simul pati a specieb' contrarijs sensibiliũ. Iõ aliter dicit phũs q sensus cõis est tanq terminus sensuum particulariũ. et est simile de pũcto in centro circuli. q2 sicut est punctus ille vnus subiecto & differens ratione: vt ẽ terminus diuersarum linearũ. ita vis sensitiua que est radix sentiendi & diffundit' in organa sensuũ particulariũ est vna sm rem & differẽs rõe. Potest g̃ illa radix vno mõ considerari vt est vnũ principiũ & vn' termin' oium immutationũ particulariũ. Alio modo vt terminus huius & illi' sensus inq̃tuz vtimur scꝫ illo principio quasi vno termio pro duob' et sic sensus cõis iudicat illa que separata sũt & plura cognoscere inq̃tũ illa vis põt simul plura accipere vt termin' diuersarum immutationũ & põt diiudicare differentiã vni' ad alteram inq̃tum vna est.

Sciendũ est quarto

q licet sensus cõis immutet' a sensu proprio nõ tñ propter hoc sensus particularis nobilior ẽ sensu cõmuni. licet mouens nobilius sit motu: sicut nec sensibile exterius est simpliciter nobili' sensu particulari: ẽ tñ nobili' sm quid & q̃tã est actu illud qđ alius est in potẽtia. simpliciter eñ sensitiua virtus est nobilior et similiter sensus cõis nobilior est sensu particulari: q2 nobiliores accipit spẽs q̃ sensus particularis. nã virtus sensitiua in sensu cõi vnita ẽ vt in radice & inde ẽ q sensus particularis

habet iudicare de cõtrarietate suo℞ obiecto℞ in q̃tum aliquid participant de virtute sensus cõis. q: sensus ꝓprius est terminꝰ immutationũ que fiunt per mediũ a ꝯtrarijs sensibilibus. sed vltimum iudicium pertinet ad sensum cõmunem.

His premissis ponitur conclusio rñsiua ad q. Ad discernendũ sensibilia diuerso℞ sensuũ necesse est ponere sensum cõmunẽ. p℞ q: ponimꝰ differentiã et cõuenientiã inter sensibilia diuerso℞ sensuũ etiã in q̃tum sensibilia sunt. et nõ ꝑ intellectũ. nec per sensum ꝑticularẽ. q: vel hoc fieret vno sensu vl' multis: nõ vno. q: per vnũ solũ cognoscimus ea q̃ cadũt sub vno obiecto. nõ ponẽs differentiã et cõuenientiam inter aliqua duo necessario ãbo cognoscit. nec diuersis. q: simile esset sicut si diceremꝰ q̃ oculo sentimus albũ et gustu dulce. ß nullus isto modo discernit inter albũ et dulce. ß cũ vnus et idẽ dicat albũ esse alte℞ a dulci oportet q̃ vnũ q̃d℞ cognoscat. ergo ꝓter sensꝰ ꝑticulares necesse est ponere sensum cõem.

Conclusio secũda. sicut non fit iudiciũ diuerso℞ sensibiliũ a diuersis sensibus: ita nõ fit iudiciũ diuerso℞ sensibilium cognito℞ in diuersis tpibꝰ quo ad cõuenientiã et differentiã. p℞ q: tũc prius cognosceremus vnũ puta albũ. et postea alterũ puta dulce. ß hoc nõ põt esse. q: nullus põt iudicare per sensum aliqua esse diuersa nisi ãbo cognoscat pro illo instãti in quo iudicat vnũ differre ab alio. q: nõ potest iudicare nisi cõparet ipsa adinuicem. ergo sicut oportet ꝑ vnã potẽtiã vtrũq℞ cognoscere: ita oportet in eodem tempore cognoscere illa ad hoc q̃ inter se distinguantur.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primã dicitur q̃ licet a diuersis sensibus exterioribꝰ cognoscatur diuersa sensibilia ꝓpria. nõ tñ possumꝰ ponere cõuenientiã et differentiã inter diuersa sensibilia nisi ea℞ eadẽ potentia cognoscitur. Ad secũdam dr̃ q̃ per intellectũ cognoscimꝰ sensibilia q̃tũ ad quid est. et ponimꝰ differentiã inter ipsa cõponẽdo et diuidẽdo. ß quo ad diuersam ipsam rationẽ sensus cognoscimus ea per sensum cõem.

Ad tertiã dr̃ q̃ sensus nõ cõponit nec diuidit predicando affirmatiue vel negatiue: sicut intellectꝰ. ß apprehẽdendo vnionẽ vl' diuisionẽ pluriũ adinuicẽ. Ad quartã dicitur q̃ sensibilia fm̃ esse reale quandoq℞ sunt cõtraria vt nõ possunt esse in eodẽ fm̃ actum: ß fcd̃m esse intentionale non cõtrariantur: quia intentiones contrario℞ non sunt cõtrarie. Et hec de questione.

Queritur vicesimoprimo vtrũ preter quinq℞ sensus exteriores in aialibꝰ pfectis sunt quinq℞ sensus exteriores. s. sensꝰ cõis imaginatiua fantasia. estimatiua et memoria. Arguitur q̃ nõ. q: cõmune nõ distinguitur cõtra ꝓpriũm. ergo sensus cõis non debet poni inter potentias. Secũdo fantasiatã et memoratũ sunt passiones primi sẽsitiui. s. sensus cõis. ß passio nõ diuiditur cõtra suũ subiectum. ergo fantasia et memoria nõ diuidũtur ꝯ sensum in cõmuni. Tertio intellectꝰ minus depẽdet a sensu q̃ quecũq℞ alia potẽtia sensitiua. S℞ intellectꝰ nihil cognoscit nisi accipiendo a sensu. ergo multo minus d℞ poni potẽtia interior ad ꝑcipiendum intẽtiões nõ sensatas q̃ vocat estimatiua.

Quarto actus cogitatiue qui est cõponere et diuidere et actus reminiscẽtie q̃ ẽ discursus ad reminiscendũ de preteritis tñ differt ab actu estimatiue et memorie sicut actꝰ estimatiue ab actu fantasie. S℞ cogitatiua et reminiscitiua nõ sunt potẽtie diuerse ab estimatiua et memoria. ergo similiter estimatiua et memoria nõ erunt abinuicem distincte.

Ad oppositum est Auicenna in suo libro de anima.

Pro responsione sciẽdũ est primo q̃ postq̃ per p̃hm visum est de necessitate ponẽdi sensum cõem. Cõsequenter videndum est de distinctione eius ab alijs potentijs interioribus. Vñ q: natura nõ deficit i necessarijs nec abũdat in superfluis. et ad vitã aialis pfecti requirũtur q̃ nõ solũ apprehẽdat rem in p̃sentia sensibilis: ß etiam in eius absentia. etiã cũ motꝰ aialis sequat̃ apprehensionẽ non moueret̃ aial ad querendum aliq̃d absens: cuius ꝯtrariũ videtur in aialibus perfectis q̃ mouent̃ ad ꝓsequẽdũ aliquod absens. ideo aial nõ solum cognoscit sensibile p̃sens dũ principaliter immutat̃. sed etiã speciem sensibilem retinet.

Sciendum est secundo q̃ bene retinere et bene recipere in corporibus diuersa principia cõsequũtur. nam humida bene

recipiūt ⁊ male retinent. ⁊ ecōtra est de sicꝗ. cū ergo potentia sit actus organi corporal᷑: oporteret ꝙ sit alia potētia ꝗ recipiat spēs sensibiliū. ⁊ alia ꝗ cōseruet. Unde ad recipiendū ipas ordinat᷑ sensus ꝓprij ⁊ sensus cōis ꝗ est interior. ẜ ad cōseruandū illas ordinat᷑ fantasia que est sicut thesaurus formaꝝ acceptaꝝ per sensuȝ cōeȝ. iō sensus cōis ponitur in prima parte capitis vbi cōgregant᷑ nerui sensitiui sensuū exterioꝝ ⁊ est quasi centrum omniū sensuū. ⁊ in ꝓpinquiori parte ponit᷑ fantasia siue ymaginatio ꝗ ab aliquib᷒ vocatur potentia formalis. q᷑ retinet formas ⁊ figuras sensibiliū.

Sciendū est tertio ꝙ animal ꝑfectū nō solum mouet᷑ ad prosequendū delectabile ẜm sensuȝ: ⁊ fugiendū tristabile. ẜ etiam mouetur ad ꝓsequendū vel fugiendum propter alias vtilitates. sicut ouis vidēs lupū fugit non propter incōuenientiā coloris vel figure: ẜ q᷑ ipm apprehendit vt inimicū nature. Silr̄ auis colligit paleam nō q᷑ delectet in sensu. ẜ q᷑ vtilis est ad nidificandū ẜ necessariū est animali perfecto ꝙ ꝑcipiat aliquas intentiōes que non ꝑcipiūtur sensu exteriori. ⁊ oȝ in eo esse principiū illi᷒ ꝑceptiōis. q᷑ perceptio formaꝝ sensibiliū fit ꝑ mutationē sensibiliū: non autē per immutatōeȝ rerū nō sensataꝝ. iō ad percipiendū illas intentiōes ꝗ non percipiunt᷑ per sensum cōem nec exteriorem ordinatur extimatiua que ponitur in media parte capitis. ⁊ ibi habet organū quodāmodo imperfectū ꝓpter nimiū motū cerebri. Sed ad cōseruandū hmōi intentiones ponitur memoria que est thesaur᷒ haꝝ intētionū. Cuius signū est. q᷑ principiū memorandi in animalibus fit ex aliqua tali intentione. puta qȝ est nociuū vel ꝯueniēs. ⁊ dicta memoria hȝ organū i postrema parte capitis vbi sunt nerui sensitiui ⁊ motiui ꝓtensi per spondilia colli ⁊ dorsi.

Scienduȝ est quarto ꝙ inter hominem ⁊ bruta nō est differentia quo ad formas sensibiles. q᷑ similiter immutātur a sensibilibus exterioribus. ẜ quantū ad interiores est differentia. q᷑ bruta percipiūt intētiones quodam instinctu naturali solum. Sed homo percipit eas per quandā collationeȝ. ideo potentia cognitiua illaꝝ intentionuȝ ꝗ in brutis dicitur extimatiua. in hoīe dicitur cogitatiua. vel ratio particularis ꝗ est collatiua intentionū particulariū: sicut ratio vl̄is intentionū vniuersaliū.

Sciendū est vltimo ꝙ est differētia inter hominem ⁊ bruta ex parte memorie. q᷑ memoria in brutis est subita recordatio ꝑteritoꝝ. Sed homo cū hoc habȝ reminiscētiam cuius act᷒ est vti quodā discursu vel silogismo ad inquirendū memoriā preteritorū ẜm intentiōes particulares. ⁊ ꝯuenit memorie in hoībus inquantū est cōiuncta vtuti intellectiue superiori cuius aliquo modo ꝑticipat naturam.

His suppositis ponit᷑ conclusio responsiua ad. q. In animalibus ꝑfectis ꝑter sensus exteriores ponendi sunt alij quattuor interiores. s. sensus cōis. ymaginatiua vel fantasia qȝ idē est. extimatiua: ⁊ memoria. patet satis ex dictis. Aduertendū ē tamē ꝙ Auicēna ponit ꝗnꝗ potentias interiores q᷑ distinguit ymaginatiuā ⁊ fantasiā abinuicē. Sed sanct᷒ Thomas nō ponit realem distinctionē inter ipas. q᷑ oꝑatio que attribuitur ymaginatiue ⁊ operatio fantasie pōsunt eidē potētie cōuenire.

Ad ratiōes ante oppositum.

Ad primā dicitur ꝙ sensus cōis nō dicit᷑ cōmunis respectu particulariū per predicationem: ẜ per causalitatē. eo ꝙ est coe principiū istoꝝ. ideo bene distinguitur cōtra ipos.

Ad secundā dicitur ꝙ sicut vna potentia oritur ab aīa mediante illa. ita actio vni᷒ subijcitur actioni alterius. ⁊ ẜm hoc fantasiatum ⁊ memoratum distinguūtur per passiones primi sensitiui. q᷑ insunt mediāte primo sensitiuo. Ad tertiam d᷑ ꝙ licet intellect᷒ oriatur ex sensu: tm̄ intellectus multa cognoscit in re apprehensa per sensum ꝗ sensus ꝑcipere nō potest. ⁊ ita dicendū est de extimatiua respectu sensus particularis. Ad quartam dicit᷑ ꝙ cogitatiua ⁊ memoratiua in homine habent illā eminentiā vltra cetera aīalia non per aliquid qȝ sit ꝓpriū parti sensitiue. sed propter affinitatē ad rationē vniuersalem vel intellectū. ideo cogitatiua ⁊ reminiscitiua nō sunt potētie distincte ab extimatiua ⁊ memoria in homine: ꝗuis sint perfectiores in eo ꝗ in brutis. Et hec de questione. Sequitur in textu. Om̄ autem duab᷒ differentijs. ⁊c.

Queritur tricesimosecūdo vtrū intelligere ⁊ sentire sunt idē: ⁊ opinio cū fantasia. Et arguit̄ q̄ sic. quia tam intelligēdo q̄ sentiendo aīa iudicat ⁊ cognoscit. ergo intelligere est idē cū sentire ⁊ ꝑ ꝯñs intellect⁹ cū sensu ⁊ etiam opinio que pertinet ad sensuz

Secūdo. nullū incorporeū patit̄ a corporeo. sed intellect⁹ patitur a corporibus celestibus. q: sm̄ Empedoclē diuersitas tēporum hominib⁹ ⁊ brutis alia ⁊ alia sapere prestat. homines eñ diuersis horis ⁊ tēporib⁹ de rebus diuersimode iudicant. ergo intellectus est corpore⁹. ⁊ per ꝯñs nō differt a sensu nec intelligere a sentire. Tertio. vt dicit Omerus talis est intellectus i terrenis hominib⁹ qualē inducit pater viroꝝ deorumq̄ qui est sol. ergo intellectus patit̄ a corpore celesti. ⁊ sic est corporeus. Ad oppositū est textus.

Pro responsione sciendū ē primo q̄ post q̄. p. ostendit duas operationes sensus cōmunis nō excedere facultatem principij sensitiui. Consequenter inquirit vtrū sapere ⁊ intelligere excedant facultatē eiusdē principij. Primo ostendendo q̄ intelligere ⁊ sapere non pertinēt ad sensum: qđ est ostēdere sensum nō esse idē cum intellectu. Deinde ostendit q̄ fantasia que pertinet ad sensū nō est idem cū opinione que pertinet ad intellectum. Et postmodū cōparat opinionē ad intellectū: ⁊ fantasiam ad sensum.

Sciendū est secūdo q̄ nullū corpus potest directe agere in incorporeū. sed bñ in corporeū. ⁊ q: potentie sensitiue sunt corporee cum sint organis corporis affixe. ideo possunt immutari per actionē corporū celestiū: non tñ per se sed ꝑ accñs. quia nec aīa nec virtus eius mouet̄ nisi moto corpe. iđ antiq̄ ponētes corpora celestia directe habere impressionē in intellectū ⁊ voluntatē dixerunt intellectuz esse corporeū. ⁊ per ꝯñs nō differre a sēsu. Etiā q̄ sapere ⁊ intelligere sunt idem q̄ sentire. q: tam intelligendo q̄ sentiendo animal cognoscit. Sz q̄ dicerent celū agere in intellectum ⁊ voluntatē pz per v̄ba Empedoclis dicentis q̄ in hominib⁹ ⁊ brutis agitur volūtas ad presens ⁊ diuersitas temporꝝ intellectui diuersa sapere prestat. ⁊ per verba Omeri dicentis q̄ talis est intellectus in terrenis hominibus qualē inducit pater viroꝝ deorūq̄. Sol eñ sm̄ ipm̄ dicit̄ pater viroꝝ. q: sol ⁊ homo generant hoīes. ⁊ dr̄ pater deoꝝ. q: ceteros planetas illuminat quos antiqui dicebāt esse hoīes sic deificatos in celū p⁹ mortē: quoꝝ sol fuerat pater

Sciēdū est tertio q̄ licet impressio corpoꝝ celestiū possit indirecte ꝑtingere ad intellectū ⁊ voluntatē ꝑut intellectus cōiungit̄ corpori in sua operatione. q: leso organo fantasie impeditur speculatio intellectus. ⁊ volūtas cōiungitur appetitui sensitiuo ⁊ inclinat̄ ad volendū sm̄ inclinationez appetitus sensitiui. qui potest variari ꝑ actionem corpoꝝ celestiuz. tñ corpa celestia non possunt directe agere in intellectū ⁊ volūtatem. nec voluntas de necessitate trahitur ab appetitu sensitiuo. sed de se libera est ad sequēdum vel non sequendū hmōi inclinatiōes. ideo corpora celestia nō inducūt necessitatē corporibus humanis.

Quibus suppositis sit cōclusio prima. Antiqui male assignabāt causam cognitionis esse similitudinē cognoscētis ad cognitū non assignantes cām deceptionis. Patet. q: deceptio est magis propria animalibus q̄ cognitio. eo q̄ hoīes a seipsis decipi possunt. nam vt veritatē cognoscant oz q̄ ab alijs doceantur. ⁊ in maiori tpe aīa est in maiori deceptione q̄ in cognitione veritatis: ad quā cognitionē vix peruenit per studiū magni tpis. ergo āntiqui assignātes cām cognitionis aīe debuerāt etiā assignare causam sue deceptionis: qđ tñ nō fecerūt. Possent tamen dicere q̄ oīa q̄ videntur sunt. et sic non est deceptio aīe. vel posset dici q̄ sicut cognitio fit per contactum rei silis. ita deceptio per ꝯtactum rei dissimilis. Sed primuz istoꝝ dici nō potest: vt patet quarto methaphisice. ⁊ improbat̄ hic secundū. q: cōtrariorum est eadē deceptio ⁊ scientia. simile autez ⁊ dissimile contrariantur. ergo si de simili habetur scientia ⁊ de dissimili erit sciētia. ⁊ ita similiter de deceptione.

Conclusio secūda. Sentire nō ē idē q̄ sapere aut intelligere. ⁊ capit̄ hic sapere qđ idē est q̄ iudicare. ⁊ itelligere q̄ apprehendere. intellectus eñ primo apprēhendit ⁊ postea iudicat. Primū pz. q: sentire inest oībus aīalib⁹. sapere vero cōuenit paucis. ergo sentire nō est idē q̄ sape. Nō ē tñ intelligendū q̄ sape solū insit hoīb⁹. q: q̄dā bruta aliq̄d

prudentie habent put recte iudicāt d agēdis per extimatiuā naturalē. hec tm̄ prudentia est imperfecta. Secundū pbatur. q: contingit intelligere recte τ non recte. Recte. s. per extimatiuā prudentiā τ verā opinionē. τ nō recte per cōtraria istoꝝ. ꝫ non cōtingit sentire non recte. q: sensus circa propriū sensibile semper est verus. Secūdo. sentire conuenit oibus aialibus. intelligere solū conuenit hominibus. τ nō est semp verū sicut est sensus circa ppriū sensibile. ergo sentire nō est idē ꝙ intelligere. τ per ꝯñs neqꝫ sensus cū intellectu. q: potētie p suos actꝰ distinguūt.

Cōclusio tertia. Fātasia nō est idē cū opinione. p3. q: fantasia est in nob cū volumꝰ. q: in potestate nr̄a est formare aliqd quasi apparens nobis vt montē aureū. Sed opinari nō est in nobis cū volumꝰ sed oportet ꝙ opinans habeat rōem p quā opinetur verū vel falsum. Secūdo. ad opinari semp est delectatio vel tristitia. q: p hoc apprehendimꝰ aliquid delectabile vel tristabile. ꝫ ad fantasiam non sequit passio in appetitu. q: qñ aliqd nō apparet ḃm fantasiā similiter nos habemꝰ: vt cōsiderātes in pictura aliqua instabilia vel delectabilia vñ non sequitur delectatio vel tristicia. ergo opinio nō est idē cū fantasia. Brutus differentie ratio est. q: appetitus nō patitur ad simplicem rei apprehensionē vt patit fantasia. ꝫ oꝫ ꝙ apprehendat aliquid sub ratione ꝯuenientis qd facit opinio in hoibus ꝯponēdo τ diuidendo. Fantasia vero nō cōponit τ diuidit. τ in brutis appetitus patit ab extimatiōe naturali q similis est opinioni in hoibꝰ ḃm aliquid imperfectum. iō in ipis idē operat sic opinio in hoibus.

Cōclusio quarta. Opinio pertinens ad intellectū nō est intellectus. nec fantasia pertinens ad sensum est sensus. p3. qa dū sentimus vel intelligimus aliquid dicimus ꝙ ita est. Sed dū habemus opinionem vel fantasiam nō dicimꝰ ꝙ ita est. ꝫ dicimus ꝙ sic videtur nobis τ apparet τ nō sumus certi. ergo opinio nō est idē cū intellectu: nec fantasia cum sensu.

Ad rationes ante oppositū.

Ad primā dr ꝙ aliter fit iudiciū p intellectū τ sensum ḃm ꝙ intellectꝰ τ sensus aliter τ aliter cognoscūt τ ḃm diuersa opant. Alie duc soluūtur ex dictis. Et hec de qstione.

Sequitur in textu. De eo aūt qd est intelligere. τc.

Queritur tricesimotertio vtrum fantasia sit sensus intellectus sciētia vel opinio. Et arguit ꝙ sit sensus. q: quicqd est in nobis pertinēs ad cognitōnē reducit ad sensum vel intellectū. Sed fantasia est in nobis pertinens ad cognitionē τ nō est intellectꝰ. ergo est sensus. Secūdo. intellectiua in. 3. phisicoꝝ causatur p fantasmata cū dr ꝙ itellectiue credere est inconueniens. ergo videt esse de mente Aristotelis ꝙ fantasia sit intellectiua. Tertio. scire est rem p cās cognoscere. ꝫ qñqꝫ per fantasiā apprehendimꝰ causam rei: vt per fantasiā gladij fantasiamur interfectiōem. ergo est scientia. Quarto opinio est assensus rōnis ad vnā partē contradictōnis cū formidine de opposito. ꝫ hoc conuenit fantasie. ergo est opinio. Ad oppositū est textus.

Pro mliōc sciēdū ē prio ꝙ post ꝙ Aristoteles ōndit ꝙ fantasia nō ē opinio Consequēter inquirit qd est fantasia. τ cū sit ostensū ꝙ intelligere est aliud ꝙ̄ sentire. et ꝙ opinio ptinet ad intellectū: τ fantasia ad sensum. ꝯñr. p. determinat de fantasia: inqrendo qd est. ꝯñr determinabit de intellectu τ opinione. τ hoc in alijs libris.

Sciendū est secundo ꝙ cū fantasia sit ḃm quā fātasma vel aliquod ydolū appet. videt ꝙ fātasia sit de nūero habituū: vel potentiaꝝ cognitiuaꝝ: qbus vnū distinguit ab alio τ discernit verum a falso. q: aliquid appere nō est aliud ꝙ̄ discernere verū a falso. Sunt aūt quattuor potentie vel habitus qbus verū a falso discernimꝰ. s. sensꝰ. intellectus. scientia. τ opinio. capiēdo tamē intellectū pro cognitione principioꝝ et sensuū pro actu potētie sensitiue.

Tūc ponit conclusio prima. fantasia nō est sensus in actu. pbat quattuor rōnibus textus. Prima. sentire in actu cōueit omībꝰ brutis. sed fantasia nō ꝯuenit oibus brutis. q: formice: apes: τ vmes non habēt fantasiā loqndo de fantasia determiata q h3 determiatū organū in q retinēt spēs sensibiliū. etiā absentibus sensibilibus. Et si arguat ꝯ hoc. q: apes τ formice hñt prudētiā

cū sibi puideāt de futuris. ḡ hñt fantasiā deter
minatā. Rñdet ꝙ illa aīalia solū operantur
quadā naturali inclinatione. ꝛ nō quia habeant
fantasiā determiatā distinctā a sensu. ꝛ inde
est ꝙ nihil fantasia it nisi in pñtia sensibil'.
ꝛ quius opent ꝓpter finē quasi puidētes de futu
ris. hoc tn̄ nō est quia habeāt cognitionē de fu
turis: sed quia ymaginant actꝰ pñtes qui ordinan
tur ad finē. ꝛ ita magis operant ex ymagina
tiōe ꝙ̄ ex appḥēsiōe. Secūda rō. sensus sm
actū ip sunt veri. quia sensus circa ꝓpriū sensi
bile nunquam decipit. sed fantasie sepe sunt false:
vt pz de fantasijs somniātiū. ḡ fantasia nō
est sensus in actu. Tertia rō. cū sentimus
aliqd i actu habemꝰ certitudinē de illo. sed cū
fantasiamur aliquid dicimꝰ ꝙ ita nob videt
ꝛ sumꝰ incerti. Quarta rō. dormiētibꝰ in
sunt sepe fantasie. ꝛ tn̄ ipis nō inest sensus i
actu. ḡ fantasia nō est sensus in actu.

Cōclusio secūda. Fantasia nō est sensus in potētia. pz. quia sensu exñte in po
tētia nihil nob appet. sed in fantasia ip nobis
aliqd appet capiēdo fantasiā p actu fātasie
Secūda rō. sensus in potētia ip adest aiali:
nō aūt fantasia cū nō semp aliqd nob appa
reat. ꝛ hic etiā capiēdo fātasiā p actu fātasie

Cōclusio tertia. Fantasia non est intellectꝰ neqȝ sciētia. pz. quia scia ꝛ intelle
ctꝰ semp sunt veroꝝ. fantasia vo quãqȝ est ve
roꝝ ꝛ quandoqȝ falsoꝝ.

Cōclusio quarta. Fantasia nō ē opinio. pbaꝛ duabꝰ rōnibꝰ. Prima ad opi
nionē semp seqtur fides nō aut ad fantasiā
cū in brutis nō sit fides: vbi tn̄ est fantasia.
Secūdo. quãcūqȝ hñt opinionē hñt rōēm per
quā fit psuasio ꝛ fides. sed nulla bestia hȝ rōēȝ
ꝛ tn̄ hȝ fantasiā. ḡ fantasia nō ē opinio.

Conclusio quinta. Fātasia nō est aliquid cōpositū ex opinioe ꝛ sensu. patȝ
quia sepe habemꝰ de eodē falsum sensuȝ ꝛ veȝ
opinionē. sicut sol sm sensum appet bipeda
lis qñtitatis: ꝛ tn̄ sm opinionē credimꝰ ipm
maiorem tota terra. ꝛ per hoc patet ꝙ nō est
fantasia.

Dubitatur primo quid sit fantasia. Rñdet ꝙ est motus factꝰ a sensu scdȝ
actū. ꝛ quia iste motus causaꝛ ab actu sensus.
ideo similis est sensui cum omē agens agat
in sibi simile. nam omē qd mouet per hoc ꝙ
mouetur causat motū similē motui quo mo
uet. ḡ morꝰ fantasie nō potest esse sine sensu.

Dubitatur secundo cū fantasia sit motus factus a sensu qualiter fantasia pos
sit esse falsa: sensu existente vero. Pro dubio
sciendū est ꝙ licet sensus circa ꝓpria sensi
bilia nunquam vel raro decipiatur sicut potentie
naturales non deficiunt nisi raro a proprijs
operationibus ꝛ propter aliquam corrupti
onem. tamē sensus circa sensibilia cōmunia
ꝛ per accidens sepe decipitur quia iudicium
de ipsis variatur sm proprias causas. Tūc
rñdetur ad dubium ꝙ motus fantasie factꝰ
ab actu sensus differt a sensu sicut effectus a
causa. ꝛ quia effectus debilior est sua cā. ꝛ ꝙ̄
to plus elongatur a primo agente tanto mi
nus habet de virtute ꝛ de similitudine eius.
ideo in fantasia magis ꝙ̄ in sensu contingit
falsitas. Unde patet ꝙ licet motus fantasie
qui fit a sensu propriorū sensibilium vt i plu
ribus sit verus in pñtia sensibilis. tamē mo
tus fantasie circa sensibilia cōmunia pōt eē
falsus. ꝛ fantasia que est circa sensibilia p ac
cidens ꝛ communia potest esse falsa. tam i p̄s
sentia ꝙ̄ in absentia sensibiliū.

Dubitatur tertio a quo sumitur nomen fantasie. Rñdet ꝙ phos grece dicitur
est ꝙ lux latine. inde dr̄ phanis qd est appa
tio. ꝛ a phanes diriuatur fantasia.

Dubitatur quarto quare aīalia agunt ꝛ patiūtur sm fantasiam. Responde
tur ꝙ fantasie permanent abeuntibus sensi
bilibus ꝛ sunt similes sensibilibus sm actū.
ideo sensus in actu mouet appetitū in p̄sen
tia sensibilis: ita in absentia. ꝛ propter hoc
animalia multa operantur sm fantasiam. ꝛ
hoc cōtingit vbi deest intellectus. quia qñ pre
sens est intellectus iudiciū eius preualet in
agēdo. quare animalia que nō habent intel
lectum agunt sm fantasiā. Etiam homines
qñqȝ agūt sm fantasiam: eo ꝙ habent intel
lectum velatum quod contingit tripliciter.
quia quādoqȝ velatur seu obtenebratur in
tellectus ex passione que fortis est. quia ob
nubilat intellectum: vt patet in continenti.
quādoqȝ vero velatur intellectus ex infirmi
tate: vt patet in freneticis. quādoqȝ vero ex
somno: vt patet in dormientibus. Et i illis
casibus fantasia preualet intellectui. ꝛ ideo
homo sequitur apprehensionem fantasticā.

Ad rationes ante oppositum:

Ad primā cōceditur φ fantasia pertinet ad virtutē sensitiuā nō tñ est sensus. Ad secundā dicitur φ Aristoteles in tertio Phisicorū nondū probauerat intellectū differre a sensu. ideo intelligentiā pro fantasia accepit.

Ad tertiā dr φ licz quādoqʒ per fantasiā cōtingat apprehendere effectuz per cām. tñ hoc est quadā visione sensitiua ꝛ nō per discursum silogisticū qd tamen requiritur ad scientiam. Ad quartā dicitur φ fantasia non est assensus rationis: ꝫ apprehensio ptinens ad sensum. nec habetur per rationes sicut opinio. Et hec de questione. Et per consequens Finis huius secundi.

Sequitur liber tertius.

De parte autez anime qua cognoscit anima et sapit ꝛc̄.

Circa tertiū librū de anima aristotelis querit̄ primo vtrū intellect⁹ noster possibilis sit potentia passiua. Et arguit̄ φ nō. nam aliqua substātia est intellectiua eo φ immaterialis. Sed aīa nostra ē imaterialis per suā essentiā. ergo per suā essentiā ē intellectiua ꝛ sic intellect⁹ noster ē substantia.

Secūdo vnūquodqʒ patitur ʒm suā materiam. Sz intellect⁹ ē imaterialis. ergo nō est potentia passiua. Tertio intellect⁹ nr̄ possibilis est incorruptibil̄. Sz intellect⁹ noster passiuus est corruptibilis: vt dicetur inferius. Quarto agens nobilius est patiēte: ꝫ potentie vegetatiue sunt actiue. ergo intellectus qui est perfectior erit potentia actiua. Ad oppositum est textus.

Pro responsiōe sciendū est primo φ postφ Aristote. in secundo libro egit de parte sensitiua anime ꝛ ostendit φ sentire et intelligere non sunt idem. Cōsequēter determinat de parte intellectiua anime.

Primo agens de intellectu possibili. Secundo de intellectu agente. Tertio de intellectu in actu. Et quarto de parte appetitiua et de principio motiuo ʒm locum.

Sciendū est secūdo φ partem anime intellectiuam phūs vocat partem q̄ anima cognoscit et sapit. cognoscit q̄tū ad apprehensionem ꝛ sapit q̄tum ad iudiciuz intellectus. Vel dicat̄ φ cognoscere refertur ad intellectū practicū. Sapere vero ad speculatiuū. ꝛ querit phūs vtrū hec pars sit separabilis subiecto vel ratione tm̄. ꝛ si sit separabilis ʒm rationē quā differentiā habeat ad alias partes. ꝛ qr pprietas potētie cognoscitur ex suo actu. ideo phūs intēdit ex qualitate sui act⁹ inq̄rere modū sue opatōīs vt potētia intellectiua cognoscatur.

Sciendum est tertio φ pati dicitur tripliciter. vno mō pprie qñ scz ab aliq̄ remouet̄ aliqua pprietas sibi cōueniēs ʒm naturā. ꝛ hoc modo aqua patitur dū calefit. Secūdo mō dr aliq̄d pati minus pprie dū abijcitur ab eo aliq̄d siue sit cōueniens sibi siue nō et isto mō patit̄ nedū egrotans. imo enā qui sanat̄. Tertio mō dr aliquid pati cōmuniter qñ recipit aliq̄d ad qd erat i potētia sine hoc tm̄ φ aliq̄d abijciat̄ ab eo. isto mō omne qd exit de potētia in actu patitur dato φ pficiat̄ ꝛ hec ē passio pfectiua ꝛ alijs modis dicitur corruptiua.

Sit ergo cōclusio prima. intellectus noster possibilis nō est passiu⁹ passiōe corruptiua: ꝫ bene patitur passiōe pfectiua. Prima pars pz per secūdā rationē añ oppositū eo. s. φ nō habz materiā. Secūdam ptem pbat textus. qr sicut se hz sentire ad sēsibilia: ita intelligere ad intelligibilia. ꝫ sentire est passio sensus respectu sensibiliū. ergo intelligere est passio intellect⁹ respectu intelligibiliū. maior pz. nā sic sentire ē quoddam cognoscere qd est qnqʒ in actu ꝛ qnqʒ in potentia: ita intelligere ē quoddaz cognoscere ꝛ qnqʒ intelligim⁹ in actu et qnqʒ in potentia. Aduertendū est tm̄ φ intellect⁹ aliter ē passibilis q̄ sensus. qr sensus est affixus organo corporali quo corrupto ab excellenti sensibili impeditur sens⁹ ne possit pcipere debilia sensibilia post excellētiā. ꝫ intellect⁹ nō hz organū nec potest corrūpi ab excellentia intelligibilis ꝛ post excellēs intelligibile nō minus intelligit infima. Sed magis potest intelligere p accidens. tm̄ intellect⁹ debilitatur ex lesione organi sensus qd necessario requirit̄ ad representandū suū obiectū. Causa hui⁹ diuersitatis ē. qr sensus ē in corpe vt in subiecto. intellectus vero ē in aīa.

Conclusio secunda intellectus

possibilis est immixtus nō vt imparet vt dicit Anaxagoras: s est in potentia vt omnia cognoscat. pz. q: omē susceptiuū ē in potentia aliqua z caret illis quoꝝ est susceptiuuz vt patuit sup̄ de organis sensuū. intellectus vo noster possibilis est in potētia ad oīa intelligibilia z est susceptiu⁹ spēꝝ. ergo caret oib⁹ istis. z cū possit intelligere oēs res corpeas oz ꝙ careat omi materia corporea z ꝙ sit mixt⁹. Si em̄ esset in se corporeus natura corpalis ei⁹ impediret cognitionē aliaꝝ naturaꝝ. q: vt habet textus. intus eꝑns ꝓhibz extraneū. Ex dictis infert Arist. primo ꝙ intellectus non hz aliquā naturā determinatā. s solū ꝙ est possibilis vocatus a potētia respectu p hoc sibi cōuenit ꝙ nō tm̄ cognitiuus est vnius gnīs sensibiliū. s vniuersalit totius nature sensibilis. z sic materia prima est in pura potentia ad oēs formas materiales z nulli forme pmixte sit intellect⁹ possibilis respectu itelligibiliū. Infert secūdo ꝙ intellect⁹ an̄ actualē itelligere nihil ē eoꝝ q̄ itelligit. s est precise in potentia ad intelligibilia z hoc cōtra antiquos dicētes intellectuz esse cōpositū ex omibus vt oīa cognosceret. Si em̄ esset cognitiu⁹ oim p hoc ꝙ in se haberet omia semp esset omnia in actu. z nō in potentia. s est actualitas oim z est immixt⁹ in potentia. Et dicit. p. ꝙ loqtur de itellectu quo aīa intelligit. Infert. vlterius ꝙ intellect⁹ caret organo corporali. q: si haberet organū sicut sensus: tunc haberet aliquā naturā determinatā de natura sensibiliū: sic ꝙ esset calid⁹: humid⁹: frigid⁹: vel siccus q̄tū ad organū. potēna em̄ que ē act⁹ organi cōformatur ipi organo nec refert an ipa potentia habeat qualitatē sensibilē vel organū. eo ꝙ act⁹ nō est potēne tm̄. s ꝯpositū ex organo z potētia. Infert vlteri⁹ ꝙ aīa est loc⁹ spēꝝ intelligibiliū rōne intellect⁹. q: sicut loc⁹ est receptiu⁹ locatoꝝ ita intellect⁹ receptiu⁹ est spēꝝ intelligibiliū. qđ nō fieret si haberet organū. q: tunc spēs nō reciperet in aīa solū. s in ꝯiūcto. nō tm̄ est tota aīa loc⁹ spēꝝ. s sola ps intellectiua q̄ caret organo.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā đr ꝙ imaterialitas sube materialꝰ create nō est intellect⁹ ei⁹. s ex imaterialitate ei⁹ hz vtutē intelligēdi. iō n̄ oz intellectū ēe essentiā aīe. Ad secūdā pz solutio. Ad tertiā đ: ꝙ aristoteles vocat itellectū passiuū vtutē cogitatiuā q̄ đr rō pticularis. q̄ qđē virt⁹ cogitatiua corruptibilis est rōne sui organi. s potētia intellectiua đr intellect⁹ possibilis z nō passiu⁹. q: non patit duob⁹ pmis modis. Ad quartā đr ꝙ respectu eiusdem opatiōis z in eodē ordine agēs ē nobili⁹ patiete. s respectu diuersaꝝ opationū z i diuersis ordinib⁹ nō oz. ymo paciens superior ordinis q̄nq̄ ē nobili⁹ agēte inferioris ordis.

Et hec de questione.

Queritur secūdo vtrum intellectus possibilis ſm esse sit separat⁹ a corpe.

Et arguit ꝙ sic. q: vt hz text⁹ sensus nō est sine corpe. hic aūt. s. intellect⁹ est separat⁹. Secūdo. si intellect⁹ possibilꝰ eēt corpi cōiunctus ſm esse seq̄ret ꝙ eēt singularis. z p ꝯns qcqđ reciperet: reciperet singulariter. qđ falsuz ē. q: intellect⁹ cognoscit vlr. Tertio si eēt corpi ꝯiunct⁹ seq̄ret ꝙ esset corruptibilis ad corruptionē ꝯpositi. Quarto. eiusdē ē potētia z act⁹ s act⁹ intellect⁹ nō ē actio corporis: ergo nec ꝙ potētia intellectiua est corpi cōiuncta. Ad oppositū est text⁹ vocās intellectuz ptē aīe. aīa aūt est forma corpis. ergo intellectus est corpori cōiunctus.

Pro responsione sciendū ē primo ꝙ Auerrois mot⁹ prima rōne an̄ oppositū ponit intellectū possibilē separatū a corpe ſm esse. z dicebat ꝙ lz dicamur itelligere p intellectū possibilē. tm̄ h nō est q: sit nob cōiunct⁹ ſm eē s solū ſm intelligere. Imaginabat em̄ Auerrois ꝙ intellectū possibilē nob vniri p spēm intelligibilē q̄ hz duplex subm scz. intellectū possibilez: z ipa fantasmata q̄ sūt i organis corpeis. z q: talis spēs ē quodāmodo vnū cū itellectu possibili. z q̄dāmō vnū cū fantasmatib⁹. iō dixit intellectū possibilē ꝯtinuari cū istis fātasmatib⁹ p talē spēꝫ

Sed cōtra hāc opinionē ponit cōclusio prima. Intellect⁹ possibilis nō ē a corpe separat⁹ ſm esse. pz q: principiū formale q̄ hō intelligit nō est ab eo separatū ſm esse. s intellect⁹ possibilis est principiū formale q̄ intelligit hō. ergo intellect⁹ possibilis nō est a corpe separat⁹. maior pz. q: nihil agit nisi ſm ꝙ ē in actu p formā per quā agit. s nihil ē in actu p illud qđ ē ab eo separatū ſm esse. minor pz. q: ſm textū intellect⁹ est q̄ aīa opat. ergo relinq̄tur ꝙ intellect⁹ nō est a corpe separatus ſm esse. Vn̄ lz illud q̄ aliquid opat sit prima

pio actiuo possit esse ab eo separatū fm esse vt dicim⁹ ꝙ balliuus opaꝛ per regē. ⁊ q: rex mouet ipm ad operandū. tn̄ ipossibile est illud quo aliquid formaliter operatur ab eo separari fm esse.

Conclusio secunda. mod⁹ quo ponit Auerrois intellectū possibilē ꝯtinuari cū fantasmatib⁹ ⁊ nob̄ nullā ponit cōtinuationē. p3. q: itellectus possibilis nō est intellectū cū intelligibilia nisi fm ꝙ intelligibile est vnū in actu. sic nec sens⁹ ē idē cū sensibili i potētia. ḡ spēs itelligibil' nō ē forma itellect⁹ possibilis: nisi fm ꝙ est itelligibile i actu. ꝭ n̄ est intelligibil' i actu nisi put est abstracta a fantasmatibus. ḡ fm ꝙ vniꝛ intellectui est remota a fantasmatib⁹. ⁊ ꝑ ꝯn̄s n̄ ē aliquid vnū cū intellectu. ergo per istū modū intellect⁹ possibilis nō vniꝛ nobiscū. Vn̄ etiā vt dicit sc̄us Tho. Auerrois fuit decept⁹ ꝑ fallaciā accn̄tis q̄si sic arguēs. spēs itelligibil' est vnita fantasmatibus. ⁊ ē vnita cū intellectu possibili. ḡ intellect⁹ possibilis vniꝛ cū fantasmatib⁹ q̄ sūt in nob̄. Vn̄ spēs intelligibilis fm ꝙ est vnita intellectui abstrahiꝛ a fantasmatib⁹ ⁊ ꝯditiōib⁹ materie. ⁊ fm ꝙ ē vnita fantasmati ē vnita ꝯditionib⁹ materie.

Cōclusio tertia. ꝙuis predicto mō intellect⁹ possibil' nobiscū vniretꝛ adhuc tn̄ ꝑ talē modū nō essemus intelligētes ꝭ intellecti. p3. q: per h̄ ꝙ spēs alicui⁹ rei ē i aliq̄ potētia cognitiua. tn̄ res illa n̄ fit cognoscēs: ꝭ cognita. sicut ꝑ h̄ ꝙ silitudo color̄ ē i potentia visiua color nō fit vidēs: ꝭ visus ē. ḡ n̄ ꝑ hoc ꝙ spēs intelligibil' q̄ est silitudo fantasmatꝫ recipit in intellectu: n̄ sequiꝛ ꝙ nos efficiamur itelligētes. ꝭ ꝙ nos vl' fātasmata q̄ i nob̄ sūt sim⁹ itellectā ab illa potētia itellectia

Cōclusio quarta. directe est cōtra positionē aristotelis. p3. nā. p. in primo hui⁹ tractat⁹ inq̄rit de pte aie q̄ ē intellect⁹ possibil'. ꝭ aia ē in corpe cui⁹ est forma. ḡ est intellect⁹ possibilis ⁊ in corpe. Itē Aristote. vocat in textu itellectū illud q̄ aia intelligit ⁊ opinaꝛ. ⁊ sic positio illa ē ꝯ aristotelē. ē etiā ꝯ pncipia phie ⁊ dissonat vre fidei. nō eīn dicit. p. ꝙ intellect⁹ sit separat⁹ a corpe fm eē. ꝭ dic ꝙ est separat⁹, q: n̄ h3 organū determinatū sic sensus. ⁊ hoc iō ē. q: aia intellectiua ꝑpter sui nobilitatē supgrediꝛ facultatē natura corpalis. ⁊ iō nō pōt ab ea totaliꝛ ꝯprehēdi. ⁊ ita sibi remanet aliq̄ actio in q̄ n̄ cōicat cū natura corpali. ⁊ potētia ꝑ quā opaꝛ nō h3 organū corporale. ⁊ sic p3 ꝙ itellect⁹ ē separat⁹. q: n̄ ē ꝯiūct⁹ organo corpali. tn̄ simpliciꝛ loq̄ndo ē ꝯiūct⁹ corpi fm eē inq̄tū ē i aia subiectiue q̄ ē forma corpi ꝯiuncta.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā p3 solutio. Ad secundā diciꝛ ꝙ l3 intellect⁹ sit singulari in essendo ꝑpter singularitatē sui subiecti. s. aie. tn̄ est vl'is in cognoscēdo ⁊ per respectū ad suū obiectū. naꝫ obiectū intellect⁹ ab eo intelligiꝛ vl'r. ⁊ ē vl'e fm rōeꝫ. Ad tertiā negeꝛ ꝯn̄a. q: cū aia n̄ra sit a corpe sepabilis eo ꝙ nō est totaliꝛ immersa corpi. iō nō corrūpiꝛ ad corruptionē tot⁹ ꝯpositi. neq3 etiā potētie q̄ sibi cōueniūt ea parte q̄ supgrediꝛ naturā corporeā. Ad q̄rtā d' ꝙ intellect⁹ nō est act⁹ corpor̄. q: ꝙuis aia fm suā essentiā sit forma corpor̄. tn̄ intellect⁹ nullū organū iformat. nec tn̄ ē a corpe separat⁹ fm esse. q: ē in essentia aie. ⁊ aia fm essentiā ei⁹ ē forma copor̄. Vn̄ aia vt est subsistens dicitur agere quāuis simpliciter totū dicatur agere. q: aia non subsistit subsistētia ꝯpleta. ꝭ totū ꝯpositū. Et h̄ d' q̄stioe. Sequitur in textu. Cū aūt sic singula fiant. ⁊ c̄.

Queritur tertio vtrū post actū intelligēdi spēs itelligibiles possint ꝯseruari in intellectu. Et arguiꝛ ꝙ nō. q: spēs intelligibiles solū h̄nt in memoria reseruari. ꝭ intellect⁹ nō ē memoria. q̄d p3. q: memoria cognoscat p̄teritū sub rōne p̄teriti. ꝭ hoc ē cognoscere hic ⁊ nūc. hoc aūt cōuenit sensui ⁊ non intellectui. ḡ memoria nō est in pte itellectia. Secūdo. intellect⁹ fit i actu ꝑ spēꝫ itelligibilē intellectū aūt in actu est ipe intellect⁹ i actu. ⁊ ecōtra. ḡ intellect⁹ oīa intelligit quoꝝ habet spēs in se. ḡ post actuale intelligere nō retinet spēs intelligibiles. alias intellectus sp intelligeret oīa que nouit. Ad oppositūꝫ arguiꝛ per pħm dicentē Cū aūt sic singula vt fiant sciēs dicitur q̄ fm actum h3 habitū in ipo pmanentē.

Pro responsione sciendū ē primo ꝙ posiꝙ actū est de intellectu i potētia ꝯn̄ter ostēdit Aristoteles quō reducatur in actū. Et primo ostēdit quō intellect⁹ q̄n fit i actu. deinde determinat d' obiecto intellect⁹.

Sciendum est secundo ꝙ scd̄m

Auicennā spēs intelligibiles nō remanēt in intellectu post actuale intelligere. dicit eniꝫ ꝙ in parte sensitiua solum possunt ꝯseruari q̄tum ad duas potentias. s. ymaginatiuā ꝛ memoratiuā. ꝓ q̄to sua organa ꝓficiūtur quodā sicco bene retinente in quib⁹ possunt reseruari alique spēs cessante actuali appre hensiōe. Sꝫ intellect⁹ qui caret organo cor porali nihil pōt recipe nisi materialiter. ꝛ ꝙ diu manet silitudo tam diu intelligit. ꝛ cum desinit intelligere illa spēs desinit esse in itel lectu. ꝛ oꝫ ꝙ si de nouo velit aliquā rē intelli gere ꝙ ꝯuertat se ad intellectū agentē queꝫ ponebat esse substantiā sepatā: vt ab illo ef fluēt spēs intelligibiles in intellectū possibi lē. ꝛ ꝑ vsum ꝛ exercitiū se ꝯuertente si acq̄rit q̄daꝫ abilitas in intellectu possibili cōuertē di se ad agētē quā abilitatē dicebat eē habi tū scientie. ꝛ sic ꝓm ipm in intellectu non est memoria.

Sciendū est tertio ꝙ hec opinio est cōtra aristotelē dicentē ꝙ intellect⁹ possi bilis sic fit singula sicut sciens ꝛ reducitur i actū spēꝫ intelligibiliū: sic hn̄s habitū scie. ꝛ dū hꝫ spēs in actu dr̄ sciens in actu. ꝛ hoc ꝯuenit sibi qn̄ per seipm pōt opari. sicut ali q̄s habens aliquā formā pōt ꝓm eā opari. et qn̄ aliq̄s hꝫ actū alicui⁹ forme oꝫ ꝙ habeat illā formā. ꝛ q̄uis itellect⁹ possibilis sit quo dāmō in actu qn̄ hꝫ spēs intelligibiles ꝛ nō ꝯsiderat. tn̄ cū hoc est in potētia. licet nō eo dēmō sicut anteq̄ acq̄reret habitū scie. hit⁹ eīn scie ē act⁹ primi scientis ꝛ solū ē in potē tia ad actū secūdū ei⁹ q̄ ē actual' ꝯsideratio ꝑ quā intellect⁹ dr̄ fieri singula in actu.

Sciendum est quarto ꝙ intelle ctus possibilis dr̄ fieri singula ꝓm ꝙ recipit spēs singulariū ꝓut spēs rei recepta in itele ctu est forma intelligentꝭ ꝛ ex ea cū intellectu fit vnū sic ex actu ꝛ potētia nō ita tn̄ ꝙ itelle ct⁹ fiat vnū cū essentia cu᷉ re cui⁹ est spēs in intellectu. ꝫ solū ꝓm esse intelligibile ꝛ intē tionale. ꝛ inde est ꝙ intellect⁹ sic fact⁹ in actu nō solū potest intelligere oīa quoꝝ hꝫ spēs. ꝫ etiā potest intelligere seipm.

Conclusio responsiua ad q̄situ᷉.
Spēs itelligibiles remanēt in itellectu possi bili post actuale intelligere. nō tn̄ ꝓm esse cō pletū ꝫ ꝓm eē iperfectū ꝛ semiplenū. Primo pꝫ. q: omne q̄d recipit i aliq̄ recipit ad modū recipiētis. ꝫ intellect⁹ ē nature mag⁹ stabilis ꝙ materia corpalis. materia aūt corpalis re tinet formas q̄s recipit nō solū qn̄ ꝑ eas agit ꝫ etiam cessante actione. g̃ a fortiori intelle ct⁹ retinet spēs intelligibiles post actuale in telligere. Secūdo pꝫ. q: intellect⁹ mediātib⁹ speciebꝰ sic reseruatꝭ nō erit in actū nisi ꝯuer tēdo se ad fantasmata. g̃ spēs nō manēt i eo ꝓm esse cōpletū. Et dictis pꝫ ꝙ in pte intelle ctiua est ponēda memoria capiendo memo riā ꝓm ꝙ est cōseruatiua specieꝝ. Sꝫ si cape ret memoria vt de rōne eius est apprehēde re pteritū sub rōne preteriti ex parte obiecti: tunc memoria non eēt in pte intellectiua: ꝫ sensitiua tm̄ que est apphēsiua pticularium. q: pteritū ingt̄ū hmōi ꝯsignat esse sub deter minato tpe q̄d pertinet ad esse singulare.

Dubitatur vtrū memoria intel lectiua sit alia potētia ab intellectu. Et ar guit ꝙ sic. q: memoria sensitiua est alia a sen su cōi. g̃ a sili. memoria intellectiua ē alia ab intellectu. Pro dubio supponit ꝙ potentie aie distinguūtur ꝑ diuersas rōes obiectorū. vn̄ si aliq̄ potētia ordiet ad obiectū ꝓm cōeꝫ rōeꝫ obiecti nō variabit illa potētia ꝓm di uersitates particularꝭ obiecti: vt visus respi cit coloratū in cōi. tn̄ nō variat ꝑ diuersitatē albi ꝛ nigri. ꝛ cū intellect⁹ respiciat obiectū ꝓm cōem rōem entꝭ. eo ꝙ intellectus pōt oīa fieri nō diuersificat ꝓm rōnes particulariuꝫ entiū. ꝫ q: respectu eiusdē obiecti aliud ē pri cipiū actiuū a quo fit obiectū in actu. q: po tentia actiua se hꝫ ad obiectū vt act⁹ ad po tentiā. ꝛ passiua se hꝫ ad obiectū vt ens i po tētia ad ens in actu. ꝛ nihil respectu eiusdeꝫ eodē mō cōsideratū est in actu ꝛ in potētia. iō in aīa intellectiua oportet esse intellectuꝫ agentē realiter distinctū a possibili. ꝫ ibi nō sunt alie differētie potentiaꝝ. Tūc rn̄det ad dubiū ꝙ memoria intellectiua nō est alia po tentia ab intellectu. nā memoria ē thesaur⁹ spēꝝ. Sed intellect⁹ ꝓm pħm ē loc⁹ specieꝝ. g̃ memoria nō est alia potētia ab intellectu. Differt tn̄ ab intellectu ꝓm rationem. q: itel lectus potest recipere species intelligibiles ꝛ dicitur intellectus. ꝫ ꝓm ꝙ cōseruat absq̄ intelligere actuali vocatur memoria intelle ctiua. Ad rationē dubij dicitur ꝙ preteri tum ꝛ presens possunt esse differentie diuisi ue potētie sensitiue q̄ apphēdit pticularia. nō aūt intellectiue q̄ apphēdit vniuersalia.

Un tamen preteritio vno modo referri pōt ad obiectū quod cognoscitur. Secūdo modo ad actū cognitiōis que duo simul cōiungūtur in parte sensitiua q̄ aliud apprehendit p hoc q immutatur potentia sensitiua nam aial memorat se prius sensisse in preterito et cognouisse se quoddā preteritum. Sz in parte intellectiua preterito nō conuenit ex parte obiecti. qz intellectus non cognoscit nisi vniuersale cui accidit esse in p̄senti vel in p̄terito. sed ex parte act⁹ cognoscentis p̄terito cognoscitur in actu. qz nostrū intelligere est quidam actus particularis qui tñ fit in isto tēpore vel illo ⁊ hoc nō repugnat intellectualitati. quia q̄uis ille act⁹ sit particularis tñ est immaterialis. ideo sicut intelligit sapm q̄uis sit singularis vel particularis ita intelligit suū intelligere qd̄ ē actu existēs in p̄senti vel in p̄terito.

Ad rationes ante oppositum:

Ad primam dicitur q licet intellectus nō sit apprehēsiu⁹ p̄senti fm pretentionē obiectum appⁿhendit preteritū fm preteritionez actus. ē etiaz cōseruatiu⁹ specierz intelligibilium ratione cuius in eo ponitur memoria.

Ad secundā dicitur q species intelligibilis vno mō est in intellectu in pura potētia vt ante dictū est. et sic intellectus est in potentia essentiali tam ad actum primū q̄ ad actū secundū. Alio modo est in itellectu fm esse ↄpletū ⁊ in actu sicut quādo intellectus actu intelligit. Tertio mō pōt esse in intellectu in actu semi pleno: ⁊ tūc ibi est p modū habitus et actus primi. et medio mō se habet inter potentiā primā et actum secūduz. hoc mō intellect⁹ cōseruat spēs intelligibiles nec oportet q semp itelligat actu cū isto mō hz ipas. Et hec de questione. Sequitur text⁹. Om̄ aūt aliud est ⁊c̄.

Queritur quarto vtruz quidditas rei materialis sit ↄpꝛium obiectū nostri intellect⁹.

Arguitur q non. qz obiectū habitus alicuius potentie non debet excedere obiectum illius potentie. qz idez est obiectū potentie habit⁹ ⁊ act⁹ ei⁹: ꝫ ens est obiectū metaphisice q̄ est habitus nostri intellectus ergo obiectū nostri intellectus nō debet esse minus cōe q̄ ens. ergo quiditas rei materialis nō est obiectum nostri intellect⁹. Secūdo nulla potentia debet excedere suū obiectū: ꝫ multa cognoscūtur que sub quiditate rei materialis non cōtinentur. ergo nō est adequatū obiectum nostri intellectus. Ad oppositū arguitur per philosophū dicentez q in mathematicis et in naturalib⁹ alia et alia virtute cognoscitur suppositū et natura. qz per sensum in naturalib⁹ et per imaginationem in mathematicis. per intellectuz vero cognoscitur natura. ⁊ si per intellectū vtrūq cognoscatur simpliciter. tñ aliter ⁊ aliter se habet in cognoscendo naturam et suppositum. quia cognoscit naturam per se et suppositum indirecte.

Pro responsiōne sciendū est primo q postq̄ Aristoteles posuit ↄditiōes intellectus possibilis et ostendit qualiter reducitur de potētia in actum. Cōsequēter determinat de natura sui obiecti. qz potētie per obiecta cognoscūtur. cui⁹ ratio est: quia potentie per obiecta abinuicē specificātur. sed sunt eadē principia esse vnitatis et distinctionis rei ab aliis ⁊ cognitiōis eius.

Sciendū est secūdo q plato posuit quiditates rerū scd̄m rē separatas a singularib⁹ quas vocat ydeas. ꝫ cōtra ipsum. 4. metaphisice Aristo. ostendit q quiditates rerū nō sunt aliud ab ipsis nisi per accidens. qz quiditas solum includit illa q̄ pertinent ad spēm. suppositū vero in naturalibus et mathematicis vltra essētialia speciei includit principia indiuiduātia q̄ a principiis essentialib⁹ speciei sunt realiter distincta sicut diceremus q nō est idez quiditas hominis albi ⁊ homo albus. naz quiditas hominis nigri nō cōtinet in se nisi qd̄ pertinet ad speciē eius. sed homo albus habz aliqd in se preter spēm humanā ⁊ istud cōtingit i omnib⁹ habētibus formā in materia in qb⁹ suppositū habet aliquid p̄ter principia speciei quare in ipsis alia sunt accidentia nature ⁊ alia suppositi. Sed in illis que non habent formam in materia sed sunt forme tm̄. nihil pōt esse p̄ter essentiā speciei. ideo ibi n̄ differūt natura ⁊ suppositū nec sunt diuersa accidētia speciei ⁊ indiuidui. qz nō habēt diuersa principia.

Sciendum est tertio q tam naturalia q̄ entia mathemathicalia hn̄t spēm in materia. Sed duplex est materia quedā est sensibilis a qua abstrahūt mathemathi-

calia. et que includunt naturalia. Alia est intelligibilis quam mathematica concernit. nam quantitas immediate inheret substantie coniuncte cum materia et forma. qualitates vero sensibiles que reponunt materiam in esse naturali in quantitate fundantur. sed tanquam posteriori potest remanere prius. non remanet quantitas et continuitas in substantia. Unde aliquae sunt forme requirentes materiam sub determinata ratione qualitatum sensibilium sicut naturalia. Alie sunt que requirunt materiam non sub determinata dispositione qualitatum: sed solum sub quantitate ut triangulus quadrangulus que dicuntur forme mathematice. ideo bene dicebatur quod concernunt materiam intelligibilem: sed abstrahunt a sensibili. Ex quo patet quod tam in naturalibus quam in mathematicis differunt res et natura. ratione cuius in utrisque possunt inveniri plura individua sub una specie. unde ponuntur duo exempla in textu. unum mathematicum cum dicitur quod aliud est magnitudo et magnitudinis esse. et aliud exemplum naturale cum dicitur quod aliud est aqua et aque esse. et per aquam intelligitur suppositum. et per esse aque intelligitur quidditas.

Sciendum est quarto. quod in naturalibus et mathematicis in quibus realiter differt quidditas a supposito alia et alia virtute cognoscitur natura et suppositum. Sed in separatis a materia ubi non distinguuntur eadem virtute cognoscuntur. unde quod in separatis non distinguantur tangit philosophus in textu quod aliud est aqua et aque esse et sic in multis aliis. sed non est in omnibus sic: sed in quibusdam aliis. scilicet in separatis idem est esse carnis et caro. et utitur istis terminis caro et carnis esse. quia substantie separate sunt nobis ignote. ideo non nominavit eas philosophus nominibus propriis. Ex istis sequitur quod in separatis per intellectum cognoscuntur natura et suppositum. in naturalibus vero et mathematicis natura directe cognoscitur per intellectum et per sensum cognoscitur suppositum in naturalibus et per imaginationem in mathematicis. et si in istis suppositum cognoscatur hoc non est directe sed per reflexionem ad sensum vel imaginationem. Ex quibus infert philosophus quod omnino sicut res sunt separabiles a materia sic et ea que sunt circa intellectum.

His suppositis ponitur conclusio responsiva ad questionem. quidditas rei materialis est obiectum adequatum nostri intellectus. patet primo illud est obiectum alicuius potentie in quod directe et per se fertur illa potentia et sub cuius ratione cetera apprehendit. sic est de quidditate rei materialis respectu nostri intellectus. nam si interdum cognoscat suppositum materiale hoc non est directe sed reflexe. si etiam cognoscat substantias separatas hoc non est nisi mediante cognitione substantie materialis. ideo in methaphysica prius tractat aristoteles de substantiis materialibus quam de separatis. Secundo actio cuiuslibet agentis est secundum conditionem forme que est principium huius actionis Sed species intelligibilis a particularibus abstracta est forma nostri intellectus et primo sue actionis que quidem species est per se similitudo rei materialis ergo intellectus noster per se et directe intelligit huiusmodi quidditatem. Nec potest dici quod illa species intelligibilis sit obiectum nostri intellectus. quia non est illud quod intelligitur. sed est illud mediante quo fit intellectio sicut species coloris non est illud quod videtur. sed est illud mediante quo visus videt. et color est illud quod videtur. Tertio obiectum alicuius potentie debet esse proportionatum illi. sed intellectus noster est coniunctus secundum esse et separatus secundum rationem et sic similiter convenit quidditati rei materialis que est coniuncta supposito secundum esse et distincta ab ipsis secundum rationem. Quarto potentie secundum speciem distinguuntur per actus et actus per obiecta: sed intellectus noster est distinctus a sensu et etiam ab intellectu substantie separate. ergo suum obiectum differt ab obiecto sensus et ab obiecto substantie separate. ergo cum obiectum sensus sit coniunctum secundum esse et rationem materie particularis et obiectum intellectus separati sit separatum ab omni materia tam sensibili quam imaginabili. oportet quod obiectum intellectus coniuncti habeat esse coniunctum secundum esse et separatum secundum rationem quod non reperitur in quidditate rei materialis.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam dicitur quod obiectum habitus alicuius potentie non excedit obiectum commune talis potentie: sed bene potest excedere proprium obiectum. unde ens est obiectum commune nostri intellectus et quidditas rei materialis est eius obiectum proprium per quod distinguitur a ceteris potentiis cognitivis. sed verum dicit ratio communis per quam fertur intellectus in unumquodque. universale vero dicitur quedam proprietas consequens naturam intellectivam. Ad secundam dicitur quod intellectus noster directe et per se solum intelligit per attributionem ad ipsam quidditatem vel tanquam sibi inferiora ut sunt eius effectus. vel tanquam sibi superiora ut sunt sue cause. scilicet substantie separate. Et hec de questione. Sequitur

in tertu. Dubitabit aũt aliquis ꝛc̃.

Queritur quinto vtrum intellectus noster possibilis sit intelligibilis. Et arguitur ꝙ nõ. rõne pbi. q: si sic vel intelligeret̃ ꝑ seipm vł per aliud. nõ p:imũ: q: tũc nõ solũ esset intelligibilis ʒ intelligens ꝛ cũ om̃e intelligibile inq̃tũ hmõi sit vni' speciei cũ alio seq̃ret̃ ꝙ om̃e intelligibile ĩtelligeret nec secũdũ. q: seq̃retur ꝙ oẽ intelligibile intelligeret ꝛ sẽp intelligeret illud qđ ĩtelligit. Secũdo si esset ĩtelligibilis intelligeret̃ sicut alia ĩtelligibilia. ʒ hoc est falsũ. q: alia intelligibilia intelligũtur ꝑ abstractionem a materia nõ aũt intellect' cũ sit immaterialis. Ad oppositum est textus dicẽs ꝙ est intelligibilis sicut alia intelligibilia.

Pro responsione sciẽdũ est primo ꝙ postq̃ phũs ostendit naturaʒ intellectus possibilis ꝛ quomõ reducit̃ in actuʒ et q̃d est obiectũ eius Cõsequẽter circa p̃dicta mouet duas dubitationes. Prima ẽ cuʒ intellect' noster sit simplex ꝛ ĩpassibilis non hñs aliq̃d cõe cũ aliis quomõ poterit intelligere cũ intelligere sit quoddã pati ꝛ de rõne patientis ẽ ꝙ habeat aliq̃d cõe cũ agente. s. materiã. Secunda dubitatio est titulus questionis.

Pro solutione prime supponẽdũ est ꝙ passio đ: multipliciter. intellectus vero patitur ẜm tertiũ modũ inq̃tũ recipit intelligibilia ad que quodãmõ erat in potentia. q: nihil est in actu anteq̃ intelligat. ẽ eñ sicut tabula rasa in qua nihil est in actu descriptũ in potẽtia tñ ad receptionẽ scripturarũ et picturaꝝ. ꝛ ita intellect' possibił in principio nihil ẽ in actu ʒ in potẽtia tm̃. ꝛ ꝑ hoc excludit̃ opinio antiquoꝝ q̃ ponebãt aĩam ꝯponi ex oib' vt oĩa intelligeret. ꝛ opinio Platonis ponẽtis aĩam habere naturaliter scientiã oĩm reꝝ: ʒ eã quodãmodo obliuisci ꝑ vnionẽ ad corp'. ideo dicebat ꝙ addiscere solũ est oblitoꝝ reminisci.

Pro solutione secunde dubitationis ponit̃ cõclusio rñsiua ad. q. Intellectus possibilis ẽ intelligibilis nõ ꝑ suã essẽtiã ʒ per spẽm intelligibilẽ: sicut alia intelligibilia. pbat̃ nã i his q̃ sũt sicut materia idẽ est intellectus ꝛ qđ intelligit̃. Sʒ intellect' nõ ẽ act' intelligẽs nisi ꝑ spẽm intelligibilẽ q̃ est forma ei' ꝑ quã intelligit. g̃ nõ est intelligibilis nisi ꝑ spẽm intelligibilẽ ꝑ quã alia intelligibilia intelligũtur.

Dubitatur p:io vnde habet intellect' possibił ꝙ nõ ĩtelligit ꝑ suã essentiã ʒ ꝑ spẽm ĩtelligibilẽ. Rñdet̃ ꝙ h̃ ẽ. q: i o:die intelligibiliũ entiũ in potẽtia vnũq̃dq̃ cognoscibile ẽ ẜm ꝙ ẽ in actu ꝛ nõ ẜm ꝙ ẽ ĩ potentia. vt coloratũ videt̃ ĩ actu ꝛ nõ coloratuʒ in potẽtia ꝓpt̃ ꝙ ĩtellect' nõ cognoscit materiã nisi ꝑ anologiã ad formã. Et dicit̃ pꝫ ꝙ p:ia cã q̃ est act' pur' ẽ simplicit̃ intelligibił. ꝛ iõ nõ solũ se: ʒ etiã alia a se ꝑ suã essentiã intelligit. Angel' vo q̃ nõ ẽ act' pur' intelligit se ꝑ suã essentiã. alia aũt ꝑ spẽs ꝯcreatas in ĩtellectu ei'. Intellect' aũt nr̃ q̃ ẽ ĩn potẽtia respectu intelligibiliũ ꝓut ẽ cõiũct' corꝑi hñ hꝫ virtutẽ vt ĩtelligat: nõ aũt vt intelligat̃. nisi ẜm ꝙ reducit̃ in actũ ꝑ spẽm intelligibilẽ. ꝛ iõ nõ cognoscit se ꝑ suã eẽntiã ʒ ꝑ suũ actũ. Ubi aduertẽdũ ẽ ꝙ ĩtellect' primo cognoscit suũ obiectũ. deĩde suũ actuʒ. Tertio spẽʒ ĩtelligibilẽ ꝛ postremo ꝑ spẽm ĩtelligibilẽ seipꝫ cognoscit. Dupliciť tñ ꝯtingit ĩtellectũ nr̃m cognoscere seipm. vno mõ ꝑticlarit̃: vt cũ so:tes vł Plato ꝑcipit se habere aĩam ꝑcipit se ĩtelligere. Alio mõ vniuersalit̃ vt ꝑcipim' naturã aĩe intellectiue ꝑ actũ intellect'. ꝛ ad p:imã cognitõeʒ habẽdã đ aĩa ĩtellectiua sufficit ei' p̃ntia. iõ đ: ꝙ cognoscat̃ ꝑ suã p̃ntiã. ʒ ad secũdã nõ sufficit ei' p̃ntia ʒ req̃rit̃ sufficiẽs inq̃sitio quã ñ põt q̃libet facere. iõ multi naturã aĩeꝝ intellectus ignorãt ꝛ circa ipaʒ errant.

Ad rationes ante oppositum: Ad p:imã đ: ꝙ ĩtellect' est ĩtelligibił ꝑ aliđ ꝛ cũ ĩferebat̃ ꝙ oẽ ĩtelligibile ĩtelligeret negat̃ ꝯñą. sicut eñ sensibile in actu ẽ sensibile ꝓpt̃ similitudinẽ sensibił q̃ ẽ fo:ma sensus. ita intellect' nr̃ q̃ fit ĩ actu ꝑ spẽm intelligibilẽ q̃ est fo:ma illi' ꝑ illã spẽm se intelligit. Uñ in sepatis a materia idẽ est intellect' et illud qđ intelligit̃. nã ꝑ hoc aliq̃d est ĩtelligibile actu ꝙ ẽ sine materia. Sʒ ẽ differẽtia q̃: daʒ nã quarũdã reꝝ esse ẽ sine materia sicut in substãtiis sepatis ꝛ vnũq̃dq̃ istoꝝ ẽ ĩtellectũ ꝛ intelligẽs. Sʒ quarũdã reꝝ essentia nõ ẽ sine materia: ʒ solũ spẽs ab eis abstracta sunt sine materia. sic et ꝑ illas spẽs intelligũtur in actu. et etiã intellect' eas recipiẽs

per eas etiã intelligit. ẜ nõ oportet ꝙ ille etiã sint intelligibiles. q: nõ sũt imunes a materia: Ad secũdã d: ꝙ ibi nõ est oĩno simile ẜ simile est in hoc q: sicut intelligit alia a se per spẽm alioꝝ intelligibiliũ. ita seipm intelligit ꝑ eandẽ spẽm q̃ in eo recipit ⁊ ꝑ quam in actũ reducitur et est actu intelligibile. Et hec de questione. Sequitur in textu.

Quoniã aũt sicut ⁊c.

Queritur sexto. vtrũ in aĩa nr̃a

preter intellectũ possibilẽ sit ponendus intellectus agens. Et arguit ꝙ nõ. q: sicut se hꝫ sensus ad sensibilia. ita intellectꝰ ad itelligibilia. ẜ nõ ponitur sensus agẽs. ergo nõ debet poni intellectꝰ agens. Secũdo similitudo agẽtis recipit i patiẽte sm̃ modum patiẽtis. ẜ intellectꝰ possibilis ẽ virtꝰ, imaterialis. ergo eiꝰ imaterialitas sufficit ad h̃ ꝙ in eo recipiat spẽs imaterialiter. g̃ nõ est necesse ponere intellectũ agentẽ vt fiat res actu itelligibil̃. Tertio ꝑ intellectũ possibilẽ aĩa ẽ in potẽtia ad oĩa itelligibilia ⁊ si in ea poni: itellectꝰ agẽs per illũ erit in actu g̃ siml̃ eẽnt in actu ⁊ i potẽtia respectu oĩm intelligibiliũ ꝙ est ipossibile. Quarto si esset itellectꝰ agẽs in aĩa ꝓcederet ab essentia aĩe ⁊ nõ ab aliquo itellectu supioꝛi qḋ est incõueniẽs. ergo in aĩa nr̃a nõ ẽ ponẽdus intellectꝰ agẽs. Ad oppositũ est textus.

Pro mĩsiõe sciẽdũ ẽ primo ꝙ post

ꝙ Aristoteles determinauit de itellectu possibili. Cõsequẽter agit de intellectu agente ponẽdo q̄ttuoꝛ cõditiões eiꝰ. Prima ẽ ꝙ ẽ separabilis. Secũda est ꝙ ẽ ipassibil̃. Tertia ẽ ꝙ est imixtus. i. nõ cõpositꝰ ex naturis corporeis nec hñs organũ corꝑale. ⁊ i istis tribꝰ ꝯditõibꝰ cõuenit cũ itellectu possibili

Quarta ẽ ꝙ intellectꝰ agẽs ẽ in actu sm̃ suã substantiã. ⁊ in hoc differt a possibili q̃ sm̃ se est in potentia ⁊ solũ fit in actu ꝑ spẽs intelligibile. Istas ꝯditiones ꝓbat phs q: oĩe agẽs nobiliꝰ est patiente ⁊ principium actiuũ materie. Sꝫ intellectꝰ agens cõparat ad possibilẽ sicut actꝰ ad materiã. g̃ ẽ nobilioꝛ possibili. ẜ intellectꝰ possibilis ẽ separatꝰ ipassibil̃ ⁊ immixtꝰ. ergo a fortioꝛi intellectus agens. Ex quo seq̃tur ꝙ ẽ ens sm̃ substantiã in actu. q: nihil agit nisi scḋm ꝙ est in actu.

Sciendũ est secũdo ꝙ propter

hec verba philosophi aliqui posuerũt intellectũ agentem substantiã ab homine separatã. Sed hoc improbat. quia homo nõ esset sufficienter a natura cõstitutus cũ nõ haberet in se principia quibꝰ posset exercere suã operationẽ q̃ est intelligere que nõ põt compleri nisi per intellectũ agentẽ. ergo ꝑfectio aĩe nature humane req̃rit ꝙ vterq₃ intellectꝰ sit aliquid in aĩa. Item sicut operatio intellectꝰ possibilis. scꝫ recipere itelligibilia attribuit homini. ita oꝑatio intellectus agẽtis. s. abstrahere intelligibilia. ẜ h̃ nõ fieret nisi formale principiũ huiꝰ oꝑationis esset homini cõiunctũ scḋm esse. ergo intellectꝰ agẽs nõ est substãtia separata. nec sufficeret ꝙ spẽs intelligibiles facte ꝑ intellectũ agentẽ haberẽt pro subiecto fantasmata q̃ sũt in nobis. q: dictũ est spẽs non sunt actu intelligibiles nisi sm̃ ꝙ sunt abstracte a fantasmatibꝰ. ergo mediantibꝰ ipis actio intellectꝰ agẽtis nõ posset nobis attribui.

Ex quo pꝫ ꝙ nõ ẽ vnꝰ intellectꝰ agẽs in hominibꝰ vt posuit Auerrois. q: cũ intellectus sit homini cõiunctꝰ tanq̃ virtꝰ aĩe eius oportet ꝙ multiplicetur sm̃ multiplicatiõem aĩarũ vel hoim. Vñ pꝫ ꝙ intellectꝰ agẽs ẽ virtꝰ immaterial̃ hñs potestatẽ faciendi intelligibilia sibi similia. facit eñ ea q̃ sunt intelligibilia in potẽtia actu intelligibilia.

Tunc sit hec cõclusio respõsiua

ad. q. In anima nostra ponendꝰ est vnꝰ intellectus agẽs preter possibilẽ. pꝫ. q: in oĩ natura q̃ est q̄nq₃ in potẽtia ⁊ q̄nq₃ in actu oportet ꝙ sit aliquid vt materia in illo gñe et potentia ad cetera illius generis. ⁊ aliq̃d ꝙ sit agens et principiũ actiuũ se hñs in faciendo oĩa sicut ars ad materiã. Sed aĩa scḋm intellectionẽ quãdoq₃ est in potentia q̄nq₃ est in actu. ergo in ea sũt iste differẽtie. scꝫ intellectꝰ in potẽtia ad omnia sicut q̃ d: possibil̃. ⁊ alius qui possit oĩa facere actu intelligibilia qui vocat intellectꝰ agens qui vt dicit in textu est quidã habitꝰ capiendo habitũ gñalit̃ ꝓ forma vt distinguit contra priuatõnẽ ⁊ nõ spãlit̃ pro noticia pricipioꝝ q: si ita caperet: tũc intellectꝰ agẽs nõ faceret oĩa actu intelligibilia eo ꝙ habitꝰ principioꝝ ꝑsupponit t̃minos pricipioꝝ eẽ notos

Itẽ res materiales sũt itelligibiles i potẽtia solũ. ⁊ cũ nihil se reducat de potẽtia i actũ oportet ponere aliq̃d quod faciat eas

intelligibiles in actu. sed hoc nō pōt facere intellectus possibilis cū solū sit in potētia respectu intelligibiliū. ergo pter itellectū possibilē ponēdus est intellect⁹ agēs. Ubi aduertēdū ē ꝙ intellectus agēs dr habit⁹ quo dāmodo: vt lumen respectu coloꝝ quod diuersimode exponit̄ ſm duplicē opinionē de colorib⁹. Nam quidā dixerūt ꝙ color ſm se visibilis est. ⁊ lumen nō facit ad videndum colorē: nisi inꝗtū facit diaphanū in actu. sz intellectus agens facit intelligibilia i actu q̄ prius erāt intelligibilia in potētia. ⁊ iō ſm h̄ dicendū ꝙ nō silr se hz oīs intellect⁹ agēs ad oīa intelligibilia. sicut lumen ad colores. Alij dixerūt lumē requiri pter colores ⁊ ſm istos simile est dr intellectu ad intelligibilia: ⁊ de lumine ad colores. Sed quereret aliquis q̄ fuit necessitas ponēdi itellectū agentē. Dicendū ꝙ Aristotiles fuit motus ponere itellectū agentē ad tollēdū opiniōez platonis dicēns quidditates reꝝ esse a materia separatas ⁊ actu intelligibiles. ⁊ ideo ibi nō erat necessariū ponere intellectū agētem. Sed quia Aristoteles ponit quidditates sensibiliū in materia nec esse actu intelligibiles nisi per abstractionē oportuit ꝙ poneret aliquē intellectū qui abstraheret ipas ⁊ faceret actu eas intelligibiles.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primā dr ꝙ sensibilia ſm suū esse reale extra aiam sunt sensibilia. iō nō oportebat ponere sensum agentē. sed substantie materiales ſm suū esse reale non sunt actu intelligibiles nisi per abstractionē. ideo oportet ponere intellectū agētē. Ad secūdā dr ꝙ species intelligibilis in fantasmate est cōiūcta cōditionib⁹ materie. iō non oz actuare intellectū possibilē qui est immaterialis: nisi fuerit illustrata lumie intellect⁹ agentis. Unde supposito agente bene cōtigit similitudinē alicui⁹ diuersimode recipi in diuersis pter coꝝ dispositionē. sed remoto agente spēs ipsa nō sufficeret disponere recipiēs. ideo ad intelligendū nō sufficit immaterialitas intellectus possibilis nisi intellect⁹ agens ponat̄.

Ad tertiā dr ꝙ aīa se hz vt ens in potētia ad intelligibilia facta in actu per intellectū agentē. sed se habet vt ens in actu ad intelligibilia in potētia que sunt adhuc cōiūcta fantasmatibus q̄ fiūt actu intelligibilia p actionē intellect⁹ agētis. Ad quartā dr ꝙ itellect⁹ agēs fluit ab essentia aīe ſm tn̄ ꝙ ipa pticipat cū substantijs immaterialib⁹. ipa eni3 est creata in orizonte eternitatis. ⁊ sic pticipat cū substantijs tā materialib⁹ ꝙ immaterialib⁹. ⁊ dr participare intellectū agentē ab aliquo intellectu superiori. Et hec de questiōe.

Sequit̄ in textu. Idē aūt est ⁊c.

Queritur septimo vtrū spēs intelligibilis a fātasmatib⁹ abstracta sit id qd intelligit̄.

Et videt̄ ꝙ sic. qr intellectū i actu est actu in intellectu. sed nihil est de re intellecta in intellecto cognoscēte: nisi spēs intelligibilis a fantasmatibus abstracta. ergo illa spēs est id quod intelligit̄. Secūdo. oportet intellectū in actu esse in aliquo: alias nihil esset. sed nō potest esse in re extra aiam cū illa sit materialis. ergo intellect⁹ in actu solū est in intellectu. ⁊ nihil est de re intellecta in actu: nisi spēs intelligibilis. igit̄ ⁊c. Tertio. voces sunt note passionū q̄ sunt in aīa. primo periarmenias. sed voces significāt res itellectas quas per voces significam⁹. ergo passiones aīe. s. spēs intelligibiles sunt ea q̄ actu intelliguntur. Ad oppositū arguitur qr sicut se hz spēs sensibilis ad sensū. ita intelligibilis ad intellectū. sed spēs sensibilis non est illud quod sentit̄. ergo spēs intelligibilis non est illud quod intelligit̄.

Pro responsione sciendū ē primo

ꝙ postꝙ Aristoteles assignauit cōditiōes intellect⁹ possibilis. nūc assignat cōditiōes intellectus in actu ⁊ toti⁹ partis intellectiue. Unde ponit tres cōditiōes intellect⁹ in actu. Prima est ꝙ scientia in actu est idez rei scite quod non est verū de intellectu in potentia. nam spēs intelligibilis per quā intelligit intellectus ⁊ ipe intellectus faciunt vnū sicut forma ⁊ materia. Secūda cōditio ē ꝙ sciētia in potētia in eodē precedit sciam in actu natura ⁊ tpe. qr illud qd est in potentia non reducitur in actū nisi p aliud in actu. Tertia conditio est ꝙ intellectus in actu semp itelligit. ⁊ nō qn̄qz ⁊ qn̄qz nō in quo differt ab intellectu possibili ⁊ intellectu in habitu. quorū vterqz qn̄qz intelligit ⁊ qn̄qz nō. Un̄ itellectus in actu nihil aliud ē ꝙ potētia intellectiua informata specie intelligibili in ea existentem in actu cōpleto ⁊ pfecto.

Sciendū est secūdo ꝙ toti⁹ partis intellectiue pbus ponit tres cōditiones.

Prima est q pars intellectiua est separabilis quod verũ est tam de intellectu agẽte q̃ de possibili. et dicitur separata. q2 operationes h3 sine organo corporali q̃uis sit corpori coniũcta sm esse. Secũda conditio est q pars intellectiua sola est in homine illud qd vere est. Tertia cõditio hec sola pars est incorruptibilis et ppetua per carentiã finis. et iõ dicebatur in .2. huius q hoc genus aie separatur ab alijs sicut ppetuũ a corruptibili. et dr: ppetua p carẽtiã finis et nõ pricipij. ne credatur pphs hoc q aia sit imortalis q in ea p separationẽ a corpore remaneat scia et passiões quomõ nũc h3. Phus ostẽdit q nõ reminiscatur post mortem cor q̃ prius sciuit. Et causam assignat q2 pars intellectiua aie est impassibilis. iõ nõ est subiectũ passionũ aie vt sunt amor odiũ reminiscẽtia. q̃ cũ aliqua corporali passiõe contingit. Sed passiuus intellectus est corporalis. i. pars aie que est subiecta pdictis passionibus ad ptẽ sensitiuã pertinẽtibus. et dr: pars sensitiua intellectus per participationẽ. quia quodãmodo participat rõnem sibi obediendo. vl per intellectũ intelligitur virtus fantasie vl estimatiue. q2 sine illa parte intellectus cõiunctus nihil intelligit. ideo destructo corpore aia separata nõ hab3 eo modo sciam rerũ sicut nũc habet.

Quibus suppositis ponitur cõclusio nralis. species intelligibilis nõ est illud quod intelligit: s3 est quo intellectus intelligit. Primũ pz. nã eadẽ sunt que intelliguntur et de quibus sunt sciẽtie. si g ea q̃ intelliguntur sunt solũ species que sunt in aia seqtur q sciẽtie nõ sunt de rebus que sũt extra aiam. sed solũ sunt de spẽbus que sũt in aia qd est falsu3. Prẽ si sic seqtur error antiquorũ dicentiũ omne qd videt esse verũ. pz: q2 si potẽtia cognitiua solũ cognoscat pmã passionẽ et solũ de ipa iudicat. sic em videt aliqd sm q potẽtia cognitiua p ipm afficitur. ergo iudiciũ cognitiue potẽtie semp erit de prima passione. et sic omne iudiciũ erit verũ. et cũ prime passiones de eodez possibili pñt esse prie vt gustus sani iudicat aliqd ẽe dulce qd tñ ifirmus iudicat ẽe amarũ. ergo duo pdictoria erũt simul vera cũ quolib3 vera iudicat de sua prima passione. Secũda pars pz q2 in actiõe trãseũte forma sm quã fit actio est similitudo obiecti passionis: vt calor calefaciẽtis est similitudo calefacti. et sir forma sm quã fit actio immanens est similitudo obiecti illius actõis. ergo similitudo rei intellecte q̃ est spẽs intelligibilis ẽ forma sm quã intellectus intelligit loquẽdo de intellectõe directa et nõ de reflexa. q2 primo et directe itellectus itelligit suum obiectum p speciem. Sed reflexe intelligere pñt suũ actu3 sc3 spẽm intelligibilẽ et seipm et sic spẽs itelligibilis bñ est3 illud qd secũdario itelligitur

Ad rationes ante oppositum.

Ad primã dr: q intellectũ est i itelligente p suã similitudinẽ. iõ dicitur q intellectus in actu et intellectũ in actu sunt idẽ in q̃tũ similitudo rei intellecte est forma itellectus in actu. iõ sequitur q spẽs intelligibilis sit illud qd intelligitur. Ad secũdã dr: q intellectum in actu duo iportat. s. rem q̃ intelligitur et actu3 intelligẽdi. q̃tũ ad rem q intelligitur solu3 h3 esse in singularibus extra aiam. s3 q̃tu3 ad intelligere solũ habet esse in aia. q̃a aliqd qd intelligitur scdm q intelligitur e intellectũ p suã silitudinẽ et scdm suũ esse reale primo est intelligibile in potẽtia q̃ in actu. Ad tertiã dicitur q sicut in pte sensitiua primo est mutatio sensus a sensibili et secũdario est formatio sm quam imaginatio format sibi ydolũ rei absentis vl nũq̃ vise. sic intellectus primo informatur spẽ intelligibili. et tũc sic informatus sibi informat diffinitionẽ aut enũciationẽ que p vocẽ significatur. et iõ ratio quã significat nomẽ ẽ diffinitio. et enũciatio significat cõpositionẽ vl diuisionẽ. Dicẽdum ergo q voces nõ significãt spẽs itelligibiles qbus itellectus afficit s3 significãt ea q̃ intellectus sibi informat ad iudicandũ de rebus exterioribus. et sic sũt ɔceptus quos format intellectus siue sint ɔplexi siue icõplexi q̃s mediantibus signat res ad extra. Et h de q̃stione

Sequitur textus. Indiuisibiliũ quidẽ.

Queritur octauo vtrum intellectus noster prius cognoscat diuisibile q̃ indiuisibile. Et arguitur q nõ. q2 ex cognitione principiorũ causarũ et elementorũ venimus in cognitionẽ principiatorũ et causatorũ. s3 pricipia sunt idiuisibilia et pricipiata diuisibilia. ergo prius cognoscimus idiuisibile q̃ diuisibile. Secũdo illud qd ponitur in diffinitione alterius prius cognoscitur a nobis. Sed idiuisibile ponitur in diffinitiõe diuisibilis vt punctus i diffinitiõe linee et vnitas in diffi-

nitõe numeri. Tertio sic similiter cognoscitur. Sz idiuisibile est magis sibi intellectui nr̃o q̄ diuisibile cũ intellectus noster sit indiuisibilis. ergo per prius cognoscimus indiuisibile q̄ diuisibile. Ad oppositũ arguitur. q: indiuisibile cognoscitur sicut priuatio diuisibilis priuatio aũt cognoscitur per habitũ. ergo diuisibile prius cognoscitur q̄ indiuisibile.

Pro respõsione sciendũ est primo ꝙ postq̄ phs egit de intellectu. cõsequẽter agit de operatõib⁹ ei⁹. quarũ Prima est idiuisibiliũ intelligẽtia. Secũda est ꝯpositio et diuisio. ⁊ q: prima est idiuisibiliũ intelligẽtia. iõ phus ostẽdit qualiter indiuisibile cognoscitur. gr̃a cui⁹ ostẽdit quot modis dicitur idiuisibile. ⁊ ad videndũ qualiter indiuisibile cognoscatur oportet videre quã habitudinẽ habeat ad q̇dditatẽ rei materialis.

Sciendũ est secundo ꝙ indiuisibile sicut ⁊ vnũ d̃r tripliciter. Primo mõ dicitur indiuisibile qd̕ est vnũ cõtinuũ actu idiuisum diuisibile t̃n potẽtia ⁊ hoc mõ oẽ cõtinuũ est idiuisibile. quia potest capi ꝑ intellectũ tanq̄ indiuisuz in actu. ⁊ si itelligatur ꝯtinuũ vt diuisibile in potentia hoc erit numerãdo partez post partẽ. ⁊ sic intelliget ipsum in tẽpore diuisibili. ⁊ hmõi diuisibile cognoscitur per prius q̄ diuisibile. q: est ꝯfusius ⁊ magis ꝯpositũ. Secũdo modo dicitur indiuisibile quod est vnũ scd̕m formaz ⁊ spẽm: vt homo vl' asin⁹. ⁊ tale per pri⁹ cognoscitur ꝑ partes eius. q: ꝯfusius est. ⁊ indiuisibili tẽpe intelligitur. licet eñ partes sm̃ se i tali toto sint quodãmodo diuise. t̃n possũt accipi vt diuise. q: in ipis est aliq̇d indiuisibile qd̕ facit ipas esse vnũ. s. forma que facit totũ esse vnũ ⁊ indiuisibile sm̃ speciem.

Tertio mõ dicitur aliq̇d vnũ quod est simpliciter idiuisibile sm̃ q̄titatẽ ⁊ sm̃ formaz tam actu q̄ potẽtia sicut pũctus vl' vnitas ⁊ hoc idiuisibile mereatur intellectui sicut priuatio. q: tale idiuisibile ẽ ꝑuatio rei corporal'. ideo cũ intellect⁹ nõ feratur directe nisi in q̇dditatem rei material' tale indiuisibile solũ ex ꝯsequẽti cognoscitur per negationẽ cõtinui cuius est. Alia ratio ẽ. q: intellect⁹ nr̃ cognitiõem capit a sensu. ideo magis sensibilia vt sunt magnitudines per prius cognoscũtur a nobis. quare pũct⁹ ⁊ vnitas ⁊ vniuersal'r ea que trãscẽdunt sensum cognoscũtur a nobis ꝑ negatõem ⁊ priuatiue noiantur hinc de substãtijs sepatis dicimus ꝙ sũt incorporee ⁊ immateriales.

Tunc sit hec cõclusio prima ad q̄situ. indiuisibile tertio mõ captũ posteri⁹ cognoscitur a nob' q̄ diuisibile. s; indiuisibile alijs mois captũ prius cognoscitur. cõclusio patet ex dictis.

Dubitatur primo. vtrum intellectus possit esse fals⁹. Pro dubio supponitur ꝙ due sunt opatões intellect⁹. Pria ẽ simpliciũ apph̃ẽsio in qua nõ est v̇itas neq3 falsitas. Secũda cõpositio vl' diuisio i qua ẽ veritas vl' falsitas. R̃ndetur ad dubiũ ꝙ intellect⁹ circa suũ obiectũ nõ ꝑ se decipitur. ꝑ accidẽs t̃n q̃nq3 decipit: vt attribuẽdo diffinitionẽ vni⁹ alteri diffinito. vl' si partes vni⁹ diffinitionis habeãt repugnantiaz vt si diceretur ꝙ hõ est aial insensibile. ⁊ i hoc intellect⁹ hz similitudinẽ cuz sensu. q: circa ꝓpriũ obiectũ nõ per se decipi: s; circa sensibilia cõia aut circa sensibilia ꝑ accidens bñ decipitur. Simil'r est intellect⁹ circa intelligibilia simplicia ⁊ circa qd̕ quid est nõ decipitur nisi ꝑ accñs. q: sp̄ est ver⁹. ꝓpter qd̕ etiã nũq̄ decipitur circa principia cõplexa que cognoscũtur cognitis terminis: s; sepe decipit intellect⁹ cõponẽdo ⁊ diuidẽdo q̃n in cõplexa abinuicẽ separata ꝯponit et cõiuncta diuidit in tali eñ cõpositiõe q̃n ꝯponit ea que in re sunt vnũ est veritas. ⁊ q̃n diuidit ea q̄ in re sunt vnũ est falsitas. Sz arguitur cõtra. q: in solo intellectu cõponendo est veritas. ergo male d̃r ꝙ intellect⁹ circa qd̕ q̇d est est ver⁹.

Respõdetur ꝙ nõ dicit ver⁹ tãq̄ cognoscẽs veritatez: s; dicitur verus q: est adequatus incomplexo qd̕ cognoscat. Dicitur etiã verus tanq̄ res vera.

Dubitatur secũdo. vtrum intellectus noster possit simul multa intelligere. R̃ndetur ꝙ nõ põt multa intelligere se habentia per modũ multoꝝ. Sed q̃nq3 intelligit multa se habẽtia ꝑ modũ vnius. Ratio q: modus cuiuslibet actõis insequitur formã que est principiũ hui⁹ actõis. ergo nõ queciiq3 intellect⁹ sub vna specie põt intelligere plura simul. Sz que nõ põt intelligere nisi ꝑ diuersas spẽs intelligibiles nõ põt intelligere plura simul. q: ipossibile ẽ ipm simul iformari pluribus formis vni⁹ generis ꝯtrariis. cuz ergo

species intelligibilis sit forma nostri intellectus sequitur q̃ nõ põt informari pluribus specieb⁹ sicut diuerse albedines in numero nõ possunt simul esse in eodẽ corpore.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primã dicit̃ q̃ nõ semp ex cognitiõne principiox venim⁹ in cognitiõez principiatox ꝫ ecõtra: aliqñ tñ in cõplemento scientie procedim⁹ ex cognitiõe principiox in cognitionẽ principiatox. ꝫ principia nõ sũt idiuisibilia termo mõ indiuisibil' siue sint cõplexa siue icõplexa. Ad secũdã d: q̃ illud quod ponit̃ in diffinitiõe rei nõ ẽ nobis semp prius notũ q̃ diffinitũ. ꝫ sufficit q̃ sit notius scdz naturã ⁊ q̃ sit principiuz essendi diffiniti.

Ad tertiã dicit̃ q̃ similitudo per quã intellectus cognoscat est spẽs cogniti existens in cognoscẽte. iõ nõ per similitudinẽ ad potentiam cognitiuã ẽ aliqd prius cognitũ. alias visus magis cognosceret auditũ q̃ colorẽ. qz audit⁹ plus assimilat̃ visui q̃ color. ideo nõ oportet q̃uis intellect⁹ sit simplex ⁊ indiuisibilis q̃ p prius cognoscat indiuisibile q̃ diuisibile. Et hec de questione. Sequit̃ tertius. Videtur aũt sensibile.

Queritur nono vtrum intellectus noster cognoscat res materiales abstrahendo spẽs a fantasmatib⁹.

Et arguitur q̃ nõ. nã q̃cũq; intellect⁹ intelligit rẽ alit̃ q̃ sit falsus ẽ. Sz forme rex materialiũ nõ sũt abstracte a singlarib⁹ quox fantasmata sũt similitudines. g̃ si res materiales itelligerẽt p abstractiõez spẽx a fantasmatib⁹ tal' intellectio cẽt falsa. Secũdo in diffinitiõe rerũ materialiũ cadit materia. g̃ sine maĩa itelligi nõ pñt. ꝫ materia ẽ pricipiũ idiuiduationis. ergo res maĩales non pñt intelligi p abstractionẽ vl'is a pticulari qd est abstrahere spẽs a fantasmatib⁹. Tertio fantasmata se hñt ad itellectũ sicut color ad visũ ꝫ visio nõ fit p abstractiõez a colorib⁹: ꝫ per hoc q̃ color ipmit spẽm in visũ. ergo itellectio nõ fit p abstractionẽ a fantasmatib⁹. sz per hoc q̃ fãtasma ipmit suã spẽm in itellectu. Quarto si fieret tal' abstractio fieret p itellectũ agẽtes. ꝫ hoc nõ: qz intellect⁹ agens se hz a fantasmata sicut lumẽ ad colores. ꝫ lumẽ nihil abstrahit a colorib⁹. ergo nec itellect⁹ a fantasmatib⁹. Ad oppositũ arguit̃. sicut res sunt sepabiles a materia sic ea q̃ sũt circa itellectũ. g̃ materialia intelligũtur inq̃tuz abstrahũtur a materia et fantasmatib⁹ q̃ sunt similitudines materie.

Pro responsione sciendum est

primo q̃ postq̃ actum est de intellectu fin sc. Cõsequẽter aristoteles egit de ipõ p cõparationẽ sensu⁹ ad sẽsibile ⁊ ad itellectũ. iõ multa hic supponũtur q̃ tñ dicũtur in textu.

Sciendũ est secũdo q̃ obiectuz

alicuius potẽtie cognitiue ꝑportionat̃ virtuti illius potẽtie. Sz triplex est virt⁹ cognitiua. quedã est actus organi corporalis sicut sensus ⁊ ei⁹ obiectũ est forma put est in materia. sed qz materia est principiũ indiuiduationis. iõ ois potentia sensitiua est tm̃ cognitiua pticulariũ. Alia est virt⁹ q̃ nõ est act⁹ organi corporalis neq; materie cõiuncta vt intellectus angeli. ⁊ ei⁹ obiectũ ẽ forma existẽs sine materia. l sua essentia ꝓpria q̃uis eñ angeli cognoscãt materiã. tñ hoc nõ est nisi intuendo in reb⁹ imaterialib⁹. scz in seipis vel in essentia diuina. Alia ẽ virtus mediãs q̃ nõ est act⁹ organi est tñ materie cõiuncta pro q̃to aĩa cuius est virtus ẽ actus corporis: vt intellect⁹ noster. cui⁹ obiectũ est forma existens in materia singulari nõ tamen cognoscit vt est in materia singulari: ꝫ abstrahẽdo a materia.

Sciendũ est tertio q̃ abstrahe

re in cõiunctis est scdm esse vnũ intelligere nõ intelligẽdo aliud. iõ abstrahere formã a materia pticulari ẽ ipam cognoscere nõ cognoscẽdo cõditiões materie pticular̃. ⁊ vniuersal' r e ñc prius põt abstrahi a posteriori vt subiectũ ab accidẽte. superi⁹ ab inferiori forma a materia. Dupliciť tñ ꝯtigit abstrahere. vno mõ per modũ cõpositionis ⁊ diuisionis intelligendo vnũ nõ esse in alio: ꝫ separatũ. Alio mõ p simplicẽ apphẽsionẽ intelligendo vnũ nõ intelligẽdo aliud. Abstrahere primo mõ p intellectũ ea que nõ sunt abstracta scdz rẽ nõ est sine falsitate. Sz abstrahere secũdo modo bñ est sine falsitate sicut ptz in sensibus. possum⁹ eñ videre colorem pomi nõ pcipiendo saporẽ vel odorem eius. Et similiter possum⁹ apphẽdere naturã lapidis sine apphẽdẽdo cõditiões indiuiduantes ei⁹. ⁊ hoc est abstrahere vl'ea pticulari. ⁊ spẽm intelligibilẽ a fantasmatibus ⁊ dicitur species intelligibilis similitudo rei

vl'is exñs in intellectu possibili. ſ fantaſma eſt ſimilitudo rei pticularis exñs in fantaſia.

Sciendũ eſt quarto q aliqui dixerũt materiã nõ eſſe de eſſentia rei material'. Sed hoc improbat. q2 materia cõis eſt de eſſentia ſpeciei. ⁊ intellectus intelligẽdo ſpeciẽ rei materialis abſtrahit a materia ſignata ⁊ nõ a materia cõi. Cui9 rõ eſt. q2 cõditiones indiuidui nõ ſunt de quidditate ſpeciei ideo ſpẽs poteſt intelligi ſine hmõi cõditiõibus. vt homo ſine his carnibus. nõ aũt ſine carnib9 in cõi. Mathematica eñ entia abſtrahũtur a materia ſenſibili tã cõi q̃ ſignata: ſ nõ a materia itelligibili. Et dr materia ſenſibilis que eſt ſubiecta qualitatibus ſenſibilibus: vt calido frigido. Sed intelligibil' dicit materia ſubiecta quantitati. quãtitas eñ i materia precedit qualitates ſenſibiles. iõ abſq3 ill.s cõſiderari poſſunt qd ẽ eas abſtrahere a materia ſenſibili. nõ tñ poſſunt ſine materia in cõi. licet abſtrahentur ab hac materia vl' illa ſubiecta quantitati. Entia vero methaphiſica abſtrahũtur ab omi materia: ſicut tranſcendẽtia: vt ens: potẽtia: ⁊ actus. que poſſunt eſſe ſine materia. Et quia Plato ignorauit iſtos modos abſtractionis. iõ oĩa que ponim9 abſtracta per intellectum poſuit abſtracta ſm eſſe. ⁊ poſuit ſpẽs rerũ exiſtere ſine indiuiduis.

Cõtra quẽ ſit hec cõcluſio reſpõſiua ad queſitũ. Intellectus noſter intelligit res materiales abſtrahendo ſpẽs intelligibiles a fantaſmatibus. p3. q2 abſtrahere ſpeciẽ intelligibilẽ a fantaſmatib9 eſt cognoſcere naturam vl'em cõiũctã cõditionibus materialibus nõ intelligẽdo illas ↄditiões. ſed hoc mõ intelligit intellect9. q2 intelligit formã que eſt in materia pticulari ſecludẽdo cõditiões indiuiduãtes. g intelligit abſtrahẽdo ſpẽs a fantaſmatibus: eo q nõ põt intelligere ea quo2 abſtrahit ſpẽs niſi ↄuertẽdo ſe ad fantaſmata: ⁊ nõ q2 intelligat ſine abſtractione a fantaſmatibus.

Ad rationes ante oppoſitum.

Pro responsione sciendum est secundo q propter rationes ante oppositum factas quidam dixerunt q soni consonantes non simul generantur ad auditum. sed videntur simul peruenire propter hoc q tempus medium est insensibile propter suam paruitatem. Sed hoc improbat phylosophus. q tempus sit insensibile. nam tempus sentimus eo q aliquid quod est in tempore sentimus. si ergo tempus esset insensibile necesse esset aliquod tempus in quo nullum ens posset sentiri. sed nullum est ita paruum tempus quin sentiamus nos esse. ergo nullum tempus est insensibile. Ex quo patet falsitas opinionis istorum dicentium q non contingit in eodem indiuisibili temporis plura sentire: licet nobis oppositum videatur propter insensibilitatem temporis. Aliter dicunt quidam alij. dicunt enim q pars sensitiua est sicut vnum continuum habens diuersas partes: licet non sint actu diuise. secundum quas diuersa sentit. sicut corpus continuum quandoque in vna parte est album et in alia nigrum. ita dicunt q secundum vnam partem visus videmus album: et secundum aliam nigrum. Et sic oporteret dicere q in homine sunt due partes eiusdem sensus et eiusdem speciei. quia sensibilia illarum partium sunt eiusdem generis. modo sensus distinguuntur specie secundum distinctionem sensibilium: vt patet secundo de anima. et ita secundum illam rationem sicut visus sunt duo organa. ita ex parte anime sunt duo visus. Sed hoc stare non potest. quia vnius potentie est vnus actus. cum ergo quelibet potentia sensitiua sit vna eius erit vnus actus. quia actus consequitur virtutem sensitiuam. vbi ergo erit vna virtus visiua ibi erit eadem indiuisibilis operatio. ergo vnius sensus non sunt plures partes per quas sentiantur diuersa sensibilia. Item sensibilia diuersorum sensuum sentiuntur ab vna potentia in indiuisibili tempore. ergo a fortiori et sensibilia eius

dem generis sentiuntur in indiuisibili tempore. Ans pz. nam sicut quando sunt diuerse potentie ordinate in vna substantia aliculi posteriores reducuntur in priores. et omnes reducuntur in vnam primam. sed vbi est vna principalis causa et potentia sibi attribuuntur omnes operationes illarum potentiarum et causarum. nam semper inferius est instrumentum superioris. ergo distincti sensus reducuntur ad vnam indiuidualem potentiam et partem sensitiuam sicut ad suum fontem et principium qui est sensus communis a quo spiritus sensitiuus descendunt in omnes sensus particulares. et ad quam terminantur sensationes omnium sensuum particularium. Ex quo pz quod sensus communis se habet ad alios sensus sicut se habet centrum circuli ad lineas ab eo egredientes quae omnes etiam in ipsum terminantur sicut in suo principio ita omnes immutationes sensuum particularium terminantur ad sensum communem a quo egreditur vis sensitiua in omnes sensus particulares. Ex quo etiam pz quod sensus communis est quodammodo vnus et quodammodo plures quemadmodum et centrum circuli. quia secundum quod est principium et finis omnium sic est vnus. sed secundum quod est principium et terminus vnius sensus: puta visus. et principium et terminus alterius: puta auditus. sic est plures. sicut plane visum est. 2. de anima.

Sit igitur conclusio prima.

Contingit vnum animal simul sentire diuersa sensibilia secundum diuersos sensus. Pz conclusio per experientiam. experitur enim quilibet quod simul videt colorem et audit sonum.

Conclusio secunda.

Idem sensus particularis non potest simul plura sentire vt plura sunt. potest tamen multa sentire in quantum vniuntur in aliquo. Prima pars pz per rationes factas ad oppositum. Secunda probatur. quia simul iudicamus per visum de albo et nigro ponendo differentiam inter ipsa.

Conclusio tertia.

sensus communis acceptus vt plures simul percipit diuersa sensibilia. Pz. quia sic terminat diuersas immutationes diuersorum sensuum particularium quas percipit. ergo et cetera.

Conclusio quarta.

Sensus communis acceptus vt vnus secundum s. quod est principium et finis omnium aut plurium sensuum particularium sunt cognoscit plura. non vt plura sunt: sed per modum vnius. Pz. quia sic comparat sensibilia diuersorum sensuum adinuicem secundum conuenientiam et differentiam.

Ex quo pz quomodo diuersi sensus simul possunt sentire et idem sensus etiam diuersa sensibilia. Sed contra ea quae dicta sunt forte obijceretur. quia licet idem possit esse album et dulce simul. non tamen potest esse simul album et nigrum. ergo videtur quod anima non possit simul sentire sensibilia vnius generis cum sint contraria. Dicendum quod non est ita in rebus citra animam sicut in sensu et in intellectu. quia corpus naturale recipit formas secundum esse naturale secundum quas habet contrarietatem. et ideo idem corpus non potest simul esse album et nigrum. sed sensus et intellectus non recipiunt formas rerum secundum esse naturale sed secundum esse intentionale. et ideo sensus et intellectus simul possunt recipere species contrariorum sensibilium. ergo et cetera. ymo etiam in eodem dyaphano simul possunt recipi species diuersorum colorum. Et ad maiorem huius declarationem considerandum est quod sensus et intellectus non solum recipiunt species et formas rerum: sed etiam per eas iudicant de ipsis rebus et eas cognoscunt. Judicium autem de contrarijs non est contrarium: sed vnum et idem. et per vnum contrarium fit iudicium de alio. quare patet quod sensibilia contraria eiusdem sensus possunt simul sentiri.

Dubitatur primo vtrum indiuisibile possit sentiri.

Respondetur. p. quod non. Pro quo supponit quod licet distantia in qua aliquid videtur sit finita ex vtraque parte. distantia tamen in qua non potest videri est infinita in remotione a vidente: licet sit finita versus ipsum videns. Tunc arguitur sic. ex quo distantia in qua aliquid videtur et in qua non potest videri sunt continue inter eas est aliquod indiuisibile ipsas continuans. si ergo indiuisibile possit videri illo casu posito ponatur in illo indiuisibili terminante illud spacium. et sic videbitur cum sit in termino distantie per quam aliquid videtur et etiam illud idem indiuisibile non videbitur cum sit in termino distantie per quam nihil videtur. et sic videretur et non videtur. quod est inconueniens. vel oportebit dicere quod partim videtur et partim non. quod est impossibile. quia indiuisibile non habet partes. Ex quibus superdictis pz quid sit dicendum de sensibus et sensibilibus. et qualiter immutantur sensus a sensibilibus. Rationes facte ad oppositum faciliter soluuntur ex dictis. Ratio facta pro opposito est pro dictis. Et sic de quolibet et per consequens de toto de sensu et sensato.

Sequitur liber de memoria et reminiscentia.

De memoria autem et memorari

dicendum quid est et propter quam causam fit. et cetera.

Circa initium libri de memoria et reminiscentia querit primo utrum memoria sit preteritorum. Arguitur quod non. quia aliquando memoramur alicuius quod nobis est presens: sicut hominis vel equi. ergo memoria non est solum preteritorum. Secundo arguitur. memoria fit mediante specie sensibili reservata in memoria sensitiva. sed illa species est presens. ergo memoria est presentium et non solum preteritorum. In oppositum est phus in textu.

Pro responsione sciendum est primo quod prudentia est virtus propria hominis. que est recta ratio agibilium. inveniuntur tamen quedam animalia quandam prudentiam participare. non ex eo quod habeant rationem. sed ex eo quod instinctu nature moventur per apprehensiones sensitive partis ad quedam opera facienda ac si ex ratione operarentur. Ad prudentiam autem pertinet ut prudens dirigatur per eam in ea que sibi videntur agenda: non solum ex cognitione presentium sed etiam preteritorum. ideo memoria per quam apprehenduntur preterita ponitur pars prudentie. ideo in animalibus in quibus invenitur prudentie similitudo participata. invenitur etiam memoria preteritorum. Sed tamen sicut habent prudentiam imperfectam respectu hominum. sic ita habent memoriam imperfectam. nam alia animalia memorantur tantum. homines autem memorantur et reminiscuntur. ideo post librum in quo determinavit phus de sensu. qui communis est omnibus animalibus determinat de memoria et reminiscentia. quarum altera. scilicet reminiscentia in solis hominibus invenitur altera vero. scilicet memoria in hominibus et animalibus perfectis. Et primo determinat de memoria. et secundo de reminiscentia. et determinando de memoria ostendit quid est memoria. quid memorari. que sit causa memorie. et ad quam partem anime pertineat passio memorandi. Omnes enim operationes partis sensitive passiones dicuntur. quia sentire est quoddam pati.

Sciendum est secundo quod non iidem homines inveniuntur bene memorantes et bene reminiscentes. sed frequenter accidit quod illi qui sunt melius memorantes sunt tardi ad reminiscendum et addiscendum. illi autem bene reminiscuntur qui sunt velocioris ingenii ad inveniendum et bene addiscendum ab aliis. Cuius causa est. quia diverse habitudines hominum ad diversa opera proveniunt ex diversa corporis dispositione. videmus enim in corporibus quod illa que difficulter et tarde recipiunt impressionem bene retinent ipsam. sicut in lapide. que vero de facili percipiunt non bene retinent: sicut aqua. Et quia memorari nihil aliud est quam bene servare semel accepta. ideo est quod illi qui sunt tardi ad recipiendum bene retinent recepta: quod est bene memorari. qui autem de facili recipiunt etiam de facili amittunt. Sed reminisci est quedam reinventio prius acceptorum non conservatorum. et ideo illi qui sunt velocis ingenii ad inveniendum et recipiendum disciplinam sunt etiam bene reminiscitivi.

Sciendum est tertio quod ad determinandum de memoria oportet accipere primo qualia sunt memorabilia. quia obiecta sunt priora actibus. et actus potentiis. 2. de anima.

Sit igitur conclusio prima. Futurorum non est memoria: sed eorum est opinio aut spes. opinio quidem ex parte virtutis cognitive dum scilicet opinamur aliquid esse futurum. Spes ex parte virtutis appetitive. dum scilicet aliquid secundum spem rei affectatur et intenditur. Prima pars probatur. quia futura cognoscimus per intellectum. ergo si etiam illa cognosceremus per memoriam superflueret una istarum potentiarum. assumptum probatur quia de futuris contingentibus. secundum quod in suis causis considerantur potest esse aliqua scientia que vocatur speratia: aut divinatia. et per hoc etiam probatur secunda pars conclusionis.

Conclusio secunda. Memoria non est presentium. sed eorum cognitio pertinet ad sensum per que nec futurorum nec preteritorum cognoscimus. sed tantummodo presentium. Probatur. quia si memoria esset presentium cum eorum sit sensus superflueret una istarum potentiarum.

Conclusio responsiva ad quesitum Memoria est solum preteritorum. Conclusio iam satis probata est. et adhuc probatur eam. p. ex communi usu loquendi. quia nullus qui presentialiter videt album aut aliquid aliud dicit se illud memorari. similiter dum aliquis presentialiter secundum intellectum speculatur. sed aliquis dicit se memorari cum ipse presentialiter se prius audivisse aliquid vidisse vel intellexisse. ergo memoria est preteritorum. Advertendum tamen quod memoria non sic est preteritorum quin possit esse rerum que sunt in presenti. Potest enim aliquis memorari non solum eorum que sunt mortui: sed etiam que nunc vivunt: sicut superius aliquis dixit reminisci. Sed intelligendum est quod memoria est preteritorum ad nostram apprehensionem ita quod cum memoramur apprehendimus nos prius sensisse

ſiſſe aut intellexiſſe aliqua: ſiue illa ſint adhuc in pñti ſiue nō. Ex quo pꝫ ꝙ memoria non eſt ſenſus qui eſt ſolū pñtiū. nec eſt opinio qui eſt futuroꝝ. ſꝫ tm̄ memoria ptinet ad vim ſenſitiuā. Eſt eñ memoria habitus ſiue paſſio aīe de prius ſenſatis cum factū fuerit tempus. dū em̄ interuenit aliquod tp̄s medium inter priorē apprehēſionē ſenſus vel intellectus. ꝛ memoriam ſequentem ſiue apprehenſionē ſequentē eſt memoria. et ſic memoria eſt reſpectu p̄terite apprehenſiōis. ſi em̄ aliquid apprehendatur ꝑ ſenſum aut intellectū: in illo nunc in quo apphendit apprehenſio ei⁹ non dicit̄ memoria. ſꝫ ſolū qn̄ reſpicit apprehenſionē p̄cedentē. ꝛ ſic oīs memoria eſt quid inter apprehenſionē primā ꝛ ſecundā qđ eſt tempus memoratū. Ex quo pꝫ ꝙ ſola animalia que poſſunt ſentire temp⁹ memorant̄. ꝛ illa parte anime memorantur qua tempus ſentiūt.

Sed dubitat̄ primo quare volē

tes memorari mouent⁹ capita. Cauſa eſt. q̄a inter organa memorie ꝛ extimationē ponit̄ quoddam corpus qđ claudit cellulam mediam quo per motū remoto vires ſenſitiue reducte in actum ſufficiūt ad actuandū illa que ſunt reſeruata in memoria. ꝛ per motuꝫ capitis remouet̄ hmōi corpus.

Dubitatur ſecūdo quare meli⁹

memoramur in tenebris q̄ in luce. Cauſa ē. qm̄ in luce oculus impeditur circa multa. iō motus ſenſibiliū exterioꝝ impediunt motus interiorum.

Dubitat̄ tertio. quare volentes

meditari facimus aliquod ſignū corporale. puta nodum in corrigia. Cauſa eſt. q: ꝑ tale ſignum corporale actuat̄ fantaſma in memoria.

Dubitatur quarto quare cū vo

lumus memorari aliqn̄ non poſſumus. ꝛ aliquando dū volum⁹ memoramur. Cauſa ē. q: cum nitimur memorari aliquando multiplicatur ſp̄ēs in memoria, ꝓpter quaꝝ multitudinē perturbatur memoria. ſꝫ qn̄ nō volumus quietatur ꝛ occurrit fantaſma cu⁹ volebamus memoriam habere.

Ad rationes ante oppoſitum.

Ad primam dicitur ꝙ licet memoria quādoqꝫ ſit pñtium ſm̄ eſſe vt dictum eſt: eſt tamen ſemper preteritorum ſm̄ apprehenſionem. Ad ſecundā dicitur ꝙ licet memoria quantū ad principium proximū quod ē ſpēs. ſit preſentiū. tamen q̄tum ad obiectū conſideratū per cōparationem ad precedentem operationē ꝛ apprehenſionē: memoria eſt ſemper preteritoꝝ. Sequitur in textu. Qm̄ aūt de fantaſia.

Queritur ſecundo vtruꝫ memo

ria ſit paſſio primi ſenſitiui. Arguitur ꝙ n̄ quia aliud eſt organū memorie ꝛ aliud primi ſenſitiui. quia ſenſus cōis đ facili recipit ꝛ non ꝯſeruat. memorie aūt eſt ꝯſeruare. nō bene recipere ꝛ bn̄ ꝯſeruare reqrūt ꝯtrarias diſpoſitiōes. ergo ꝛc̄. Secūdo. memoria eſt potentia diſtincta a ſenſu cōi. ergo nō eſt paſſio ei⁹. In oppoſitū eſt pħs.

Pro ſolutiōe ad. q: ſciēdū eſt pri

mo ꝙ poſtq̄ philoſoph⁹ determinauit quid eſt memoria. conſequenter oſtendit ad quaꝫ partem anime pertineat qm̄ vt habetur tertio de anima. ꝛ etiam in p̄ñti paſſu nō contingit aliquid intelligere ſine fantaſmate. neqꝫ quantū ad primā apprehenſionē ſpecieruꝫ intelligibiliū: nec q̄tum ad actualem conſiderationem per ſpēs intelligibiles illius cuius intellectus hꝫ ſciam. tn̄ intellectus nō ꝓpter hoc cognoſcit ſingulare. ſic em̄ ē de deſcriptionibus figuraꝝ geometrie in quibus ſi deſcribatur triangulus deſcribitur debite quātitatis. ꝛ tn̄ geometria in ſua demōſtratione non vtitur aliqua determiata quantitate. ſilr̄ cū homo vult intelligere rem aliquā preſuppōit fantaſma debite q̄titatis. vt volenti intelligere hoīem ꝓportionat̄ ymago alicui⁹ hoīs bicubiti vel tricubiti. ꝛ tn̄ intellectus intelligit hoīem inq̄tū eſt hō ꝛ nō inquantū hꝫ hanc quantitatē. ꝛ ſilr̄ qn̄ intellectus vult intelligere naturā alicui⁹ q̄titatis puta linee. occurrit fantaſma linee pedalis: vel bipedalis. ꝛ tn̄ intellectus itelligit lineā ſolā ſm̄ naturā quantitatis ꝛ non ſm̄ qđ ē bipedalis.

Sciendū eſt ſecundo ꝙ dupliciter aliquid cognoſcitur ſenſu vt ad propoſitum ſufficit.

Uno mō per immutationē ſenſus a ſenſibili. ꝛ hoc mō cognoſcuntur tam ſenſibilia propria q̄ cōia a ſenſib⁹ ꝓprijs ꝛ ſenſu cōi. Alio mō cogñſcit alıq̄d a ſenſu quodāmō ſecūdario motu. q̄ relinq̄tur ex prima

immutatiõe sensus a sensibili et remanet etiam post absentiam sensibilis et hõ mõ cognoscit fantasia et etiã memoria de qua post dicetur.

Sit igitur cõclusio responsiua

ad quesita. Memoria est passio primi sensitiui. et sic pertinet ad partem sensitiuam. debet tamẽ accipi passio large. Patet q: magnitudo tempus et motus cũ sint sensibilia cõia cognoscũtur per se ab eadẽ potẽtia. cognoscẽdo enĩ prius et posterius in motu cognoscit tempus. 4. phisicorum. hec magnitudo et motus cũ sint sensibilia cõia per se cognoscunt a sensu. ergo et tempus. sed ad memoriã pertinet apprehensio temporis non sm quandã determinationẽ. sed sm distinctionem preteriti a presenti nunc. ergo memoria pertinet per se ad partem sensitiuã et nõ ad partẽ intellectiuã q non cõprehendit tempus sm determinatã quantitatẽ. Verũ est tamen q memoria ponitur in parte intellectiua. q: in parte intellectiua est habitualis conseruatio eorum q pertinẽt ad partem intellectiuã et hec dicitur memoria.

Probatur etiam cõclusio per signum aialia perfecta que non habent intellectum hñt memoriã. et hoc est signũ q memoria pertinet ad partẽ sensitiuam. talia enĩ aialia cognoscunt tempus et memorantur de prius visis. sz enĩ cũ aliqd cognoscitur per memoriã sentit aial percipit hoc qd prius vidit vel audiuit modo prius et posterius pertinent ad tempus ergo talia aial a cognoscũt tempus. igitur habent memoriam.

Dubitatur primo cũ in memorando quedam passio principaliter afficiat animã et res cuius meõramur sit absens quare memoramur rei absentis et nõ presentis passionis

Dicitur q illa passio siue fantasma põt dupliciter cõsiderari. vno mõ sm se. alio mõ put est ymago alicuius rei absentis. sicut animal pictũ põt cõsiderari sm se et vt est ymago aialis. si ergo aial cõuertat ad ipsum fantasma sm se. sic videtur aie adesse aliqd sensibile et est operatio fantasie sicut qñ intellectus se cõuertit ad speciẽ intelligibilem et fantasma sm se simpliciter intelligit. sed si aia cõuertatur ad fantasma sm quod est ymago alterius rei et cõsideret tanq̃ ymaginem eius quod prius sensimus vel intelleximus. sic est memoria sensitiua vel intellectiua. et sic patet distinctio fantasie et memorie.

Dubitatur secundo virtus iuuenes et senes sunt male memorie.

Rñdet q sic. sm suã propriam naturã. et rõ est. q: vt dicebat memorari est cõseruare firmiter accepta. mõ iuuenes sũt in cõtinuo fluxu propter augmẽtũ et senes propter decrementũ. io in neutris bñ retinet impressio sicut nec in aq̃ fluxe. Verũ ẽ tñ q de p accidẽs q recepim⁹ in iuuentute bñ retinem⁹. Cui⁹ rõ ẽ. q: pueri cum nouiter intrãtes mũdũ oĩa cõprehẽdũt vt noua et insolita ob hoc admirant. admiratio vero ẽ cã memorie. sic illi q sũt velocis apprehẽsiõis nõ sũt bñ meõratiui: vt supra dictũ ẽ. q: sũt magis humidi q̃ oporteat ad bonã meõriã. io nõ manet i ipsis impressio fãtasmatis. sic illi q sũt tarde apprehẽsiõis nõ sũt bñ memoratiui q: in ipsis nõ fit bẽ apprehẽsio fãtasmatis. Ex q patz q cerebri nõ sũt bñ meõratiui propter fluxũ cerebri sicut mulieres sũt min⁹ meõratiue q̃ viri propter fluxũ et motũ quã hñt propter nimiã humiditatẽ.

Dubitatur tertio que est causa mot⁹ et bonitatis memorie.

Rñdet q frequẽtes meditatiões eorũ que scim⁹ aut itelleximus faciũt et cõseruant memoriã. memorari aũt nihil aliud ẽ q̃ iteratis cõsiderare aliq. Manifestũ est aũt q ex frequẽti actu meditãdi habit⁹ meõrabiliũ cõfluens sicut quilibet habit⁹. nã multiplicata cã fortificat effect⁹. Vñ gñaliter pñt assignari quattuor cause bone memorie. Prima ẽ frequẽs meditatio circa obiectũ memorie. Secũda est fortis apprehensio. põt enĩ eẽ q aliqs ex vna forti et vehementi attẽtione circa aliqd õ cohaberet meliorẽ memoriã q̃ ille q̃ multotiens illud retinuisse cõsueuit. Tertia ẽ admiratio õ obiecto memorabili. et ideo dictũ est q iuuenes de per accidẽs bene memorantur. Quarta est delectatio et tristitia illata ab obiecto memorabili.

Ad ratiões ante oppositum.

Ad primã dicit q bene probat sensum cõem et memoriã esse diuersas potẽtias et tñ sensus cõmunis est radix aliarũ potentiarũ sensitiuarũ sicut nutritiua ẽ radix potentie augmentatiue et gñatiue. nã vtraq̃ p nutrimẽto vtit. similiter etiã sensus cõis est radix fantasie et memorie que p̃supponũt actũ sens⁹ cõis. et ideo hñt in hoc modũ passiõis respectu ipsi⁹ sicut posterius semp hz respectũ prioris in per se ordinatis et similiter dicitur in secunda.

Et hec de queſtione. Sequitur in textu. De reminiſci aūt reliquū eſt dicere.

Queritur tertio vtrū reminiſcētia ſit reſumptio noticie elapſe a memoria ex aliquo principio in memoria reſumpto. Arguitur ꝙ nō. nā ſi ſic. ſequeret̃ ꝙ q̄libet noua acceptio noticie eſſet reminiſcētia. ꝯn̄s ē falſum. q: addiſcere eſſet reminiſci. Secūdo ſic. Reminiſcētia fit cū quadā collatione alicui⁹ cogniti ad id quod deletū eſt ꝑ obliuionē. hec aūt collatio nō ꝯuenit memorie. ergo reminiſcētia nō eſt ex aliquo principio reſumpto ī memoria. Tertio ſic. reminiſcētia ſolū cōuenit hominib⁹. ſ homo differt a brutis ſolo itellectu. ergo reminiſcētia ſolū ꝯuenit potentie intellectiue. ergo non cōuenit memorie. In oppoſitū eſt. p. in textu.

Pro reſponſione ſciendū ē primo ꝙ poſtq̄. p. determinauit de memoria et memorari. ꝯn̄r determīat de reminiſcentia ⁊ reminiſci. Primo oſtēdēdo quid ſit ⁊ quid non ſit reminiſcētia. Deinde determinat modū reminiſcendi.

Sit igit̃ concluſio prima. Reminiſcētia nō eſt memoria ꝓprie accipiēdo memoriā. p3. q: remiſcētia eſt recordatio alicui⁹ obliti ⁊ deleti ꝑ obliuionē. ſ memoria ē alicui⁹ reſeruati ⁊ nondū obliti. igit̃ ⁊c̄. Et ſic patet ꝙ reminiſcētia nō eſt memoratio. nam multotiens rememoramur abſq3 collatione illius cuius rememoramur ad aliquid in memoria reſeruatū. quam tamen collatiōe3 requirit reminiſcētia.

Cōcluſio ſecūda. Remiſcentia nō eſt noua rei cognitio. p3. nā noua rei cognitio reſpicit ſcitū vel inuentū abſolute. ſ3 reminiſcentia reſpicit inuentū vel oblitū et poſtea cognitum. ergo ⁊c̄.

Ex q̄bus patet concluſio reſpōſiua ad queſitū. Remiſcentia eſt reſumptio elapſe noticie a memoria ex aliquo pricipio in memoria accepto. Probat̃. q: reminiſcentia fit cū motu fātaſmatū qui eſt ab aliquo in aliq̄d ſicut quilibet ali⁹ motus. terminus aūt mot⁹ a quo eſt aliquod principiū in memoria receptū ⁊ cognitū habens certū ordinē ad oblitū. ⁊ termin⁹ ad quē ē reſumptio illius obliti ex tali principio in memoria recepto. hmōi aūt duo termi explicant̃ ī p̄dicta diffinitione que ſufficiēs eſt. Ex quo p3 ꝙ ſicut in q̄ſitio rōnis eſt via ad aliquid cogſcēdū ⁊ tn̄ ex aliquo cognito procedit. ita etiā3 reminiſcētia eſt ad aliquod memorandū: et tn̄ ex aliquo memorato procedit. Ex quo p3 ꝙ nō q̄libet reſumptio elapſe noticie a memoria eſt reminiſcētia. nā ꝯtingit ꝙ aliq̄s nunc ſciret aliq̄d ⁊ poſtea illius totalr̃ obliuiſceretur ſic ꝙ nullo modo per ſe poſſet deuenire ad illius noticiā3. ſ forte poſſet ſecūdario illud addiſcere. ⁊ ita ſi reſumptio eſſet noticie totaliter elapſe nō eſſet reminiſcentia. q: n̄ eſſet ex aliquo principio in noticia recepto. Eſt eñ reminiſcētia inq̄ſitio alicui⁹ qd̄ a memoria excidit: non tn̄ totaliter. ſ remanet aliquod principiū ipi⁹ in memoria quo aliqn̄ ꝓcedun⁹ ad reminiſcendū illi⁹ quod excederat a memoria. ⁊ ſic p3 q̄d ſit remiſcētia. Ex iſtis poteſt ſumi ver⁹ mod⁹ remiſcendi. nam ex quo remiſcētia eſt iueſtigatio obliti ꝑ memoriā o3 ſemꝑ incipe ab aliquo recepto ī memoria qd̄ aliquo ordine reſpiciat rem q̄ queritur. ⁊ ſic reminiſcētia inq̄rit ordinē in fantaſmatib⁹ reſeruans. Ordo igitur iſte aut ē ex parte remiſcētis: aut ex parte remiſcibilis. Si primū: ſic eſt ꝯſuetudo. nā ꝯſuetudo maximā vim h3 ad remiſcēdū qd̄ in nobis euidenter experimur. q: cū ꝯſueuimus aliq̄ per ordinem enūciare: dicto priori occurrit ſecūdū etiā ſine attentione ſpeciali. conſuetudo eñ quaſi ē altera natura. Si vō talis ordo ſit ex pte remiſcibilis: hoc eſt duplr̃. aut eſt ex parte neceſſitatis ⁊ tūc ſtatim venit̃ in queſitū poſterius. vt ex ordine hois cū aiali apprehēſo hoie reminiſcimur aialis. Aut ē ordo ꝓbabilitatis: ⁊ ſic ab oībus que aliq̄ mō adherent rei pōt fieri inuētio rei q̄ſite ꝑ reminiſcentiā. ſiue pertineant ad illā rem tanq̄ ſimilia ſiue tanq̄ cōtraria vel quouis modo. Modus ergo reminiſcēdi eſt iſte. nam capimus aliquod primū principiu3 in memoria receptū. ⁊ ab iſto venim⁹ in ſecūdū. ⁊ a ſecūdo in tertiū. ⁊ ſic deinceps. Ex quo p3 ꝙ cū volum⁹ reminiſci nō capim⁹ indifferēter quodcūq3 principiū in memoria receptū. ſ3 illud ꝑ qd̄ putam⁹ citi⁹ peruenire ad inuentionē q̄ſiti. ſiue incipiēdo a primo ſimplr̃ vel ab vltimo ſm̄ modū reſolutiōis. Ex quo p3 etiā ꝙ magis remiſcibilia ſunt q̄ hn̄t aliquē ordinē q̄ q̄ carent ordine. Et ex ꝯ̄ne remiſcibilia ſunt q optime ſunt ordinata, ⁊ iō ad be

nē memorandū ⁊ bñ reminiscēdū q̄ttuor pricipaliter sunt documenta obseruanda maxime ex parte reminiscētis. Primū est vt studeat ea q̄ vult retinere in aliquē ordinē reduceret. Secūdo vt ꝓfunde ⁊ attente ad ea mentē apponat. Tertio vt frequenter meditet̄ s͗c͗d͗ȝ ordinē. Quarto vt incipiat reminisci a principio

Dubitatur primo quare aliquando

ab aliquo principio reminiscimur alicui⁹ ⁊ quandoqȝ ab eodem illi⁹ nō reminiscimur. Causa est. q: qñqȝ transgreditur ⁊ fit mot⁹ vltra ipm. ⁊ hoc cū mouet̄ motu incōsueto. nā ibi ꝯsuetudo fit altera natura. tñ pōt deficere sicut qñqȝ deficit natura. Sȝ quādo nō fit transgressio in motu bñ reminiscimur.

Dubitatur secūdo quare cōtingit

ꝙ dū aliquis querit diligēter reminisci nō pōt reminisci ⁊ postea faciliter pōt. Rñdet̄ ꝙ cā est. q: in illa diligentia sunt multi motus indistincti qui impediunt ordinē: quibus sedatis inueniт̄ determinate quod q̄ritur ⁊ cōuenienter fit reminiscentia.

Dubitatur tertio quare pluries

reminiscimur eoꝝ que procul sunt a pñti: et nō eoꝝ que ꝓpe sunt. Causa est. q: si velim⁹ reminisci eoꝝ que sunt prope pri⁹ vadim⁹ ad principiū negocij toti⁹. ⁊ sic primo inuenim⁹ multū longinqua a presenti priusq̄ ea q̄ sūt propinqua pñti. nā sicut res hñt ordinē: ita cōueniēs est motū reminiscentie fieri s͗m ordinē incipiendo a primo toti⁹ ordinis pcedendo per media vsqȝ in finem. qñqȝ tamen contingit oppositum fieri.

Ad rationes ante oppositum:

Ad primā negatur ꝯña. ⁊ cā pȝ ex dictis.

Ad secūdā d͗r ꝙ bñ ꝓbat reminiscentiam differre a memoria ⁊ rememoratione. q͗d ꝯcedit̄.

Ad tertiam iā patuit solutio in precedentibus. Et hec de q̄stione. Sequit̄ in textu. Q͗d quidē igitur nō ijdem sunt ⁊c̄.

Queritur quarto ⁊ vltimo vtrū

reminiscentia insit solū hoīb⁹. Arguit̄ ꝙ nō. Reminiscētia ꝑtinet ad memoriā. q: est quasi quidā motus ad memoriā habendā. s͗z memoria inest brutis sicut hoīb⁹. igit̄ ⁊ reminiscentia. Secūdo. reminiscentia est passio partis sensitiue. cū ergo bruta sentiant sicut ⁊ homines videtur ꝙ reminiscantur. Et cōfirmatur. q: aīalib⁹ ꝑfectis insunt oēs vires sensitiue. ergo aīali inest vis sensitiua q̄ est reminiscētia. Tertio. multis brutis aīalibus videt̄ inesse rō. q: vident moueri ⁊ facere discursus: sicut pȝ de auibus ⁊ cattis ⁊ simeis in multis actib⁹ eoꝝ. ergo eis inest reminiscētia. In oppositū est. p. in textu.

Pro responsione sciendum est

primo ꝙ reminisci ⁊ iterato addiscere vl' inuenire sic differūt. q: reminisci est recuperare noticiam amissaȝ per aliq͗d principiū in memoria retentū: ad quod quodāmō seq̄t̄ noticia quesita: vel de necessitate: vel ex ꝯsuetudine vt dictū est pri⁹. puta cū aliquis recordatur alicui⁹ quod sibi dictum est ab alio: ⁊ oblitus ē quis ei dixerit: talis vtitur eo q͗d habet in memoria. s. illo dicto ad reminiscēdū illius cuius oblitus est. Sȝ quando aliquis ꝑuenit ad noticiam amissaȝ nō per aliq͗d principiū reseruat̄ in memoria: s͗ȝ per aliquid aliud: vt a doctore extrinseco ille dicit̄ iterū addiscere. Sȝ qñ aliquis diuersa cogitans ⁊ multis motib⁹ mouet̄ vel ꝑuenit ad motū per quē cōseq̄tur cognitioneȝ rei scite ⁊ oblite dicit̄ iterū inuenire. Sed d͗r de nouo inuenire quando accipit noticiā ab alio q̄͗ a seipo quā nunq̄͗ habuit. Unde in reminiscēdo inchoandū est a principio h͗m cui⁹ cui⁹ reminisci volum⁹. q: ignotū h͗ȝ cognosci ꝑ notū. Cū ḡ principia sit noti⁹ principiato sequitur ꝙ i reminiscendo inchoandū est a principio.

Sciendū est secūdo ꝙ i reminiscē

do fantasia discurrit de vno ad aliud, ꝓpter similitudinē intra ipam repertā: vt a lacte itur in cognitionēȝ albi. ⁊ ab albo i noticiā aeris: qui est liquid⁹ sicut lac. ⁊ ab aere i humidū. ⁊ ab humido in suū ꝯtrariū. s. siccū. ⁊ ꝯñr. Unde in discursu reminiscētie mediū ꝯueniēs ex ꝑte reminiscentis est principiū vl' nō q̄dē ꝑ predicationēȝ: s͗ȝ a quo aliquis cōsueuit memorari ad diuersa sicut dictū est de littera. ⁊ iō ab illo possumus ꝓcedere ⁊ ad vnū ⁊ ad aliud quousqȝ ꝑueniamus ad illud q͗d querimus ⁊ sic ignorata hac littera. d. incipiendū ē ab a. in. b. ⁊ a. b. in. c. ⁊ sic ꝯñr quousqȝ i. d. per quādā ꝯsuetudinē peruenıam⁹. Et ex h͗ patȝ ca error ꝯtingēs in reminiscētia. nā ȝ error ibi ꝯtingit qñ maior est habitudo principij vl' is ad vnū reminiscibile q̄͗ ad aliud q͗d q̄rim⁹. et h͗ frequenť ꝯtingit ex ꝯsuetudine: vt cū ꝯsueti sum⁹ ꝑ principiū recordari vni⁹ ⁊ alteri⁹

tñ ex ꝯſuetudine ſolū memoramur illi⁹ cui⁹ pꝛincipiū memorari ꝯſueuimus. Verū ē tñ ꝙ tp̄s eſt pꝛincipiū remiſcētie ſcḋm ꝙ ē menſura eius cui⁹ reminiſcitur. Vñ reminiſcēs ſꝑ cognoſcit tp̄s determinate ꝛ finite: aut infinite ꝛ indeterminate. ſicut cū aliqs reminiſcit̄ h̄ eſſe factū certa die. tūc cognoſcit tp̄s determinate in quo factū eſt tale opus ſed indeterminate cognoſcit aliquis tp̄s qñ reminiſcitur alicui⁹ op̄is preteriti. ſ; neſcit tp̄s determinatum in quo factum eſt tale opus.

Concluſio pꝛima. ſenſitiuū ī homine accedit ad ꝓprietatē rōnalis ꝛ ē capax rōnis. Pꝛobatur. q: in omī ordine rerū ſupmū inferioꝛis ordinis ꝛ infimū ſuperioꝛis accedunt ad eaſdē ꝓprietates ꝛ ꝯditōes. cū ergo ſenſus hoīs ſit ſupꝛem⁹ in ordine ſenſitiuoꝝ ſeq̄tur ꝙ ꝑticipabit ꝯditionem intellectui. ergo ſenſitiuū homis eſt capax rōnis. ꝛ d̄r rōne per participationem qḋ ꝯuenit brutis in quibus ſenſitiuū eſt ſine intellectiuo.

Concluſio reſponſalis. Reminiſcentia ſolū ꝑtinet hominibus. ꝛ eſt paſſio coꝛpoꝛea ꝯueniens memoꝛie humane. Pꝛobat̄ q: cū inter oēs memoꝛias ꝑtis ſenſitiue memoꝛia humana ſit ſupꝛema ꝛ altioꝛis gradus ſeq̄tur ꝙ illa ſola accedat ad ꝯditionē rōnalis ꝛ intellectui. cū ergo natura rōnis ſit ꝓcedere d̄ noto ad ignoti noticiā: ſequit̄ ꝙ ſola memoꝛia ꝓcedet de noto ad ignotū. q̄ q̄dē diſcurſus a notis memoꝛatis ad ignotum oblitū eſt remiſcētia. ergo ꝯcluſio vera. Eſt aduertendū tñ ꝙ ſicut aliquando intelligimus aliquid ſimplr̄ ꝛ ſine diſcurſu ꝛ aliqñ cū diſcurſu venim⁹ in cognitiōez alicui⁹. ita aliqñ memoꝛamur ꝑ ſimplicē memoꝛiā ſine motu reminiſcētie. aliqñ v̄o nō poſſum⁹ qḋ pertinet ad reminiſcentiā. Ex quo p; ꝙ brutis nō ineſt remiſcētia. q: nō hīt potētiā diſcurſiuā aut collectiuā vni⁹ cū alio. qḋ tñ req̄rit remiſcētia. S; ꝙ remiſcētia ſit paſſio organi coꝛꝑalis ꝛ nō ꝑtineat ad intellectū ꝓbat̄ rōnibus textus. Pꝛimo ſic. q: dū aliquis diligenter vult reminiſci ꝛ nō pōt turbat̄ ī coꝛpoꝛe. ergo remiſcētia ē paſſio organi coꝛpalis. et hec turbatio maxime fit in melancolicis qui ſunt frigidi ꝛ ſicci. iō qḋ eis imprimitur nō cito remouet. Secundo arguit̄. habētia ſupioꝛa groſſioꝛa inferioꝛibus ſine ꝓpoꝛtiōe ſunt male reminiſcitiui. ꝛ oppoſito mō diſpoſiti ſunt reminiſcentioꝛes. cū ergo iſta ñ fiant niſi propter diuerſitatē organoꝝ coꝛpoꝛeoꝝ ſequit̄ ꝙ remiſcētia req̄rit organū coꝛpoꝛale. Ex quo p; ꝙ magni non ſunt bñ reminiſcitiui. q: vt in pluribꝰ hñt ſupioꝛa groſſioꝛa inferioꝛibꝰ ſine ꝓpoꝛtione. Tertio pat; ꝙ iuuenes ſunt peioꝛis remiſcentie ꝛ ſilr̄ ſenes. cū ergo hij nō differant niſi ꝓpt̄ organi diuerſitate ſequit̄ ꝙ reminiſcētia req̄rit organū coꝛpoꝛale. Et ſic p; qḋ dicendū erat de memoꝛia ꝛ reminiſcentia.

Ad rationes ante oppoſitum.

Ad pꝛimā d̄r ꝙ reminiſcētia ñ ē paſſio cuiuſlib; memoꝛie. ſ; ſoli⁹ humane ꝓpt̄ affinitatē quā h; ad itellectū. ꝛ hoc ſolū repit̄ in hoīb⁹. Et ſilr̄ d̄r ad ſecundā ꝛ ad ei⁹ ꝯfirmatōez. Ad tertiā d̄r ꝙ talib⁹ aīalib⁹ quodāmō ꝑ naturā indita ē cognitio ſine quocūq; diſcurſu q̄ quodāmō ſilis ē cognitiōi q̄ eſt ī nob hoīb⁹ q̄ acq̄rit̄ per diſcurſū. ſ. in termio diſcurſus Et ſic hmōi bruta in talib⁹ actib⁹ ñ diſcurrūt ſicut faciūt hoīes. ſ; hoc faciūt diſcurſu naturali qui eſt q̄dā inſtinct⁹ nature. vel vt q̄nq; d̄r nō ꝑfecte diſcurrūt. Et hec de q̄ſtiōe ꝛ ꝑ ꝯñs de toto libro de memoꝛia ꝛ remiſcētia.

Seq̄tur liber de ſōno ꝛ vigilia.

De ſōno aūt ꝛ vigilia ꝯſiderādū eſt quid ſint ꝛc̄.

Circa initium libꝛi de ſomno ꝛ vigilia Queritur pꝛimo vtrū ſomn⁹ ſit pꝛiuatio vigilie. Arguit̄ ꝙ non. q: a pꝛiuatione non regredit̄ in habitū. ſ; a ſomno regredit̄ in vigiliā. ergo ꝛc̄. Secundo pꝛiuationis nō eſt cauſa poſitiua. ſ; ſomni ē cā poſitiua. q: cauſat ex eleuatione fumoꝝ a loco digeſtionis ad cerebꝛū obſtruētiū vias et meatus per quos mittuntur ſpūs ſenſuū a ſenſu cōi ad alios ſenſus. ergo ꝛc̄. In oppoſitū eſt Ariſtoteles in textu.

Pꝛo reſponſione ſciēdū eſt pꝛimo ꝙ poſtq̄ Ariſtoteles in libꝛis de ſenſu ꝛ ſenſato. ꝛ memoꝛia ꝛ reminiſcētia determinauit de operibus ſenſuū q̄ explētur per organum coꝛpoꝛeum ad quaꝝ operationū exceſſum ſcḋm actū ſequitur ſomnus: conſequens eſt determinare poſtea de ſomno ꝛ vigilia: que ſe habent vt pꝛiuatio ꝛ habitus. Et q̄a in ſomno accidunt ſomnia ꝛ diuinationes.

Est eñ somniuz operatio fantastica in dormiente. ideo ꝑter determinabit de somnio et de diuinatõe que fit per somnũ. Et primo ꝓhemialiter mouet medeam questiões quarũ quinq; ptinẽt ad somnũ ⁊ octo ad somniuz ⁊ diuinatõnẽ. Quarũ quattuor sũt magis naturales: ⁊ alie min⁹. Et q: notũ est ad sensuz somnũ esse: ideo primo querit Aristoteles quid sit somn⁹ ⁊ vigilia. Secundo vtrũ sint passiones cões anime ⁊ corporis.

Tertio. ad quam partem aie pertineant.

Quarto. ꝑpter quã causam insunt aialibus. Quinto vtruz iste passiones cõueniant omni animali: aut vna illarũ vni specie animalis et altera alteri. aut sint aliqua aialia quib⁹ neutra istarũ passionũ conueniat et alia quib⁹ vtraq; cõueniat. ⁊ hec sunt qſtiones quas intendit determinare ꝓhũs in prima parte hui⁹ libri. Et in secũda videbit primo propter quã causaz dormientes somniant ⁊ quid sit somniũ. Secũdo vtrum dormientib⁹ accidat somniare ⁊ ꝑpt̃ quam causaz nõ semper habẽt memoriã de somniis suis. ⁊ ꝑpter quam cãm aliq̃ imperfecte recolũt. ⁊ aliqui ꝑfecte: ⁊ aliq̃ non recolũt. Tertio vtrum per somniũ cõtingat ꝓuidere futura ⁊ recte diuinare de futuris. Quarto videbitur qualiter hec cõtingat. Quinto vtrũ talia somnia causata sint ab homie et de diuinatione futurorũ vtrũ habeãt cãm et quibusdã demonib⁹. Sexto vtrũ somnia habeant determinatã causam a natura

Et vltimo vtrũ fiant a casu vł a fortuna et in hoc patet intentio huius libri.

Sciendũ est secundo ꝙ animal sm ꝙ in eo est principiũ motus ad somnuz est subiectũ in hoc libro ⁊ est pars cõtenta sub subiecto totius philosophie naturalis. Nec obstat ꝙ iste liber intitulet de somno ⁊ vigilia ꝑpter cãm alias sepius dictã.

Sit igitur cõclusio prima ad. q. Somnus est priuatio vigilie. Probatur. q: vigilia est per solutionẽ sensuũ. somnus vero fit per sensuũ immobilitatez seu ligamẽtum. ⁊ primo sensus cõis. dicit eñ cõmentator: ꝙ somnus est immobilitas sens⁹ cõis respectu sensuum exteriorũ. que quidem immobilitatio cõtingit. q: a sensu cõmuni tanq̃ a fonte deriuant spũs sensitiui ad sensus exteriores per meatus venarũ qui q̃dẽ spũs impediunt interuenientibus fumis eleuatis a loco digestionis eleuatis et obstruentibus poros ⁊ meatus ne isti spiritus sensitiui perueniant ad sensus. ideo ligantur sensus exteriores ⁊ priuantur sensatione. ⁊ hec priuatio somnus dicitur.

Cõclusio secunda. somnus ⁊ vigilia que sunt passiones aialis aiali insunt. sm eandem ptem. Probatur duplici rõe. Prima q: somnus et vigilia opponũtur vt priuatio ⁊ habit⁹. sed opposita habẽt fieri circa idem. ergo ⁊c. Minorem ꝓbat per inductionẽ. q: visus ⁊ cecitas naturaliter sũt circa oculũ. similiter turpe ⁊ pulcrũ circa debitam ꝓportionẽ corporũ et membrorũ. et sanitas ⁊ egritudo circa debitã proportionẽ humorũ seu qualitatũ. ⁊ audit⁹ ⁊ surditas circa etiam idem. igitur ⁊c. Secũda ratio. i quacũq; parte cognoscimus animal vigilare. q: sentit cognoscimus etiam ipm dormire et per somnũ depriui q: non sentit. Vnd̃ vigilantem cognoscim⁹ vsu ⁊ operatõe sensuũ. ideo sentientẽ actu vigilare dicimus ⁊ sentire. ⁊ nõ sentientẽ dicim⁹ dormire. ergo somnũ ⁊ vigilia habent fieri circa eandem ptem aialis. animal eñ vigilans dicit cum aliqđ sensibiliũ exteriorũ apprehendit. ideo vere dicitur ꝙ aial cogit vigilare sentiẽdo et in vsu sensuum. Ex quo infert ꝓhũs ꝙ somnus ⁊ vigilia sunt passiones totius cõiuncti ex aia ⁊ corpore et nõ aie aut corpis tm̃. Probatur. q: cui⁹ est potentia eius ẽ actio. ergo a destructõe ꝯñtis cui⁹ nõ est actio eius non est potentia. sed operatio sensus nõ est anime tm̃ nec corporis tm̃: sed vtriusq; vt patet. 2. de aia. ergo somn⁹ ⁊ vigilia q̃ sũt passiones ptis sensitiue ⁊ accidũt in opatõe sensus sũt passiones toti⁹ cõiuncti. Et est aduertendũ ꝙ q̃nq; in somno ligant solum sensus exteriores. q: meat⁹ per quos veniunt spũs vite a sensu cõi ad sens⁹ exteriores obstruũtur. Aliq̃n etiã meat⁹ p quos sens⁹ cõis influit sensib⁹ interiorib⁹ etiã ligatur Et sm primũ modũ cõtingunt somnia q: tũc a fantasia ad sensum cõem mittunt species reseruate per quandã subtilẽ euaporationem. ⁊ tunc videtur homini ꝙ vigilãdo ꝑcipiat ea quorũ illa sunt fantasmata. ⁊ tũc non ꝑfecte dormit. Sed in secũdo mõ non cõtingũt somnia. ⁊ sic pz quare hoies aliq̃n

somniant et aliquando non et illud principaliter videbitur in secunda parte huius.

Dubitatur primo cum somnus sit privatio vigilie quare prenominatur somnus in titulo libri. Respondetur quod propter admirationem inceperunt pbi philosophari. et quia somnus causat maiorem admirationem quam vigilia. quia in somno animal videtur quasi mortuum. ideo philosophus primo voluit notificare somnum et deinde vigiliam.

Dubitatur secundo quare habentes strictas venas citius et fortius dormiunt quam alij. Causa est. quia facilius est obstruere strictiorem viam quam magis latam. cum igitur habeant venas strictas et angustas et meatus strictos et somnus causatur per obstrictionem meatuum: sequitur quod tales cito dormiunt.

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam dicitur quod duplex est privatio. quia quedam est que privat formam et operationem seu actum et potentiam. et alia est que privat operationem et non formam seu actum et non potentiam. Vel aliter illud dicendo. aliquando habitum et non principia habitus. et per hoc solvetur ratio. Ad secundam dicitur quod privationis causa positiva per accidens et non per se. et ideo illa causa somni de qua dictum est non est per se causa somni: sed magis per accidens. quia ad ipsum sequitur somnus Et hec de questione. Sequitur in textu.

Cum autem determinatum sit prius.

Queritur secundo utrum somnus et vigilia insunt plantis. Arguitur quod sic. simili ratione qua probat Aristoteles quod insunt animalibus: quia quibuscunque inest operatio determinata secundum naturam necesse est quiescere ab illa operatione cum tempus exegerint in quo nata sunt operari secundum aliam operationem. sed plantis inest determinata operatio. quia earum est finita virtus. ergo operatio consequens virtutem est finita. ergo cum exegerit tempus in quo nate sunt operari. necesse est plantas desistere ab operatione. sed somnus inest animalibus cum desistunt ab operatione: igitur inerit plantis. Secundo arguitur. Plantis inest reciprocatio caloris naturalis ab exterioribus ad interiora. ergo inest eis somnus. tenet consequentia. quia somnus est conventus et reciprocatio et cetera. ut dictum est. Antecedens patet quia in hyeme et etiam in estate de nocte plante trahunt calorem suum ab intra. Ad oppositum est philosophus in textu.

Pro missione ad quesitum sit conclusio prima. plantis non inest sensus. ergo nec somnus nec vigilia. Patet consequentia. quia talia sunt passiones sensus. et passio nunquam est sine proprio subiecto.

Advertendum est tamen quod plantis inest aliquid simile somno: ut arguitur ante oppositum. quia eis inest aliquando retractio caloris ad interiora sicut in hyeme. nam in tantum retrahitur calor et ex consequenti humidum quod folia fluunt et plante videntur mori: et tunc videntur dormire. Sed in estate huiusmodi calor revertitur et etiam humidum et tunc rarefiunt exteriora et appertuntur plante et producunt folia et fructus: et tunc videntur vigilare. Sed ista differenter fiunt in animalibus et plantis quia in plantis fiunt in hyeme propter frigus quod circundat humidum plante cum calido unito ad intra se retrahens. Sed in estate calidum circundat plantas. et ideo calidum et humidum plantarum fluit ad circumferentiam. Et similiter dicendum est de floribus se claudentibus de nocte in estate et die se aperientibus Sed in animalibus ista retractio fit propter evaporationem cibi et elevationem fumorum ad cerebrum: et ita fit a principio intrinseco movente vapores sursum. qui sursum elevati propter frigiditatem cerebri ingrossantur et obstruunt meatus per quos mittuntur spiritus sensitivi a corde ad singula membra. ratione cuius obstructionis exteriora privantur huiusmodi spiritibus et calore: et tunc sequitur somnus.

Conclusio secunda. nullum est animal cui non conveniat quandoque dormire et quandoque vigilare Probatur conclusio. quia subiectum aliquod non potest perpetuo privari propria passione et operatione eius. sed somnus et vigilia sunt passiones animalis. ergo et cetera. sunt enim passiones primi sensitivi ut postea videbitur. et primum sensitivum participat quodlibet animal. quia omne animal necessario habet sensum. igitur necessario habet primum sensitivum. ideo dicit textus quod omnia animalia somno communicant: sive sint natabilia sive volatilia sive gressibilia. sive habentia duros oculos: sive habentia duram testam. licet ista sint brevis somni. Et ideo non est ita manifestum de istis sicut de alijs. et tamen necessario dormiunt.

Ex predictis sequitur conclu-

sio tertia. nullum animal semper vigilat. patet rõne text⁹. q: cuilibet aiali est aliquod tẽpus determinatū ſm naturā virib⁹ illi⁹ aialis. cū igitur exiterit temp⁹ illud determiatū per qd natū est operari necesse est tūc qd libet aial quiescere ab opere suo. ⁊ sic nō pl⁹ poterit vigilare: ſ necessario oportet ipsum dormire vt fiat restitutio rpis pñtis. ḡ nullū animal semper vigilat.

Cõclusio quarta. Nullum aial semper dormit. Probatur: q: quodlibet animal est sensitiuū. ſ sensitiuū est quod potest agere ſm actū. i. sentire ſm actum. ſ potentia naturalis nunq̄ est frustra. ergo oportet necessario omne animal qñq̄ sentire. ⁊ p̄ cõsequens vigilare. ⁊ sic necesse omnē somnū excitalem esse. Pz igitur q̄ plantis non inest somnus nec vigilia. ſ cuilibet aiali insunt. Patet etiam q̄ nullū aial semper vigilat nec semper dormit.

Sed dubitatur primo quare in somno iudicamus nos qñq̄ ascēdere ⁊ qñq̄ deorsuz cadere. Causa est. q: in somno qñq̄ cadunt fumi grossi a cerebro ad cor: ideo sensus cōis hoc sentiēs iudicat de sensu. Quandoq̄ etiaz fumi grossi ascendunt a corde ad cerebrū: ⁊ tūc iudicam⁹ nos ascēdere. ⁊ hoc maxime accidit in egrotantib⁹ q̄ habent plures motus in capite.

Dubitatur secūdo. quare melācolici min⁹ dormiūt q̄ alij. ⁊ flecmatici magis. Causa est. q: somn⁹ causatur ex euaporatione nutrimenti. mō in melācolicis ē minor euaporatio ṗṗ̄ defectū caloris ⁊ abundantiā siccitatis. sunt eñ frigidi ⁊ sicci ꝰ natura terre: ſ flecmatici sunt magis calidi q̄ alij. ideo in ipis fit maior euaporatio ⁊ plures fumi ascendunt ad cerebrū qui non cito dissoluūtur. q: in eis nō est calor multuz acutus. ideo multū dormiūt.

Ad rationes ante oppositum: Ad primā dr̄ q̄ potētia vegetatiua nō cessat ab operatione sua quā diu viuēs viuit. ⁊ iō cessatio a nutritiōe ē mors. vt dr̄ in. 2. de aia ⁊ sic bñ est aliqd temp⁹ determiatuz operationū aie vegetatiue: nō tñ sic determiatuz est q̄ postq̄ preterit vel cessauerit possit iterū operari. ideo nō est simile de potētia sensitiua ⁊ vegetatiua. Secūda ratio bñ p̄bat q̄ plantis inest somnus methaphoric⁹.

Sequitur in textu. Quare necesse ē omne dormiens. ⁊c̄.

Queritur tertio: vtrū somn⁹ sit passio primi sensitiui. Arguit̄ q̄ nō. q: somnus est eius quod immobilitatur. ſ primuz sensitiuū nō immobilitatur. q: primū sensitiuū est in corde qd semper mouetur durante vita. ergo ⁊c̄. Secūdo arguitur. somnus ē passio illius a quo retrahit̄ calor ⁊ spūs. ſ a corde nō retrahit̄ calor ⁊ spūs. ergo ⁊c̄. Tertio arguit̄. somn⁹ est passio illi⁹ qd primo imobilitat̄ in somno. ſ sensus p̄ticulares primo imobilitant̄. ergo somn⁹ nō est passio primi sensitiui. maior p̄z q: priuatio ṗṗie operatiōis dz attribui ṗṗio subiecto illius operationis. Ad oppositum est Aristoteles in textu.

Pro rñsiōe sciendum est primo q̄ postq̄ determinatū est subiecto somni taz remoto qd est corp⁹ q̄ ṗpinquo qd est aial. pñr p̄bs determiat de subiecto ipi⁹ somni p̄pinquo ⁊ oñdēdo q̄d sit illud p̄bs tria supponit. Primo q̄ in somno necesse est om̄es sensus ligari. q: nisi sic staret aial vigilare dū dormiret. Secūdo supponit̄ q̄ nō oē aial hz oēs sensus. Tertio supponit̄ q̄ inter sens⁹ p̄ticulares necesse ē ponere sensū cōmunē. Ista p̄bant̄ i textu sic sūt. 2. de aia.

Cõclusio prima somnus nō est passio omniū sensuū p̄ticulariū nec alicui⁹ sensus p̄ticularis. Probat̄. q: non est necesse om̄es sensus exteriores simul agere. ergo nō est necesse oēs exteriores simul imobilitari. cū igit̄ somn⁹ sit imobilitatio sensuuz sequitur q̄ nō est passio oīm sensuū p̄ticulariū. Nec alicui⁹ sensus particularis. q: vn⁹ sensus particularis potest ligari altero nō ligato. modo animal in somno vniuersalit̄ nihil sentit. ergo somnus nō est passio alicuius sensus particularis.

Cõclusio secūda et est responsiua ad quesitū. Somn⁹ est passio primi sensitiui. Probat̄: q: qñ aliqua passio cōuenit aliq̄b⁹ plurib⁹ oz tūc q̄ cōueniat ipis p̄ aliquā naturā sibi cōem cui primo cōuenit. sed somn⁹ cōuenit omnib⁹ sensib⁹ p̄ticularib⁹. q: oēs ligātur vt notū est. ergo oportet esse vnā naturā cōem omnib⁹ sensib⁹ p̄ticulari-

bus cui primo conueniat somn⁹. sed talis ē sensus cōis seu primū sensitiuū. ergo etc. Itē somnus est passio illius quo immobilitato necesse ē omnes alios imobilitari et nō ecōtra. sic est de primo sensitiuo. ergo etc.

